









JOANNIS BONAVENTURÆ

NERI BADIA

REGIÆ CELSITUDINIS

SERENISSIMI MAGNI DUCIS ETRURIÆ

IN SIGNATURA LIBELLORUM SUPPLICUM GRATIÆ ET IUSTITIÆ CONSILIARII

DECISIONES

ET RESPONSA JURIS

TOMUS SECUNDUS

CONTINENS EJUSDEM RESPONSA QUIBUS ACCEDUNT

POMPEII FILII

DECISIONES RESPONSA ET DISCURSUS LEGALES

CUM INDICE ARGUMENTORUM


Et in calce Operis appositus est alter Index locupletissimus Materiarum.



FLORENTIÆ MDCCLXXVI.

Ex Typographia Allegrini, Pisoni & Soc.

CENSORIBUS APPROBANTIBUS.



TYPOGRAPHUS
LECTORI.



Didimus, amice lector, aliquot ab hinc annis primum huius operis volumen; En iam secundum tibi promissum cuius praestantiam et utilitatem opus ipsum quod edimus magis quam elogia demonstrare apertissime potest.

Continet hoc varia Responsa in quibus Clarissimus Ic. noster, vel suorum Principum, vel Reipublicae iura dignitatemque tuetur, ac vindicat, quod quam sapienter quamque viriliter fecerit tibi iudicium sit.

Pompeii Filii accedunt decisiones, dum privati Patrimonii Auditoris munere fungeretur pleraeque exaratae, in quibus notatu dignum causam Fisci sub optimis Imperantibus nihilo meliorem haberi quam veritas, et iustitia patiatur.

 Eius-

Eiusdem responsa et discursus legales subsequentes opus absolvunt, quaeque in his continentur ad res gravissimas, et maximi ponderis spectant.

Nam inter caetera, vel agitur de maiestate et iuribus imperii propugnandis in finitimos adversantes; vel quando aut qua lege alienata regalia possint a Principe revocari absque ullius detrimento, et iniuria; vel denique de multiplici, et vario iure in hoc Magno Etruriae Ducatu emendando, et compilando: Opus profecto ad rem nostram quammaxime utile, et necessarium, quodque utinam fata nobis non invidissent quin perfectum absolutumque haberemus.

Librum hunc igitur qua soles benignitate excipito, et si quid ei debere putas, qui in publicis privatisque negociis versatus neque studio neque laboribus, nec vigiliis pepercit, ut vitam nostram incolumen beatamque ducamus, Parentis atque ac Filii, tamquam de te benemerentium memoriam gratam tibi, et iucundam fore semper confido. Vale.

Monitum te volo facti seriem, quae praemittitur Responsis Palatinis ad secundum potius Responsum in ordine decimum septimum, quam ad praecedens referri.

ER-

ERRATA ITA CORRIGENDA.

Pag. 1. col 1. ver. 13. Argum. propeii lege propri.
p. 8. c. 1. v. 35. aum *l.* cum.
p. 10. c. 1. v. 39. *totw* *l.* *totier*.
p. 6. c. 1. v. 9. d. als *l* dotalia.
P. 17. c. 1. v. 3. propnum *l.* propriam.
Ead. p. & c. v. 26. coniugum *l.* conregium.
p. 20. c. 1. v. 40. luctum. *l.* luctum;
p 21. c. 2. v. 48. Et fi *l.* Etfi.
p. 22. c. 2. v. 32. coallitui *l.* conflituti.
Ead. p. & c. v. fsq. profitentur. *l.* profiteatur;
Ead. P. & c. v. 37. ungam. *l.* iungam.
p. 31. c. 1. v. 1. nihil omnibus *l.* nihilominus.
Ead. p. at c. v. 25. tre&tam. *l.* tra&ta em
Ead. p. c. 2. v. 7. oempe, exteram. *l.* nempe et caeteram.
Ead. p. at c. v. 10. relata. *l.* relatem.
p. 39. c. v. 9. intelligentia. *l.* intelligenda.
p. 48. c. 1. v. 47. in quod. *l* id quod.
p. 61. c. 2. v. 13. dicunt in dote. *l.* dicunt tam in dote
p. 160. c. 2. v. 48. 1572. *l.* 1272.
p. 170. c. 2. v. ult. bo *l.* ob.
p. 174. c. 2. v. 44. concedi. *l.* concedit.
p. 177. c. 2. v. 17. iure communi. *l.* iuri communi.
p. 181 c. 2. v. 43. professoria. *l.* professoribus.
p. 196. c. 2. v. 27. fervitorum. *l.* fervitiorum.
Ead. p. et c. v. 28. dubiret. *l* dubitet.
Ead. p. et c. v. 31. regulari. *l.* regularis.
p. 220. c. 2. v. 34. in propria. *l.* impropria.
p. 270. c. 2. v. et ra qua. *l.* et a qua.
p. 292. c. 2. v. 31. affeluti. *l.* efforbiti.
p. 298. c. 2. v. 44. condizione. *l.* conduzione.
p. 307. c. 2. v. 14. poffa. *l.* non poffa.
p. 320. c. 1. v. 20. falva falvo.
p. 335. c. 1. v. 2. offervanfi. *l.* offervasfi.
p. 416. c. 1. v. 37. palefe. *l.* è palefe.
p. 475. c. 2. v. 7. del confenfo Regio. *l.* del confenfo. Fra gl' effetti legali del confen. Regio.
Ead. p. et c. v. n. profeffore. *l.* poffeffore.
Ead. p. et c. v. 46. fi tratta è *l.* fi tratta con è.
Ead. p. at c. v. ult. *tamen*. *l.* *tam*.
p. 476. c. 1. v. 8. di feodali. *l.* di beni feudali.
Ead. P. c. 2. v. 37. *donatariis* *l.* *a donatariis*.
p. 484. c. 2. v. 1 dalle. *l.* delle.
p. 491. c. 1. v. 28. cenfifti. *l.* cenfiti.
Ead. p. at c. v. 50. fi ritrova. *l.* li ritrova.
p. 492. c. 1. v. 9. che i frutti. *l.* dei frutti.
p. 499. c. 1. v. 27. e nella. *l.* na la.
p. 501. c. 2. v. 18. delia. *l.* dalla.
p. 502. c. 2. v. 22. noftre. *l.* noftri.
p. 503. c. 1. v. 19. della. *l.* dalla.
p. 504. c. 1. v. 19. ftatuto. *l.* fta'o.
p. 506. c. 2. v. 36 a diftinzion e. *l.* la diftinzione.
p. 510. c. 1. v. 36. perche, poiche. *l.* Poiché.
p. 511. c. 1. v. 2. un quoque. *l.* unoquoque.
p. 514. c. 2. v. 37. 38. tacate. *l.* tacere.
p. 515. c. 1. v. 9. civili fecau. *l.* civile, Senza.
p. 516. c. 2. v. 11. dette *l.* dalle.
p. 523. c. 2. v. 19. nanno. *l.* hanno.
p. 531. c. 2. v. 37. quanto. *l.* quando.
p. 550. c. 2. v. 15. al Tit LXXIII. del primo libro. *l.* al tit. III. a IV lib. IX. P. 2.
p. 553. c. 2. v. 12. ma per ragione. *l.* nè per ragione.
p. 557. c. 1. v. 9. commiffione. *l.* commiffione.
p. 578. c. 2. v. 49. dell'anno. *l.* dall'anno.
p. 583 col. 2. v. 4. tal'es. *l.* falva.
p. 598. c. 2. v. 30 e introduffe. *l.* e s'introduffe.
p. 613. c. 1. v. 11. 12 tali per. *l.* tali quali er
p. 615. c. 1. v. Siena, Pifa. *l.* Siena, e Pifa.
p. 620. c. 2. v. 4. 5. fuddetti per altro. *l.* fuddetti farebbe per altro.

INDEX

RESPONSORUM DECISIONUM ET DISCURSUUM LEGALIUM.

Ordine Alphabetico per materias dispositus.

Flo-

IN-

INDEX

ARGUMENTORUM RESPONSORUM

IOANNIS BONAVENTURAE NERI BADIA.

Reſponſum I.

Cum ſequentibus uſque ad XV. ſuper eadem cauſa.

FLORENT. PACTI NUPTIALIS

Super ſignificatione verbi proprio, *in Italia recepto.*

CApitula Nuptialia celebrata inter Magnum Ducem Hetruriae Coſmum III. et Margaritam Aloiſiam Aurelianenſem an debeant interpretari iuxta leges Florentinas, vel Pariſienſes, maxime quoad intelligentiam pacti in quo ſtipulatur ut bona materna uti propria filiis pertineant, an hoc pactum ſignificet translationem dominii dotis in filios ita ut matri ablata cenſeatur facultas de dote diſponendi iuxta Statutum Florentinum ubi multa ſuper verbo *proprii* et ſuper verbo *appartenghino*.

Reſponſum XVI.

PALATINA SUPER MUNERIBUS CONIUGALIBUS

Facta a viro uxori aſſignatione annui redditus pro mundo muliebri conſtante matrimonio, an haec aſſignatio ſit valida & an omiſſa ab uxore exactione annuali redditus prefati poſſit integram quantitatem petere.

Reſponſum XVII.

PALATINA PACTI DOTALIS.

Facta a viro mulieri donatione centum florenorum, poſtea facta alia donatione in qua vir promittit preſtare uſuras dictae ſummae donec mulier vixerit & ſtatum viduilem conſervaverit, conditio appoſita in donatione uſurarum non qualificat promiſſionem ſortis quae acquiritur irrevocabiliter uxori, & traſmittitur ad eius heredes ubi multa de donatione propter nuptias, & eius effectus de conſuetudine variarum regionum, & maxime Germaniae.

Reſponſum XVIII.

PALATINA SUPER EXPENSIS ELECTORALIS VIDUITATIS.

Uxor acquirit nobilitatem dignitatemque viri etiam cum iuriſdictione, & omnia conſervat etiam in viduitate ideoque talem intra tempora luctus debet ab heredibus viri alimentari non ratione fructuum dotalium ſed propter praeſumptam continuationem matrimonii & debet ali etiamſi ſit dives & non juxta congruitatem ſed iuxta dignitatem & ultimum ſtatum viri.

Reſponſum XIX.

PALAT TESTAMENTI PRINCIPIS SUPREMI PALAT. RHENI.

SECTIO PRIMA.

Super ſuprema et independenti poteſtate Palatinorum Rheni.

Elector Palatinus Rheni an ſit Princeps ſupremus, & independens, & affirmative reſolvitur.

Refertur hiſtoria ſucceſſionis familiae Palatinae ad Palatinatum & reſol-

vun-

vuntur variae quaestiones circa independentiam statuum Imperii ab Imperatore.

Responsum XX.

PALAT. TESTAMENTI PRINCIPIS SUPREMI PALAT. RHENI.

SECTIO SECUNDA.

Super solemnitatibus Testamenti Serenissimi Principis Palatini.

Princeps supremus potest testamentum absque solemnitatibus conficere.

Elector Palatinus Rheni non tenetur in confectione testamenti observare solemnitates iuris positivi.

Responsum XXI.

PALAT. TESTAMENTI PRINCIPIS SUPREMI PALAT. RHENI.

SECTIO TERTIA.

Super dispositione seu ultima voluntate Sereniss. Principis Jo. Wilhelmi Supremi Principis Palatini Rheni Imperatoris iudicis, et Sacri Romani Imperii Electoris et Vicarii.

Pro validitate testamenti vel codicilli Principis Supremi sufficit ut de eius voluntate naturali ratione constet.

Legatum alternativum non inducit incertitudinem, sed tribuit heredi facultatem praestandi unam vel alteram summam.

Incertitudo quantitatis relictae in legato non vitiat legatum quando adest causa, quia tunc quantitas taxatur ab judice secundum negotii qualitatem circustantias & mentem testatoris.

Responsum XXII.

FLOREN. SEU LUNEN. INVESTITURAE.

Explicatur natura decem feudorum pro quibus sub die 26. Maii 1714 ab Augustissimo Imperatore Carolo VI. favore Serenissimi Magni Ducis Etruriae Io. Gastonis I. fuit renovata investitura cum antiquarum omnium concessionum exactissima approbatione ubi probatur Imperatorem nihil immutare potuisse cum hac investitura in praejudicium Principis possessoris.

Responsum XXIII.

FLOR. SEU LUNEN. ASSERTAE ALIENATIONIS FEUDI TRESCHIETTI.

Exemplificatur natura & qualitas feudi Treschetti pro obtinenda in Imperiali Camera Sacrae Maiestatis alienatione dicti feudi in Serenissimos Magnos Etruriae Duces ubi incidenter de qualitate & natura aliorum feudorum quae ab Illustrissima Familia Malaspina in Lunensi Provincia possidentur.

Responsum XXIV.

FLORENTINA ASSERTAE JURISDICTIONIS IN CASTRO DICTO CAMPORSELVOLI.

Refelluntur rationes nuntii Apostolici in Magno Ducatu residentis qui negabat suam iurisdictionem exercere posse in castro d. Camporselvoli tamquam sanctae Sedi Romanae spectanti; I. ex eius mandato II. ex observantia III. ex qualitate contractus concessionis d. Castri factae a Pio II. Pontifice Reipublicae Senensi in cuius iura successit Magnus Dux Etruriae.

INDEX

ARGUMENTORUM DECISIONUM

POMPEII NERI

Nec non Reſponſorum & Diſcurſuum Legalium.

Deciſio I.

FLOREN. FIDEICOMMISSI DE GAMBARELLIS.

Die 14 Septembris 1736.

Filiatio poteſt probari etiam in praeiudicium tertii qui non habeat cauſam a patre, per coniecturas ex quibus reſultet quaſi poſſeſſio eiuſdem filiationis abſque neceſſitate probandi abſolutam cuſtodiam matris tempore conceptionis.

In hac formula vocationis fideicommiſſariae, *naſcituros ex eo, & quacunque uxore legitima* comprehenduntur etiam legitimati per ſubſequens matrimonium.

Praeſumptiones favore poſſeſſoris ex centenaria deductae non poſſunt allegari contra fideicommiſſarium, & quando conſtat de titulo vitioſo.

Deciſio II.

FLORENT. FINIUM REGUNDORUM.

Die 19. Luglio 1736.

Qui probat poſſeſſionem portionis alicuius fundi, cenſetur & reliquam partem poſſidere maxime ſi ſit ejuſdem qualitatis & naturae & tamquam inferior ſuperiori deſerviat.

Deciſio III.

FLORENTINA QUERCUUM.

Die 30. Augusti 1750.

Via vicinalis etſi uſui publico inſerviat manet tamen in privatorum proprietate: Ideo cilia, quae ſubſtinent viam, ſicuti arbores ſuperimpoſiti ad eum pertinent, qui eſt dominus viae.

Deciſio IV.

FLORENT REDUCTIONIS IMMISSIONIS IN POSSESSIONEM.

Die 7. Septembris 1742.

Quantitas extenſionis terrae de qua non conſtet debet ab actore verificari ſi agatur de tertio bona fide poſſidente.

Deciſio V.

FLOR. SEU MARSILIEN. REMISSIONIS CANONIS, ET REFECTIONIS DAMNORUM.

Iudex in controverſiis remiſſionis canonis propter ſterilitatem debet facere compenſationem omnium annorum in integra conductione decurſorum, non obſtante pacto expreſſo refectionis damnorum in caſibus extraordinariis, quod ad terminos iuris debet interpretari. Et ſi da-

damnum reperiatur esse ultra dimidiam, tunc remissio canonis est concedenda, & in totum, nec aliud debet conductor quam id quod percepit deductis expensis & si ratas canonis anticipatas solverit locatori potest repetere tamquam indebitas.

Pactum adpositum in locatione bestiaminum, vel frumenti, vel alia re quod capitale sit salvum, est iustum, & validum, cum praesumatur effecta societas, in qua tres contractus continentur, scilicet societatis, assecurationis capitalis, & fructuum.

Locator non tenetur praestare damnum datum rei locatae ab ex rcitu ex transitu, maxime in parva quantitate, sicuti nec damnum quod culpa conductoris acciderit, nec illud quod in rebus conductoris, quamvis rei locatae intervenientibus fuerit inlatum inter quas recensentur fructus a solo seiuncti, cum in dominio conductoris devenerint.

Casus fortuitus super specie destinata in conductione pro canone, & translata a conductore ad locum determinatum per locatorem, debet sustineri a locatore cuius culpa perit species.

Decisio VI.

FLORENT. IMMISSIONIS IN POSSESSIONEM.

Probatis extremis in bonis fideicommisso subiectis immissio fideicommissario concedenda est etiam contra fiscum.

Magistratus Partis civitatis Florentiae, quamvis gaudeat iuribus fiscalibus, non occupat tamen iure dominii terrena a flumine derelicta sed tamquam administrator, & sequestrarius ad effectum tradendi illis qui se dominos probaverint.

Decisio VII.

FLORENTINA PRETII LOCORUM MONTIUM MONTIS REDIMIBILIS.

Resignatarius locorum montium, si in eius faciem sit facta eorumdem resignatio libris publicis in quibus adpareat de solutione pretii, est securus a quacumque molestia ei possit inferri, vel a pristino domino vel ab eodem monte, sive pro recuperandis dictis locis, sive pro eorundem pretio, quamvis pretium non pervenerit nec ad proprietarium, nec ad montem, & quamvis decreta resignationis essent falsa, quia in hoc casu Magistratus tenetur de dolo, & fraude suorum officialium.

Responsum I.

IN CAUSA RAVENNATEN. FINIUM REGUNDORUM

INTER SERENISSIMUM M. ETRURIAE DUCEM ET STATUM PONTIFICIUM.

Bulla Pontificis Pii V. respiciens prohibitionem alienationis Status Ecclesiastici non comprehendit nec potest comprehendere permutationes linguarum, & petiorum terrae incultae, & habitatoribus carentis eo animo factas, ut finium controversiae dirimantur, & certi atque indubii fines statui ecclesiae constituantur.

Responsum II.

IN CAUSA CARPINIEN ASSERTAE POSSESSIONIS

INTER SERENISSIMUM M. ETRURIAE DUCEM EX UNA, ET S. SEDEM EX ALTERA PARTE.

Exponuntur iura Sereniss. M. Etruriae Ducis super Comitatu Carpiniae quorum vigore omni legitimo titulo potuit possessionem accipere dicti Comitatus

tus post mortem ultimae foeminae per lineam masculinam descendentis.

Responsum III.

IN CAUSA MEDIOLANEN. REVOCATIONIS ALIENATIONIS REGALIUM.

INTER REGIAM CAMERAM ET ALIENATARIOS.

Discutitur materia alienationis regalium & possessionum ad Principem, & Principatum spectantis tum circa revocationem alienationis tum praetii restitutionem.

Responsum IV.

IN CAUSA MEDIOLANEN. REGIAE DONATIONIS REGALIUM

CONTRA TERTIUM POSSESSOREM.

De eadem materia, & in specie si tertius sit possessor ex titulo oneroso.

Responsum V.

IN CAUSA MEDIOLANEN. FLUMINIS PRIVATI CENSUI SUBPONENDI.

In censu fundiario flumen privatum iuxta modum soli censui est subponendum, & dominus tantum est debitor census quamvis non utatur vel servitutem patiatur.


DISCURSUS LEGALIS I. CUM SEQUENTIBUS USQUE AD TERTIUM.

Continent prospectum codicis universalis in Etruria compilandi & colligendi.

DISCURSUS LEGALIS IV.

Continet expositionem status antiqui & presentis in Etruria super materia nobilitatis.

JOAN-



JOANNIS BONAVENTURÆ
NERI BADIA
RESPONSA JURIS
RESPONSUM I.

FLORENT. PACTI NUPTIALIS
SUPER SIGNIFICATIONE VERBI PROPRIO IN ITALIA RECEPTO.

ARGUMENTUM.

Capitula Nuptialia celebrata inter Magnum Ducem Hetruriæ Cosmum III. & Margharitam Aloysiam Aurelianensem an debeant interpretari justa Leges Florentinas, vel Parisienses, maxime quoad intelligentiam pacti in quo stipulatur ut bona materna uti propria filiis pertineant, an hoc pactum significet translationem Dominii dotis in filios ita ut matri ablata censeatur facultas de dote disponendi juxta Statutum Florentinum ubi multa super verbo proprii & super verbo *appartenghino*.

SUMMARIUM.

1 *Dispositio Statutaria habetur pro relata virtualiter in pacto eidem dispositioni uniformi.*

2 *Pacta Nuptialia debent interpretari juxta leges domicilii mariti.*

3 *Filii Principissæ succedunt matri juxta leges domicilii Patris, non Matris.*

4 *Non solum in bonis sitis in loco domicilii Patris, sed ubique locorum, etiamsi leges rei sitæ contradicant.*

5 *Pactum ut post mortem matris ejus dos pertineat ad ejus filios idem est cum pactis quibus de jure Romano post mortem uxoris dominium dotis filiis invita matre defertur.*

6 *Leges Romanæ ad demonstrandam vim hujus conventionis semper usæ fuerunt verbo remanere, & n. 7.*

8 *Et verbum remanere vim habet eamdem cum verbo pertinere.*

9 *Verbum pertinere diversimode usurpatur ad demonstrandam corporalem, vel incorporalem rem ad nos aliquo modo spectare.*

10 *Semper tamen significat dominium vel rei, vel qualitatis ad nos spectantis, & de ratione ibid.*

11 *Et prolatum simpliciter dominium rei, & proprietatis significat.*
12 *Nisi adiunctam habeat qualitatem aliquam quae qualificet speciem dominii, ut puta usufructus.*
13 *Et hoc non solum juxta morem Romanum, sed etiam Gallicum.*
14 *Clausula* come beni proprj materni *aut est presuppositiva proprietatis, quae erat in matre, & uti denotans titulum & causam acquisitionis, & translationis in filios non potest qualificare verbum resteranno quod perfectam orationem habet, & plenum dominium in filios transfert.*
15 *Et filii etiam matris non heredes possunt haec bona petere.*
16 *Si vero talis clausula est dispositiva, & non potest disponere nisi tollendo, minuendo, vel augendo quod datum fuerat per illa verba resteranno apparterranno.*
17 *Tollere autem absolute non potest quia instantanea mutatio dari non potest.*
18 *Nec potest diminuere quia convenit substantiae non qualificationi prioris dispositionis.*
19 *Ergo necesse est ut augeat, confirmet, & detegat priorem dispositionem.*
20 *Nulla formula melius explicat absolutum dominium quam illa quae in traditionibus adici solet uti res propria, bona propria.* Et n. 22.
21 *Nam proprio substantialiter convenit ut de eo possit quomodolibet disponere & de aliis rationibus, ibid.*
23 *Proprietas ipsa res est circa quam datur dominium, & ex qua facultas disponendi procedit.*
24 *Et opponitur possessioni, & usufructui tamquam temporali.*
25 *Et collationem impedit cum coheredibus tamquam singularis aliquorum & praecipua.*
26 *Hinc est quod dos alicujus feminae dicitur ipsius proprium patrimonium.*
27 *Et lucrum dotis quod ex Statuto defertur viro dicitur ejus proprium patrimonium nec de hereditate uxoris consideratur.*
28 *Et si vir sit filius familias hoc lucrum non confert cum fratribus tamquam ejus proprium.*
29 *Et bona materna quae mortua matre filiis deferuntur dicuntur propria filiorum.*
30 *Et mortuo Patre qui usumfructum in eis habebat non conferunt ea cum filiis alterius matrimonii qui sunt coheredes patris.*
31 *Bona quae a matre proveniunt post acquisitionem factam filiis dicuntur bona materna.*
32 *Pactum ut in bonis dotalibus filii succedant adiectum capitulis matrimonialibus de jure Romano irrevocabilem contractum importat.*
33 *Et aufert omnem potestatem matri disponendi de dote.*
34 *Et tamquam conforme juri Romano omnem stipulationem proprii fictitii more Parisiensi excludit.*
35 *Et facit ut mulier non possit de bonis disponere, in eaque filii succedant quocumque loco sint posita.*
36 *Pactis contrahentium de bonis leges locorum ubi bona sunt sita deleri possunt*, Et num. 51.
37 *Et haec derogatio legibus loci ubi sita sunt bona praesumitur emissa a Principe si pactum coram eo approbante stipulatum fuerit.*
38 *Leges Italiae, & maxime Statutum Florentinum tribuunt ut propria filiorum bona dotalia matris.*
39 *In qua bona quamvis jure hereditario filii succedant, haec tamen successio non substinet onera voluntaria matris, tanquam a lege procedens etiam invita matre facit filios successores anomalos.*
40 *Et hec bona potentiori jure filiis debentur quam legitima, nam mater nequidem inter vivos de eis potest disponere.*
41 *Et dispositio etiam vivente matre est nulla.*
42 *Unde mater potius usufructuaria dicitur quam domina proprietatis dotis.*
43 *Et filii etiam non heredes matris trasmittunt proprietatem horum bonorum ad heredes*, Et n. 46.
44 *Hujusmodi Statuta propter favorem filiorum condita sunt favorabilia.*
45 *Et ideo omnis interpretatio est sumen-*

menda ut dos in filios transeat.

47 *Quando in pactum dispositio Statuti vult deduci, illis verbie utimur quibus effectus dispositionis Statuariæ demonstratur.*

48 *Supervacuum est quærere an in aliis capitulis matrimonialibus sit conformitas Statuto ad effectum eam inducandi in uno capitulo, quando in hoc capitulo nniformitas demonstratur.*

49 *In dubio interpretatio sumenda est pro Statuti dispositione contenta in pacto.*

50 *Dum semper pacta interpretantue uniformia legibus domicilii viri.*

52 *Statutum, & maritale pactum porrigunt vires ad bona ubicnmque sita.*

53 *Pacta dotalia in contractu posita sunt servanda.*

54 *Provisio hominis facit cessare provisionem legis.*

55 *Dum adsunt pacta super successione bonorum non intrant leges locorum disponentes de successione.*

56 *Mulier non potest testare de bonis extra teiritorinm sitis quando lex loci domicilii mulieris inhabilitat mulierem ad testandum, nulla habita ratione an lex loquatur in rem, vel in personam.*

57 *In determinando an Statutum inhabilitet nec ne debet observari mens Statuentium.*

58 *Statutum Florentinum inabilitat mulieres ne de dote disponant in prejudicium filiorum.*

59 *Et hæc inhabilitatio uti respiciens bonum publicnm civitatis admittitur in bonis extra territorium sitis.*

60 *Mulieris dos quamvis composita ex bonis in diversis provinciis sitis est tamen una, & individua.*

61 *Quando consuetudines locorum quæ admittunt societatem coniugalem sunt personales deferunt superstiti coniugi bona extra territorium sita.*

62 *E contra quando matrimonium est contractum in loco juris scripti nam tunc contrahentes non subiacent consuetndinibus personalibus locorum extra territorium juris scripti quoad bona ibi posita*

63 *Pro interpretatione voluntatis contrahentium possunt sumi leges nulle quæ de facto observantur, & leges alterius territorii quæ non obligent contrahentes.*

64 *In Emphyteusi Ecclesiastica in dubio præsumuntur fœminæ exclusæ, quia voluntas contrahentium præsumitur uniformata Statutis laicorum.*

65 *Et in testamentis voluntates testantium interpretantur se cndum Statuta domicilii quibus se conformasse censentur etiam quoad bona extra territorinm sita.*

66 *Quando partes se voluerunt conformare legibus domicilii unius non debent considerari leges domicilii alterius partis.*

67 *Nec debet quaeri de jurisdictione Statuti extra territorium sed de voluntate contrahentium in omnibus locis de suis bonis disponendi.*

68 *Si dotis constitutio stipulata est secundum jus domicilii viri, omnia alia pacta subsequentia, & capitula matrimonialia ab ipsa constitutione dotis debent regulari, & variatio in sequentibus capitulis debet concludenter probari.*

69 *Vocatis filiis intelligantur vocati ex propria persona uti filii non uti heredes*, & num. 100.

70 *Si filii non habent bona matris uti ejus heredes sed uti filii non intrat virtualis exclusio patris in bonis filii praedefuncti concurrentibus aliis fratribus quibus debentur jure accrescendi.*

71 *Dos soluto matrimonio per mortem viri absque liberis dicitur propria mulieris de iure Romano, & Florentino.*

72 *Lucra dotalia ob superviventiam coniugis vigore pacti quæsita non existentibus filiis plena proprietate coniugi superstiti acquiruntur ex jure Romano.*

73 *Quod si non in quantitate, saltem in substantia idem est cum Statuto Florentino.*

74 *Stipulato pacto quod dos pro duobus tertiis perveniat ad heredes mulieris & pro alio tertio ad virum casu præmorientiæ mulieris absque liberis, si prædecedat uxor cum li-*

liberis dos spectat ad liberos.

75 *Pactum exprimens casum contrarium alteri in alio pacto expresso per necesse debet continere dispositionem contrariam, quae censetur adiecta.*

76 *Bona quae dantur filiis ut illorum propria idem est ac si dentur illorum lucro.*

77 *Casus omissus remanet sub dispositione juris communis.*

78 *In lucris dotalibus ex jure Romano aequalitas est servanda.*

79 *Et ideo pactum quod in casu praedecessus uxoris sine liberis lucrum tertiae partis dotis attineat viro, & in casu simili praedecessus viri attineat uxori est juri Romano conforme.*

80 *In casibus in quibus dos lucratur filiis semper usufructus patri, vel matri viduae servatur.*

81 *Quando dantur bona in plena proprietate intelliguntur data quoad proprietatem & usumfructum.*

82 *Attamen ex tempore quo quis incipit habere nudam proprietatem sine usufructu, incipit etiam habere potestatem plenam in re.*

83 *Quae spectant ad aliquem in sola nuda proprietate tota sua, & in ejus dominio dicuntur.*

84 *Ac proinde nil differt quoad dominium an dentur bona uti propria vel in plena proprietate quia & qui nudam proprietatem habet plenum proprietatis dominium habere dicitur.*

85 *Munera nuptialia etsi dici possint comprensa in generali constitutione dotis cujuscumque rei etiam mobilis filiis lucrandae dum reservantur postea dispositioni uxoris, illa de quibus in vita fuit dispositum ab uxore a dicta constitutione excipiuntur.*

86 *Maxime si agatur de Principissa in qua munera dicuntur expensa necessariae ex bonis dotalibus assignanda.*

87 *Multum naturale est quod in pactis nuptialibus stipulatis inter diversarum provinciarum coniuges aliquando imitari morem provinciae viri, aliquando, & in aliis pactis morem provinciae uxoris.*

88 *Ac proinde in his quae apparent sumpta ex jure consuetudinario, hoc ius, in his quae ex jure Romano, istud jus, ad interpretationem sit adhibendum.*

89 *Cum igitur clausula* resteranno come beni propri materni ad essi figliuoli *tantam demonstret stipulationem more Parisiensi secundum hoc jus debet regulari pactum.*

90 *Galli in pactis nuptialibus, pro exclusione viri ab omni lucro societati coniugalis, stipulantur bona uxoris uti propria illi, suis heredibus seu liberis, quod facit ut vir excludatur ab omni lucro bonorum uxoris, & succedentibus liberis in bonis maternis, quod pater excludatur a successione filii concurrentibus aliis filiis, quia bona fuerunt stipulata propria filiorum uti matri heredum, ex qua stipulatione non tollitur matri facultas de hereditate disponendi.*

91 *Praesumuntur capitula matrimonialia stipulata juxta leges domicilii viri, quando contrarium non appareat voluisse contrahentes etiam quoad bona sita in territorio uxoris.* Et num. 101.

92 *Quae cum ex formulis adhibitis appareat quod stipulationem proprii favore filiorum adhibuerint contrahentes more Parisiensi, Statutum Florentinum non potest observari nisi compatibiliter cum illa stipulatione.*

93 *Statutum Florentinum inhabilitans mulieres ad testandum de dote dum habent filios, non extendit vires suas ad mulierem exteram nupta Florentino viro degentem in propria patria ubi sunt bona sita quia Statutum concludit tantum reservationem bonorum favore filiorum.*

94 *Neque hoc Statutum vim habere potest uti in pactum deductum, quia pactum continet simplicem stipulationem prefer utivam filiis legalis successionis.*

95 *Contractus coniugalis principaliter celebratur ut dignoscantur bona ad coniuges spectantia, & si de filiis agi-*

agitur celebratur ut dignoscatur quid reservatur coniugi morienti ut possit de eo disponere contrarium, Et num. 103.

96 *Inter Principes cum sit societas coniugalis qua bona communicentur, ideo necessarium est pactum ut bona communicentur nec potest recurri ad Statuta viri nec ad jus commune.*

97 *Pacta dotalia inter coniuges diversarum provinciarum non possunt diverso jure interpretari, sed interpretatio sumi debet a legibus domicilii mariti, etiamsi stipulatio confecta fuerit in patria sponsæ.*

98 *Maxime si in conscribendo pacto usi fuerint idiomate paterno sponsi.*

99 *Si filii vocati sint per nomen collectivuum censentur invicem per jus a crescendi substituti in lucris nuptialibus.*

102 *Jus Statutarium in pactum deductum fortius operatur quam statutum.*

104 *Verbum pertinere refertur, & ad res presentes ratione dominii quod habemus, & ad res futuras ratione juris de presenti quod in illis retinemus.*



Accurata expositio super interpretatione pactorum dotalium, quæ Parisiis fuerint stipulata anno 1661. inter Serenis. Sponsos Principem Cosmum ab Etruria, nunc Cosmum III. Magnum Etruriæ Ducem, & Margharitam Aloysiam Aurelianensem, supremam potestatem interponentibus cum derogatione omnium legum, & consuetidinum, quæ contrariæ pactis prædictis dici possent, & observantiam omnimodam promittentibus sub verbo Regis, & Principis Supremi Ludovico XIV. Galliarum Rege, & Ferdinando II. Magno Etruriæ Duce.

Pacta Nuptialia sunt hæc.

„ In favòr di tal futuro matrimonio Sua Maestà Cristianissima „ ha dato, e costituito in dote alla „ Sig. Principessa d'Orleans sua carissima Cugina, la somma di trecentomila „ scudi, monera di Francia, che sarà „ pagata, e sborsata in contanti il „ giorno della sottoscrizione del Contratto di detto martimonio nella „ Città di Parigi, o in quella di „ Lione, e mediante la detta costituzione dotale fatta da sua Maestà, „ la Signora Principessa prementovara, procedendo sotto l'autorità di „ Madama la Duchessa d'Orleans sua „ veneratissima Signora, e Madre, e „ Tutrice, e del Signore De la Mugno Primo Presidente del Parlamenro di Parigi suo Tutore, congiuntamente con Madama predetta, „ e d'abbondante la Signora Principessa d'Orleans, autorizzata per „ quanto bisogno fosse dal Signore „ Principe di Toscana suo futuro Sposo, ha renunziato, e renunzia per „ questi presenti articoli a profitto „ di S. M. Cristianissima, alla ragion „ successiva a Lei pervenuta per la „ morte del defunto Signor Duca d'„ Orleans suo veneratissimo Padre.

„ Ed in olrre essa Signora Principessa futura Sposa si è constituita „ in dote tutti gli altri Beni mobili, „ e immobili, che le potranno pervenire da quì innanzi a titolo successivo in linea diretta, o collaterale, o per Donazione, o Legato, „ o altra disposizione di qualunque „ natura, e qualità, che fosse.

„ E' stato convenuto, ed accordato, che premorendo detta Signora Principessa futura Sposa senza „ figliuoli, il Signor Principe futuro „ Sposo sarà tenuto *di restituire agli* „ *Eredi di detta Signora Principessa*, „ *o a quelli, in favor de' quali Ella* „ *averà disposto de' suoi Beni* li due „ terzi solamente tanto della detta „ somma di trecentomila scudi, che del „ soprappiù de' Beni, che allora le sussero pervenuti, l'altro terzo restando

„ do a esso Signore Principe futuro
„ Sposo per guadagno nuziale in piena proprietà.

„ E se la Sig. Principessa morisse la prima lasciando dei figliuoli maschi, o femmine *la detta somma intera di trecentomila scudi*, ed il soprappiù della prefata costituzion dotale *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli, come Beni proprj materni*, ed in caso, che il Signore Principe futuro Sposo premorisse alla Signora Principessa, o vi fossero, o nò figliuoli del loro matrimonio, gli eredi, e successori del medesimo Signor Principe futuro Sposo, saranno tenuti di restituire alla Signora Principessa tutta la somma di trecentomila scudi, come gli altri Beni mobili, ed immobili, che le fussero pervenuti, e di più pagarle per augumento di dote il terzo tanto della detta somma di trecentomila scudi, che degli altri beni mentovati di sopra, de' quali il predetto Signor Principe futuro Sposo averà goduto; il quale augumento di dote, in caso che non restassero figliuoli procreati di detto matrimonio, o che venissero a premorire alla Signora Principessa senza lasciar figliuoli da ussa procreati in legittimo matrimonio, *sarà, ed apparterrà in piena proprietà* a detta Signora Principessa, e se vi saranno figliuoli discesi da detto matrimonio viventi all' ora della morte della Signora Principessa, ella non goderà, se non per usufrutto il detto augumento di dote *restando la proprietà* di quello per il tutto alli detti figliuoli, non ostante tutte le Leggi, Costumi, e Statuti a ciò contrarj, a' quali è stato derogato per questi presenti articoli.„

Et omissis aliis superfluis.

„ E' stato similmente convenuto „ che tutte le Gioje, ed altri Mobili preziosi, che saranno dati a detta Signora Principessa innanzi, o dopo la celebrazione del matrimonio, tanto in Francia, che dalla parte del Signor Principe futuro Sposo, resteranno in sua libera disposizione anco durante il matrimonio medesimo, con patto nondimeno, che di ciò le sarà dato dalla parte del detto Signore Sposo futuro, sarà fatto buono, e fedele Inventario per via di Notaro.„

„ Per l'effetto di tutto quanto sopra sarà espressamente derogato, e renunziato a tutte le Leggi, Costumi, Editti, Statuti, ed altre cose, che potessero esser contrarie alle clausule, e condizioni di questi articoli.„

Mortua igitur de anno 1721. Serenissima Magna Ducissa Etruriæ, Consorte Augusta Serenis. Magni Ducis Cosmi III. Regnantis, Parisiis, ubi voluntarie se contulerat, Serenissimus Magnus Princeps ab Etruria ejus filius Masculus virtute secundi Capituli matrimonialis uniformis Florentino Statuto, totam successionem, etiam invita Matre in rebus dotalibus filio defereoti, quod tamquam conventum, & in pactis virtualiter, & implicite relatum fuisse non ambigitur *ex Text. in Leg. Exigere dotem ff. de judic.* uti successor necessarius in bonis maternis dotalibus in Gallia existentibus, mediante Curia Parisiensi eorudem possessionem apprehendere curavit. Cum igitur se opposuerint Legatarii plures particulares, & Legataria etiam universalis, quæ more Parisiensi loco heredis est, virtute cujusdam Testamenti a Serenissima Magna Ducissa anno 1712. Parisiis conditi, contentio fuit apud Regium Parlamentum proposita, ut dijudicaretur, an per secundum Capitulum matrimoniale, superexistentibus filiis Serenissimæ M. Ducissæ, Testamentum ejusdem in bonis dotalibus redderetur inane, & vires habere non posset.

Publice orantibus, coram Patribus conscriptis Regiæ Cameræ Parisiensis, defensoribus pro Serenissimo M. Etruriæ Principe, violationem jurisgentium oppositiones continere; Pacta connubialia, apud omnes Populos Sa-

Sacrosancta, in Regio Parlamento, ubi omnia jura servantur, coluntur, in controversiam deduci: Christianissimam Majestatem Ludovici XIV. sub eodem Regio Throno, in quo hanc legem connubialem condidit, & sub Regis verbo firmavit, sublatis omnibus contrariis consuetudinibus, & ordinationibus, & assistentibus Principissæ Aurelianensi Matre, & Tutore, & præcipuis ejusdem Consiliariis, suprema potestate destitui, & maximum ejus splendorem obscurari. Nil magis conveniens rectæ rationi, &
Statuum, seu Provinciarum conserva-
2 tione, pro qua inter Principes Matrimonia contrahuntur, quam nuptialia pacta legibus domicilii mariti uniformia interpretari, prout ita esse debere jura omnia requirunt, ad *Text. in L. Exigere dotem ff. de judic.* late *Miller. de Matrim. cap. 7. num. 30.*

Ut mulier extera præsertim Principissa, conjugali Etrusca Corona in Italia condecorata, & conjugii potestate Florentina effecta, sobolem non
3 exteris legibus, sed propriæ Coronæ juribus pendentem produceret, quæ Matri Principissæ Etruscæ, seu Florentinæ factæ, non Gallicis, sed Etruscis, seu Florentinis Legibus succederet, ut de muliere Longobarda Romano conjugata, & virtute matrimonii Romana effecta, in jure Longobardo per Regem Luitprandum constitutum est *in L. 1. tit. 7. ut mulieres lege mariti vivant, libr. 2.* non solum in bonis in Etrusco solo sitis, sed ubique locorum; dum leges domi-
4 cilii mariti in pactis nuptialibus insitæ, non virtute jurisdictionis, sed conventionis, etiam extra territorium suam vim habent, & operantur; etiamsi leges rei sitæ contradicant, quia per conventionem jura mariti recipientem, abrogantur, & delentur ut pluries judicasse Curiam Parisiensem testatur *Coppin. de Morib. Parisiorum libr. 2. tit. 1. num. 3. 4.*

Et in his, quod magis est, Regia Majestas omne contrarium abrogavit, & literis patentibus bona omnia, inter quæ etiam immobilia in Gallico solo posita numerantur, quomodo dotalia constituta, tamquam bona propria materna ad filios spectare debere post mortem Matris sancivit.

Quod dominium irrevocabile in filiis sine ulla disponendi potestate in matre, tam secundum jus scriptum Romanum, & Etruscum, quam secundum loquendi morem Italicum, & Florentinum importat. Et juri consuetudinario Parisiensi non contradicit.

Respondentibus tamen pro Legatariis testamentariam dispositionem sustinentibus: Justum esse pacta connubialia in Parisiensi Senatu cum tanta Regiæ Majestatis auctoritate condita servare: Eamdemque Majestatem cum pactorum observantia maxime colere, & venerari, legesque Etruscas, & Florentinas in pactis discutiendis perscrutari, & sequi conveniens esse, si pacta ipsa nuptialia illas non derogent, & rejiciant, cum potestate maxime Serenissimi Magni Ducis Ferdinandi II. Supremi Principis omnia contraria pactis præfatis removentis, moremque loquendi, & significationem verborum secundum usum Etruscum, & Italicum servari debere. Sed si formulæ Parisiorum propriæ, & peculiares fuerint adhibitæ, Florentinis incognitæ, verborum potestatem secundum Parisiensem morem necessario recipiendam esse dicebant. Quare cum bona dotalia fuerint filiis concessa, tamquam bona propria Materna per speciem quamdam Maternæ successionis filiis deferendæ potius ad exclusionem Viri superstitis, quam ad irrevocabilem, & perpetuam dominii translationem, non inde excludi disponendi potestatem in Matre, sed præservari in portionibus, saltem de jure scripto, & consuetudinario permissis.

Quia non vere propria realia filiorum cum perpetua dominii acquisitione bona dotalia per illam clausulam effecta dici posse; sed propria quædam fictitia conventionalia, quæ more Parisiensi, ne conjugalis societas introducatur, efficiuntur, & sic non ad translationem dominii in filios, sed ad exclusionem tantum Viri superstitis, quæ proinde legalem tantum suc-

cef-

cessionem filiis præservantia, Matri omnem disponendi potestatem conservant. Et cum sint clausulæ Parisiis singulares, & cum peculiari earumdem significatione, dum morem Parisiorum paciscentes sequi voluerunt, derogationem Legibus domicilii Mariti important, accedente præsertim Supremi Principis potestate.

Cum igitur totum disceptationis pondus, & momentum, quantum spectat ad actionem ex pactis nuptialibus deductam, ad interpretationem eorumdem pactorum fuerit redacta, nempe, an peculiarem quamdam Parisiensium formulam clausula illa = *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come Beni proprj materni* = contineat, cum tanta Gallicæ gentis singularitate, ut derogationem Florentinis Legibus omnem dotalem substantiam filiis invita matre deferentibus, præferat, vel potius sermonem Populis præsertim Italicis jure scripto Romano utentibus communem, & usitatum, & a Florentinis maxime receptum ad denotandas perpetuas dominii translationes contineat, Legibus domicilii Mariti maxime uniformem, & concordantem.

Causa fuit in publicis Audientiis Regii Parlamenti ad peculiarem trutinam coram doctissimo Relatore remissa.

Et eum præstantissimi, & eximii Parisienses Advocati cum maxima juris scripti, & consuetudinarii scientia, & eruditionis enucleatura, oil peculiare ex jure Parisiensi, seu consuetudinario decerptum in clausula illa contineri bene demonstraverint, & omnem fictionem Parisiensibus moribus usurpatam excluserint:

Pro veritate dicenda consuluntur, & cum omni supplicatione requiruntur insigniores Italiæ J. C. in majoribus, & supremis Italicis Tribunalibus rem gerentes, an clausula illa sermonem in jure Romano maxime usitatum, & Populis jure scripto Romano utentibus communem contineat, translationem dominii perpetuam, & peculiarem in filios significantem, & omnem proinde matris disponendi potestatem auferentem; tum ex sermonis proprietate in jure Romano, & Italico recepta, tum ex contextu omnium Capitulorum Matrimonialium idipsum præseferentium, quia si communis est jure Romano hæc loquendi formula, & Florentiæ recepta pro translatione dominii in filios, hoc ipsum dum rem dotalem in filios transfert, præservat leges domicilii Viri, & omnem peculiarem Parisiensium clausulam excludit.

Et quia Florentinos J. C. primum responsum dare decet, ut elucescat, an talis clausula eorumdem Legibus sit conformis; post eorumdem responsum in aliis Italiæ Partibus propositum, quid alii Jurisprudentes Italiæ sentiant, apparebit.

FLORENTINORUM

RESPONSUM.



Novam, & inusitatam, & in Italicis Provinciis jure scripto Romano utentibus numquam auditam quæstionem aggredimur, nempe, an per conventionem factam in Capitulis Matrimonialibus, per verba, quod bona dotalia post mortem uxoris cum filiis superstite viro = *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come beni proprj materni* = censeatur uxori morienti disponendi de dote potestas sublata, in Principissa Florentiæ nupta, ubi viget Statutum, *quod nulla mulier constante matrimonio in dote, vel de dote, vel ejus parte possit condere aliquam ultimam voluntatem, nec aliquid etiam inter vivos quoquomodo disponere de dicta dote, vel ejus parte in præjudicium filiorum, seu descendentium ex eis.* Et profecto dubitandi ratio non percipitur. Quoniam sive pactum simplex a dispositione Statuti sejunctum perscrutetur, sive cum illa conjunctum, & illius vigorem conventionis potestate continens, sive demum

mum cum aliorum capitum nuptialium contextu commixtum, & complicatum, unumquodque eorum singillatim, & fortius omnia simul juncta de dote disponendi matri potestatem auferunt, ita ut res dubium non habeat, in supremis Italiæ Tribunalibus proponendum.

PRIMA PROPOSITIO.

5 Nam primum simplex pactum nil aliud continet, quam clausulas ex jure Romano decerptas, & selectas *in tit. C. de pact. convent. super dote, & in altero. Digest. de pact. dotal.* quibus de jure Romano post mortem matris proprietas, & dominium dotis filiis, aut marito virtute conventionis, invita matre defertur, ac illi propterea, pactis stare coactæ, disponendi potestas aufertur.

Non aliis enim verbis usi sunt Ulpianus, Paullus, Triphoninus, Florentinus, & cæteri antiquiores J. C. ad demonstrandam vim hujusmodi conventionis dantem viro, vel filiis acci-
6 piendæ dotis potestatem jure dominii,
& proprietatis, quam verbo *remanere* in L. 2. ibi *dos apud virum remaneret*, & in L. *Si Pater* 12. ibi *ut mortua in Matrimonio filia dos apud virum remaneret, puto pactum servandum etiamsi liberi non interveniant; & in L. Bebius Marcellus* 30. ubi, ut dimidia dos apud *maritum remaneret*, & postea *nullo filiorum extante mortua muliere partem dotis remanere apud maritum*. Et clarius *in L. Si inter virum* 24. etiamsi verbum retinere sit adhibitum, similis potestas in filiis resultat. Sunt verba: *Si inter virum, & uxorem pactum est, ut certa pars dotis, vel tota ob unum, vel plures liberos intervenientes retineatur, etiam eorum liberorum nomine, qui ante nati sunt, quam dos daretur, aut amplietur, conventio rata est. ff. de pact. dotal.*

Et Imperatores etiam ad denotandam acquisitionem dotis post mortem uxori eodem verbo *remanere* usi sunt *in L. Si convenit 9. C. de pact.*
7 *convent. super dot. & in L. Si dotem*
24. *& in L. Licet* 27. *C. de jure dot. & super donis nuptialibus in L. Si cum 7. C. de donat. ante nupt.* Quid dicemus igitur de verbo *pertinere*, ibi *apparterrauno* nonne eamdem vim habet
apud Imperatores, & J. C. antiquis- 8
simos in *L. Etiamsi* 8. *C. de jure dot. & in L. Inter socerum 26. in princ. ff. de pact. dotal.* & millies in pluribus aliis locis.

Pertinere enim, etsi latissime pa- 9
teat, diversimode usurpatur ad demonstrandam quamcumque rem, actionem, possessionem, officium, qualitatem, & alias res, quæ aliquo modo ad nos spectant, ad *Text. in L. Verbum illud 181. ff. de verb. signif.* semper tamen
dominium significat, quia cum detur 10
dominium non solum proprietatis, sed actionis, possessionis, servitutis, officii, & cujuslibet alterius qualitatis aliquo modo ad nos spectantis, sive ad rem, sive ad qualitatem referatur, dominium tamen exprimit *d. L. Verbum illud ff. de verb. signif.* & simpliciter prolatum dominium rei, & proprietatis signi-
ficat, quia illæ res vere, & proprie 11
ad nos pertinere dicuntur, quarum domini sumus *L. Liber homo, L. Per servum vers. sed quemadmodum ff. de acquir. rer. domin. Rebuff. in d. L. Verbum illud 181. in princ. ff. de verbor. signif.* & quarum utilitas cum effectu perpetuo ad nos spectat, ut ex *Test. in L. Penult. ff. ad Tertill.* docet *Alciat. in L. 1. num. 37. circa med. C. qui admitti ad bon. possess.* & hic usus invaluit non solum apud Italos jure Romano utentes, sed ut inquit
Rebuff. Gallus in d. L. Verbum illud 12
in fin. Frequentissimus usus nostratum est (idest Gallorum) *ut referamus hoc verbum pertinere Gallis* appartenir *ad dominium; sicque simpliciter dictum interpretatur usus forensis, verum si non simpliciter, sed cum quadam qualitate dominium velimus significare, addimus illam qualitatem; Gallice enim dicimus* comme s'appartient à moy quant à l'usufruit, ou quant à la jurisdiction.

Oportet igitur etiam secundum Gallicos mores, quod exprese verbum pertinere ad qualitatem referatur, ut
dominium proprietatis non comprehen- 13

dat; ac propterea ad res dotales, nempe *alla detta somma intera di trecento-mila scudi, e soprappiù della prefata costituzion dotale* verbum *apparterranno* simpliciter relatum, jure Romano, & Gallico proprietatis dominium aperte demonstrat, & perfectam orationem inducit.

Et idipsum præseferunt subsequentia verba *come beni proprj materni*,
14 quæ sive præsuppositiva, demonstrativa, & causativa absque ulla dispositione accipiantur, sive dispositiva, apertius semper explicant bona dotalia jure dominii ad filios spectare.

Si volumus enim, quod clausula illa præsuppositiva sit, & enunciativa, seu demonstrativa antiquæ proprietatis, quæ erat in matre, ob quam in pactum fuerit deductum, quod bona dotalia filiis spectare, & pertinere debeant, quasi illa verba *come beni proprj materni* significent tamquam bona, quæ propria fuerunt matris; illud profecto sequitur, quod qualificare non possunt illa verba *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli*, sed veluti denotantia titulum, & causam acquisitionis, & translationis bonorum in filios, faciunt quod verba *resteranno, ed apparterranno* perfectam orationem habeant, & pleno jure dominium perpetuum in filios transferant, ex causa maternæ successionis conventæ in bonis dotalibus, quæ fuerunt propria Matris. Quam convenire licere probat *Text. in L. 1. §. 1.* ibi „ *posse deteriorem conditionem dotis fieri intervenientibus liberis, totie locum habet, quoties ipsa in matrimonio decedit* „ *ff. de dot. prælegat.* Quare bene dicit *Bald. in L. 2. C. de hered. act. n. 17. quod quando adest pactum de lucranda dote extantibus liberis, mulier de ea non potest testari, quia ex vi Contractus est ad alium applicata.*

Quod tantæ potestatis est, ut si in constitutione dotis facta in primo capite matrimoniali per Galliarum Regem, & ipsamet Serenissimam Margharitam Aurelianensem, adjecta fuisset expressa stipulatio dotis pro ipsamet Serenissima Sponsa & suis heredibus (quod significare volunt Parisienses, ut infra dicetur, quando in constitutione dotis stipulantur dotem, ut propriam mulieri, & liberis, & aliis ex ejus latere, & linea, qui ex more Parisiensi, ut mulieris heredes censentur vocati) adhuc dum postea in casu mortis uxoris cum filiis superstite viro convenitur, quod bona dotalia propria matris, & ab illa pro se, & suis heredibus acquisita, spectare debeant ad filios, hoc ipsum demonstrat, quod in hoc casu bona per matrem post mortem suam obligantur, & conceduntur filiis uti filiis, & de illis favore eorumdem disponitur in præjudicium heredum, quibus in aliis casibus reservata censentur; ac proinde filii etsi matris non heredes eadem bona petere possunt, prout mirifice probat *Text. in L. quodcumque 45. §. Si quis 2. ff.* 15
de verb. obligat. ibi „ *Si quis stipulatus sit post mortem meam filiæ meæ dari utiliter erit stipulatus, & filiæ utilis actio competit, licet heres ei non existat.*

Si vero tamquam dispositiva talis clausula accipiatur, disponere non potest nisi tollendo, minuendo, aut augendo priorem dispositionem ex ver- 16
bis *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli* deductam, quæ absolutum dominium in filios transfert. Cum tollere autem absolutè non possit, quia instantanea correctio dari non potest, secundum *Bartol. in L. talis* 17
scriptura §. fin. ff. de leg. 1. Peregrin. de Fideicomm. art. 16. num. 39. Nec bona, quæ ad filios post mortem matris spectare, & pertinere debent, possunt statim dispositioni matris reservari, quia spectarent ad matrem, & non ad filios, & implicat contradictionem, & impossibilitatem, quod post mortem matris bona ad filios pertinere debeant, & matris dispositioni sint reservata, aut in vita, quia post mortem ex necessitate pacti non pertinerent ad filios, aut post mortem quando jam amplius disponere non potest.

Diminutioni vero, aut qualificationi prioris dispositionis verba non conveniunt, quia respiciunt substan-

tiam

18 tiam verba illa, *come beni proprj materni*, & non qualitatem, ac propterea ad qualitatis dominium puta jurisdictionis, ususfructus referri non possunt. Necesse est igitur, ut augeant, confirment, & exprimant, aut detegant priorem dispositionem, quia
19 cum regantur a verbis *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli* denotare debent permanentiam, & pertinentiam in filiis, & ipsam augere, & exprimere, ut aliquid disponant.

Et profecto tam in Italica, & Etrusca locutione, quam in jure Romano in Italia recepto, nulla est formula, seu clausula, quæ magis explicet, & significet perpetuum, & absolutum dominium irrevocabile cum ab-
20 soluta disponendi potestate, quam illa, quæ in concessionibus, & traditionibus rei, sive bonorum adijcitur cum verbis *uti res propria, uti bona propria*.

Cum enim proprius idem sit ac suus, ut est *Text. notabilis in L. 1. §. In propria causa ff. quando appellandum sit, L. 2. §. 1. num. 3. ff. eodem L. eos 6. in princ., & §. Sin autem. C. de appellat. L. qui stipendia in princ. C. de Procurator. cap. 1. de For. Compet. in Clement.*; quia mei proprius dicitur meus, & tui proprius dicitur tuus, & alterius proprius dicitur suus, ut significat *Text. in L. Si supra 28. ff. de acquir. rer. domin.* ibi *proprium ejus &c. & proprium tuum*; ac proinde suus heres a Teophilo *in instit. tit. de heredum qualit. & diff.* & a Græcis J. C. in Basilicis semper *ἴδιος κληρονόμος*, idest *proprius heres* dicatur, ut Galli etiam agnoscunt apud *Cassaneum ad consuetudin. Burgund. rubr. 7. §. 3. in Text.* A ses vrais heretiers *num.* 2. ad denotandum omnimodam rei pertinentiam ad eum, cui datur, & conceditur, quæ absolutum dominium transferat, non potest loquentis, seu proferentis animus melius explicari, quam addendo, ut bona ad acquirentem pertineant uti bona propria, nempe bona sua, quod est illud præcise necessarium, ut dominium acquiratur, ut dicit *Donell. Comment. Juris Civil. libr. 4. cap. 18. in princ.* Quod enim meum, vel suum est, aut proprium, amplius meum, suum, vel proprium fieri non potest ad *Text. in §. Sed si rem instit. tit. de Legat.* ibi *quod proprium est amplius fieri non potest L. 159. ff. de regul. Jur.* & ibi *Gothofred.* quia in meo, tuo, suo, aut proprio magis, vel minus dari non potest *§. Sic itaque discretis 19. institut. tit. de act.*

Et hinc est quod in meo, tuo, suo, aut proprio verum, & incommutabile dominium significatur *L. ubi autem 75. §. fin. ff. de verb. oblig. Peccbius de Testam. Conjugum lib. 3. cap. 13. num. 1.* & omnes effectus veri, & absoluti dominii verificantur.

Nam primum proprio, & suo substantialiter competit, ut de eo possit disponi, nec suum, vel proprium in eo verificatur, qui disponere non po-
test *Text est in L. Quinctus §. Ar-* 21
genti, ubi *Bart. ff. de aur. & argent. Legat. Bart. in L. Servi electio §. fin. ff. de leg. 1.* Deinde quia dominium non verificatur in pluribus personis in eadem re concurrentibus *Baldo in L. in suis 11. num. 4. ff. de liber. & posthum.* cum duo in solidum ejusdem rei domini esse non possint ad *Text. in L. Si ut certo loco 5. §. Si duobus ult. ff. commodati L. 3. §. Ex contrario de acqu. possess.* propterea proprium tamquam dominii expressivum vere illud dicitur, quod uni soli jure dominii, & proprietatis competit, ut est *Text. in §. 1. instit. de patr. potest l. omnes Populi ff. de justit. & jur. Tholosan. de divis. rer. privat. lib. 5. tit. 1. num. 3. Decius in l. quæcumque §. Qui mandatum ff. de offic. ejus &c. num. 1.* & quod comune non est *§. 1. Instit. de patr. potest. L. proprium 5. ff. Commun. Prædiorum, Bartol. in L. 1. num. 2. ff. de adopt.* & alterius, seu alienum dici non potest *§. Proprius instit. de hered. institut.* & idcirco illius, cujus est proprium dicitur etiam peculiare, & singulare, hinc propriæ actiones *in L. 36. ff. ad L. Aquil.* Lex civitatis propria *in L. 21. §.*

ult. ff. ad Municip. forma propria a-
gri *in L. 7. §. 1. in fin: ff. de aquir.
rer. domin.* propria qualitas singularis,
peculiaris, *in L. 26. §. 1. de acquir.
rer. dom.* denique proprium nomen
hominis, propria appellatio fundi *in
L. 75. ff. de verb. signif.* proprius ti-
tulus, quo res acquiritur, & tot a-
liis exemplis, de quibus apud *Ulricum
Huberum in prælect. juris Roman. &
hodiern. par. 2. lib. 5. tit. 3. num. 5.*

22 Quamobrem sicuti dominium,
jus illud significat, quo rem facimus
nostram, nobisque propriam, ut in-
quit *Connan. comment. juris civil. libr.
3. cap. 3. in princ.* Ita res propriæ,
& bona propria illa dicuntur quorum
dominium ad nos pertinet, & quæ
vere, & proprie nostra sunt *Menoc.
consi. 192. n. 6. libr. 2. Vitalis Ne-
meus tract. de collat. cap. 1. num. 13.
inter tract. diversi. de successi.* ac jure
proprio, idest perpetuo obtinemus *Al-
ciat. in L. Naturaliter §. Nihil com-
mune n. 18. ff. de acquir. possess.* &
ideo res propriæ, proprietates nostræ,
vel in nostra proprietate dicuntur,
quia proprietas ipsa res est, circa quam
23 datur dominium, & ex qua facultas
disponendi producitur, & cujus no-
mine significatur rem esse alicujus pro-
priam *Alciat. in dicta L. Naturali-
ter §. Nihil commune ff. de acquir.
possess. n. 18. Salicet. in L. Proprie-
tatis C. de probat. Castill. de usufruct.
cap. 75. n. 37.* Ex allusione enim vo-
cabuli proprietas dicitur, quasi pro-
prie tuum *Jason. in L. Item si jura-
vero ff. de jur. jur. Rebuff. in repetit.
tit. de cons. poss. & proprietat. in præ-
fat. cap. proprietas varias, & multi-
plices habet significationes column. 2. pro-
pe fin.* opponiturque possessioni, &
usufructui tamquam temporali, &
24 momentaneæ *Alciat. in L. Naturali-
ter §. Nihil commune num. 18. ff. de
acquir. possess.* & collationem impedit
cum coheredibus tamquam præcipua,
25 & singularis aliquorum *L. 2. C. de
bonis Matern. L. 1. Cod. Theodos. de
bon. matern. part. 2.*

Et hinc est, quod dos alicujus
26 feminæ proprium ipsius patrimonium
27 dicitur *Gothofred. in Novell. 22. cap.
20. §. Soluto litt. K.* & lucrum do-
tis, quod ex Statuto defertur mari-
to, dicitur proprium ipsius viri pa-
trimonium, nec de hereditate uxoris
consideratur *Roland. a Valle de lucro
dot. quæst. 90. per tot.* & si vir sit
filius familias tamquam illius pro- 28
prium, & præcipuum cum fratribus
non confert, neque communicat *Ca-
ball. consi. 147. num. 2. tom. 1.*

Et hinc maxime factum est,
quod bona materna, quæ mortua ma- 29
tre filiis deferuntur dicantur propria,
& præcipua filiorum *in L. 2. C.
de bon. Mat.* & eorum proprietatem
ad filios pertinere in *L. 1. & 2. C.
eodem*, & mortuo patre, qui in illis
usumfructum habebat, cum aliis fratri-
bus ex alio Matrimonio, qui ex par-
te sunt coheredes, tamquam propria 30
illorum, non conferantur, ut dicitur
in dicta *L. 2. C. de bonis mat.* &
ideo *in L. 1. Cod. Theodos. de bon.
mat. maternum patrimonium patre mor-
tuo præcipuum habere eos, & sine cu-
jusque consortio placuit*, quod repeti-
tum est *in L. 7. eodem tit. Cod. Theo-
dos.* ubi in legis interpretatione illud
præcipuum, hoc est proprium expli-
catur, & bonorum maternorum pro-
prietatem ad filios pertinere, & ea
bona tamquam præcipua, & propria
mortuo patre filios habere, confirmat
*Gothofred. in dicta L. 2. C. de bon.
Mat. & Paratitlom. in Cod. Theodos.
de matern. bon.*

Constat igitur bona, quæ a ma-
tre proveniunt, vel ab ascendentibus
maternis post acquisitionem factam
filiis materna appellari, secundum ju- 31
ra Romana in Etruria recepta; sicu-
ti a patre provenientia, paterna dici,
prout confirmat *Text. in L. Genera-
liter 5. in fin. C. de secund. nupt. Cal-
vin. in lexicon. juris verb. maternum.*
& Galli etiam hoc ipsum receperunt,
& usurparunt, prout cum *Brisonio de
verbor. signif. Boer decis. Burdegalens.
192. Ferron. ad consuetud. Burdegalens.
tit. de Testam. §. 1. Barrii de succes-
sion. libr. 2. tit. 3. n. 5. vers. eamdem
regulam Pappon. de Arrest. libr. 21.
tit. 1. de succesi. in append. n. 4.*

Et nil magis conveniens esse in

Ju-

Jure Romano, quam bonis maternis
propria filiorum adiicere, & bona ma-
terna propria filiorum dici, & appel-
lari, & eorum proprietatem ad filios
spectare, & pertinere debere, ac pro-
inde nil magis juri Romano confor-
me, & conientaneum in pactum de-
duci potest, quam quod bona dotalia
post mortem Matris filiis remanere,
32 & pertinere debeant, tamquam bona
propria materna; dum hæc conventio
in bonis dotalibus, legitimæ bonorum
maternorum jure Romano successioni
conformis in Capitulis matrimoniali-
bus adjecta, irrevocabilem contractum
importat, prout *ex tot. tit. ff. de pact.
dotal.* & altero *C. de pact. convent.
super dot.* supra demonstratum est; &
omnem de dote disponendi potestatem
33 Matri aufert; prout probat *Text. in
L. Cum maritus 29. §. fin. ff. de pact.
dotal.* qui adamussim convenit speciei
nostræ, dum conventio bona filiis
tamquam ipsorum propria tribuens,
uti juri Romano conformis, excludit
omnem stipulationem *proprii* fictitii
34 more Parisiensi, & facit, quod mu-
lier lege conventionis ligata, ipsamet
promittente, & pro filiis nascituris
Patre, & Notario acceptante præci-
se, & sine distinctione teneatur, ut
bona dotalia ad filios, quibus jus quæ-
35 situm est, transeant, ut *ex L. 11.
in fin. ff. de dot. prælegat.* notat *Go-
thofred. in d. L. Cum maritus §. fin.*
quocumque loco bona sint posita, quia
lex conventionis, & contractus, ex
contrahentium voluntate, & potesta-
te procedens, quæ Territorio non
circumscribitur, & disponit de bonis
suis quocumque loco positis, vincit
omnes leges locorum, ubi bona sunt
36 sita *Gayll. observ. libr. 2. cap. 78. n.
8. Mavius ad jus Lubecens. part. 2.
tit. 2. art. 12. n. 365. & seqq. Heester.
in locis comm. juris pract. part. 2. loc.
10. num. 15. 16. & seq.* Pactis enim
contrahentium de bonis extra Terri-
torium disponentibus, leges locorum
ubi bona sunt sita, tam super luctis,
quam successione bonorum, in eorum
præjudicium deleri possunt, & muta-
ri *Phanucc. in tract. de lucro dot. gloss.
9. num. 35. Fabius de Anna cons. 92.
n. 57. & 59. libr. 2. Thesaur. quæst.
Forens. libr. 2. quæst. 5. n. 6.*

Et in casu nostro tantæ pote-
statis sunt propter auctoritatem Re-
giæ Majestatis Ludovici XIV. ut e-
tiamsi essent pacta a legibus reproba-
ta, (quod dici non potest) cum il- 37
la Majestas omnibus legibus contrariis
derogaverit, ut pacta substineantur;
hæc pacta a Supremo Principe voli-
ta, & confirmata vim legis deroga-
toriæ haberent, & prævalere debe-
rent quibuscumque legibus universali-
bus, & particularibus locorum, tam-
quam facta coram ipso Supremo Prin-
cipe abrogante, toto jure teste, quod
in Regiis Scriniis stat repositum ex
*Text. in L. Omnium. C. de Testam:
Gayll. observ. 127. per tot. libr. 2.
Larrea alleg. fisc. 3. num. 7. & alleg.
119. num. 9. Antunez. de donat. Re-
giis libr. 2. cap. 3. num. 2. & cap.
11. num. 17.*

Hæc sola igitur pacta secundum
jus Romanum stipulata sufficiunt, ut
bona dotalia, quocumque loco posita,
ad filios post mortem matris specta-
re debeant.

Secunda Propositio.

Sed non solum jus Romanum
hujusmodi bona pactis conventis filiis
tamquam propria tribuit, sed leges
Italiæ, & præcipue Statutum Flo-
rentinum magis præcise bona dotalia
propria filiorum constituit, quia cum
Itali favorem filiorum maxime in con-
stitutione dotium respexerint arbitrium
matris in disponendo in præjudicium fi-
liorum coarctare curarunt, unde passim 38
in Italia similia Statuta observantur, ut
Romæ, Senis, Urbeveteri, Beneventi,
Bituntì, & similes consuetudines sunt
introductæ Neapoli, Bari, & aliis
locis Italicis, cum quibus, vel in to-
tum, vel in parte facultas disponendi
de dote in præjudicium filiorum limi-
tatur, & omne, quod sub prohibi-
tione disponendi continetur, sive in
totum, ut Florentiæ, Urbeveteri,
Bitunti, & Bari, sive in tribus quar-
tis, ut Senis, sive in novem parti-
bus, ut Neapoli, Beneventi regula-
tur ad instar legitimæ filiorum de ju-
re

rè Romano debitæ, & a Statutis au-
ctæ, in qua etsi filii jure hereditario
succedant, prout in legitima de jure
Romano, hæc tamen successio condi-
39 ctione ex Statuto promanans non sub-
stinet onera voluntaria matris, sed
tamquam a lege, vel Statuto proce-
dens, invita matre, facit filios suc-
cessores anomalos, prout in dote de
jure Digestorum efficiebantur filii mor-
tua matre, quæ erat sub patria po-
testate, ut explicat *Bald. in L. 2. C.
de hereditar. act. eam sequitur Castrens.
in L. Si cum dotem ff. ſ lut. matrim.
num.* 5. & secundum prædicta præfa-
ta Statuta explicarunt *Castrens. cons.*
441. *libr.* 1. *Soccin Sen. cons.* 93. &
prius cons. 48. & *postea cons.* 116. *vol.*
1. *Napodan. in consuetud. si qua mu-
lier tit.* 6. *de muliere habente filios
pag. mihi* 195. *Spad. cons.* 365. *de
Franch. dec.* 486. *Thesaur. libr.* 1.
quæst. 91. 95. *& libr.* 3. *quæst.* 65.
Ancbaran. cons. 25. *Marzimedic. de-
cis. Senens.* 48. *& exam.* 29. *num.* 11.
Altograd. cons. 25. *Giurb. ad consuetud.
Messan. cap.* 6. *gloss.* 9. *part.* 1. *Molphe-
sius ad consuetud n. Neapol. part.* 7.
quæst. 14. *num.* 13. & *generaliter Al-
bertus Brun. de Stat. femin. exclus.
art.* 13. *quæst.* 8. *qui Soccinum sequitur.*

Quæ adeo vera sunt, ut hæc
bona dotalia filiis ex Statuti disposi-
tione debita potentiori jure ad filios
pertineant, quam legitima jure Ro-
mano illis assignata, quia etiam inter
vivos mater. si habeat liberos, de illis
40 disponere non potest, ut considerat
Castrens. cons. 441. *num.* 3. *libr.* 1.
Soccin. cons. 48. *num.* 1. *& cons.* 93.
num. 13. 15. *cons.* 116. *num.* 1. 2. 3.
& cons. 53. *num.* 7. *libr.* 1. *& cons.*
241. *num.* 14. 15. *libr.* 2. & disposi-
tio etiam vivente matre nullius robo-
ris reputatur, dum lex, seu Statutum
41 ab initio dispositioni resistit *Soccin.
consil.* 93. *column. fin. vers. Postremo
libr.* 1. & hinc est, quod mater vi-
vens dicatur potius usufructuaria, quam
domina proprietatis, quæ ad filios,
42 etiam vivente matre, spectat *Castrens.
cons.* 441. *num.* 1. *& seq. volum.* 1.
*Albertus Brun. de Statut. femin. ex-
clus. art.* 13. *quæst.* 8. 9. & ipsam
uti propriam beneficio Statuti ad suos
heredes trasmittunt, etiamsi matris
heredes non fiot ad instar legitimæ,
ut per *DD. in L. Posthumi, ubi De-* 43
cius num 3. *Jason. num.* 23. *C. de
bon. poss. contra tabulas Marescott. var.
resolut. libr.* 2. *cap.* 105. *n.* 47. *Noal.
de transmiss. casu* 10. *per tot. Merlin.
de Legitt. libr.* 5. *tit.* 1. *quæst.* 1. *n.*
7. quia illis uti filiis, non uti here-
dibus competit *Castrens. cons.* 441. *per
tot. Marzimed. exam.* 29. *num.* 9. 10.

Hujusmodi enim Statuta propter
filiorum favorem condita, etsi matri
odiosa, favorabilia tamen reputantur,
tamquam ordinata ad obviandum frau- 44
dibus, quibus remanent obnoxiæ ma-
tres per extraneorum blanditias, &
seductiones, cum filii, quorum favo-
re sunt condita, non odio, sed amo-
re a matribus considerandi sint, ut
bene *Camill. de Medicis cons.* 161.
num. 11. *& per tot.* & ideo omnis 45
interpretario sumenda est, ut quocum-
que casu dos tamquam propria filio-
rum in illos transeat *Gratian. cap.*
148. *num.* 6. *cap.* 149. *n.* 21. *Marta
de Successión. Legal. part.* 2. *quæst.* 3.
art. 12. *in princ. Caball. cons.* 64. *n.*
7. *libr.* 2. *Alciat. cons.* 10. *num.* 10.
libr. 2. *Bald. cons.* 473. *num.* 3. *Ca-
strens. cons.* 111. *num.* 3. *Cancer. var.
resol. part.* 1. *resol.* 1. *n.* 51. etiamsi
matris heredes esse nolint *Castrens. d.
cons.* 441. *num.* 1. *&* 5. *Ruin. cons.*
132. *num.* 8. 11. *libr.* 2. *Molphes. ad
consuetud. Neapol. part.* 4. *de Success.
quæst.* 61. *a num.* 6. *Phanucc. de lu-
cro dot. gloss.* 4. *n.* 11. *& seqq.* Quo-
niam etiam eo casu, tamquam præ-
cipuam, & propriam, dotem mater- 46
nam petere possunt *Castrens. cons.* 38.
num. 18. *libr.* 2.

Si igitur ex dispositione Statuti
proprietas bonorum dotalium etiam
vivente matre spectat ad filios, &
post mortem matris bona materoa,
tamquam propria vindicare possunt
Simon. de Pretis cons. 196. *num.* 12. 47
quando in pactum dispositionem Sta-
tuti deducere volumus, non aliis cer-
te verbis hæc dispositio concipi po-
test, quam illis, quibus effectus di-
spositionis statutariæ demonstrarunt,

Dnm

Dum enim ex Statuto resultat, quod bona dotalia materna sint propria filiorum post mortem matris, si in pactum deducatur, quod dotales substantiæ spectent, & pertineant ad filios, uti bona propria materna, hoc pactum continet idem quod Statutum disponit, & his verbis, ex legibus Roman. & interpretationibus DD. super hujusmodi Statutis desumptis, effectus præcipuus dispositionis Statuariæ exprimitur.

Supervacaneum est igitur quærere, an in aliis partibus, & capitulis matrimonialibus sit conformitas, aut correctio Statuti Florentini, dum
48 in capite, cujus vigore agitur, espressa dispositio Statuti demonstratur. Et hæc dici non potest petitio principii, dum non supponimus, sed demonstramus dispositionem Statuti Florentini in hoc capite contentam. Et
49 satis esset, quod verba pacti prædicti convenirent municipali nostræ dispositioni, & formulis Parisiorum super *proprii* stipulatione, quia in hac dubietate interpretatio sumenda esset pro Statuti dispositione in pacto contenta, dum legibus domicilii mariti semper pacta uniformia debent interpretari,
50 & per hoc pactum translationem dominii in filios aperte continens *jure* Romano, & Statutario nostro excluditur omnis stipulatio *proprii* more Parisiensi ad exclusionem mariti, tum ex verbis uti bona propria materna, quæ jure Romano, & Statutario nostro translationem dominii in filios demonstrant, secundum etiam Gallicam locutionem, ut ex Dictionario Academiæ Regalis, verbo *Propre, se dit de tout genre, qui appartinet à quelqu' un à l' exclusion de tout autre. C' est mon propre fils: je donnerois de mon propre sang*; tum ex mente contrahentium, quia hac exclusione mariti opus non est in successione bonorum dotalium post mortem matris cum filiis, tam jure scripto Romano, & Florentino, tam consuetudinario Parisiensi, & aliarum Provinciarum, in quibus vir uxori non succedit, nisi post filios, & agnatos, & cognatos collaterales, quando non adest societas conjugalis; & ineptum esset adjicere stipulationem *proprii* pro exclusione tantum viri in successione matris cum filiis, quando nullo jure venire poterat; & si prætendatur adjecta, ut excludatur pater a successione filiorum, non erat adjicienda, ubi agebatur tantum de successione matris, & cum exclusio patris a successione filiorum in stipulatione *proprii* veniat virtualiter, & in consequentiam, ut infra dicetur, ob præservativam successionis legalis; ubi a lege non excluditur pater, nec a stipulatione *proprii* poterit excludi, & ideo si locum habere non potest virtualis, & consecutiva patris exclusio, expressa, & principalis *proprii* stipulatio pro exclusione viri non erat adjicienda.

Petunt igitur principium hi, qui asserunt stipulationem *proprii* pro exclusione viri in pacto prædicto contineri, dum nullo modo id demonstratur, & ex supra deductis manifeste excluditur.

His igitur ita sese habentibus, si pactum præfatum continet dispositionem Statuti Florentini super successione bonorum dotalium, dum omne id, quod in pactum est deductum virtute conventionis suam vim habet in omnibus rebus in pacto contentis, quocumque loco sitæ sint, quia voluntas, & potestas contrahentium non circumscribitur Territorio, ut supra de- 51
monstratum est, & confirmat *Coppin. de morib Paris libr. 2. tit. 1. n. 3. 4.*

Idem dicendum erit de successione conventa ad formam dicti Statuti, & in idem pactum relata, quæ non virtute jurisditionis Statutariæ, sed conventionis paciscentium super omnibus bonis quocumque loco sitis, 52
erit attendenda, dum dispositionis effectus in contractibus a sola contrahentium voluntate provenit, in quorum potestate bona omnia, de quibus disponunt quocumque loco sint, universaliter sunt posita, unde bene inferunt DD. quod Statutum, & maritale pactum porrigunt vires suas ad bona ubicumque existentia, ut dicunt *Phannuc. de lucro dot. glos. 9. num. 34.*

34. 35. *Thesaur. lib* 2. *quæst. forens. quæst.* 5. *n.* 6. *Fabius de Anna cons.* 92. *&* 57. *& seq. libr.* 2. *Giurb. ad consuetud. Messanen. cap.* 1. *gloss.* 2. *part.* 1. *num.* 126.

Nec mirum, quia maritus, vel uxor in matrimonii ingressu rebus suis
53 legem dicere possunt, quam velint, omniaque pacta dotali in contractu posita servanda sunt *L. Cum dos L. Si Pater ff. de pact. dotalibus*, *L. Si convenit*, *C. de pact. convent. super dot. L.* 1. *§. Illud. C. de rei uxor. action. Roland. de lucr. dot. quæst.* 39. *num.* 12. *Gilken. in L. Cunctos populos num.* 51. *C. de Summ. Trinit. & Fid. Catholic. Giurb. ad consuetudin. Messanen. cap.* 1. *gloss.* 2. *part.* 1. *num.* 126.

Ac proinde si verbis expressis, vel tacite, aut virtualiter per legis præsumptionem pactum idem continet, ac Statutum, virtute pacti idem disponitur per contrahentes, ac disponit Statutum, & sicut pactum verbis expressis complectitur omnia bona dotalia quocumque loco posita, ita Statutum tacite, vel espresse in pacto contentum virtute pacti, seu voluntatis contrahentium porrigitur ad omnia bona, quocumque loco reperiantur. Non obstantibus diversis locorum legibus, quia provisio hominis
54 facit cessare provisionem legis, ad *Text. in L. fin. C. de pact. convent.* & dum in pactis licet deducere dispositionem conformem Statuto Florentino, valebit pactum, quod in bonis in solo Gallico sitis, succedatur secundum Statutum Florentinum, etiamsi leges rei sitæ contrariæ sint, quia vel per pacta illis derogatum dicitur, accedente præsertim supremi Principis potestare, ut supra probatum est; vel potius dum adsunt pacta super eorum successione firmata, non intrant leges locorum, quæ sub-
55 sidiarie tantum deficiente hominum provisione censentur promulgatæ, ut bene *Schened syn. tit. de success. ab intest. libr.* 3. *de succession. inter vir. & uxor. num.* 1.

Et ex his consequens est, quod si Statuentes voluerint omnino inhabilitare personam subditam, & illi prohibere, ne in præjudicium filiorum de dote disponat, ita ut constet aperte de persona inhabilitanda principaliter agi, non de rebus, & quod mentio rerum veniat in consequentiam, quia Lex, seu Statutum potest 56
ligare personam super omnibus rebus ad illam pertinentibus, quocumque loco sint positæ, etiam extra Territorium, dum jus dicit personæ, non rei; tunc receptum est secundum veriorem sententiam, quod mulier subdita non possit testari, nec etiam de bonis extra Territorium existentibus, nulla habita ratione, an Lex, seu Statutum loquatur in rem, seu in personam, sed spectata tantum voluntate, an intelligant ligare personam, vel rem, ut bene demonstrat *Mevius ad jus Lubecens. quæst.* 4. *n.* 26. *& seq.* ubi optime declarat, quod ita conciliantur omnes dissentientes sententiæ & quod hæc sit sententia verior, regulanda ex magis verisimili voluntate statuentium, probat *Fabius de Anna cons.* 92. *n.* 56. *libr.* 2. *Bellon. junior. cons.* 74. *per tot. Lancellott. Gall. ad consuetud. Alexandr. præfat.* 8 *n.* 10.

Quod adamussim convenit Statuto Florentino, quod non aliud voluisse, quam inhabilitare personam mulieris, ne de dote disponat in præjudicium filiorum, aperte patet, ne dum ex illis verbis *nulla mulier possit condere aliquam ult mam voluntatem*, sed ex ratione, ob quam *Paul. Castrens.* compilator Statuti addidit hæc verba Statuto veteri, nempe ut persona mulieris ligaretur potestate Statuti, & tolleretur antiqua quæstio, an per verbum *succedant*, & alia antecedentia, esset tantum præservata filiis successio realis in bonis dotalibus ab intestato, ut refert ipse *Paul. in L. Si cum dotem ff. solut. matrim.* & hæc fuit intentio Populi, ut tolleretur illa realis successio, & propterea mulieres ligarentur a Statuto, ne filiis præjudicium afferrent in dote, quod ostendit non voluisse disponere de bonis dotalibus, sed coarctare, & inhabilitare mulierem, ne captiosis circumventionum deceptionibus, quibus ple-

plerumque hic sexus est suppositus,
præjudicaret filiis in dote, quam vo-
lebat esse filiorum proprium. Quæ
inhabilitas, & incapacitas mulieris,
quia respicit publicam utilitatem civi-
tatis, & municipii, ut contrahentes
matrimonia sint tuti, ne dotes aliis,
59 quam filiis relinquantur, facilius ad-
mittitur etiam extra Territorium, &
in bonis extra illud positis, quia ma-
xima ratione obligantur subditi ubique
locorum ad servandum suæ Patriæ
bonum publicum, ut bene *Castro Pa-
lao Oper. Moral. tract. 3. punct. 24.
disput. 1. §. 5. num. 16. 21. 22.*

Et hujusmodi impotentiæ, &
inhabilitationi mulieris congruunt sub-
sequentia verba, ibi *de dote, super dote,
aut parte aliqua*, quæ non respiciunt
bona, & res dotales, sed jus ipsius do-
tis incorporale, quod dicitur universale,
& annexum personæ, quod dividi non
60 potest, nec diverso jure censeri, cum
una tantum sit mulieri dos, & unicum
dotis patrimonium ob unicum conju-
gium, quod sicut nec per fictionem
multiplex esse potest, ita nec multi-
plex dos, quæ sine multiplici matri-
monio stare non potest in diversis
Provinciis *de Franch. decis. 472. n.
6. Apont. de potest. Proreg. tit. de suc-
cess. mulieris n. 8. Berous quæst. 109.
n. 4. Gabriel. comun. conclus. de Sta-
tut. conclus. 9. num. 9. Bellon. jun. cons.
74. num. 129. Tiraquell. de Primog.
quæst. 46. num. 23. & seqq. Alexand.
cons. 128. libr. 1. & cons. 141. num.
18. vers. pro hoc etiam. vol. 7. Jason.
in d. L. Cunctos populos num. 29. Fab.
de Anna cons. 92. num. 52. & seqq.
& num. 56. libr. 2.*

Et hac ratione, quando consue-
61 tudines locorum, quæ admittunt so-
cietatem conjugalem, sunt personales,
quod deferant conjugi superstiti etiam
bona extra Territorium, & e contra
quando matrimonium est contractum in
loco juris scripti, quod contrahentes
non subjaceant consuetudinibus perso-
nalibus locorum extra Territorium ju-
ris scripti in bonis ibi positis, judi-
62 catum fuisse pluries refert *Pappon lib.
15. tit. 2. Arrest. 13. 14. 15.* quod
bene expendit *Christin. decis. Belg. vol.
2. decis. 57. num. 2. & per tot.*

Et dum assistit verisimilis vo-
luntas contrahentium se conformandi
dispositioni statutariæ, non est qui
dubitet de hac sententia recipienda,
non in vim auctoritatis statutariæ,
sed voluntatis disponentium, pro cu-
jus interpretatione, & explicatione, 63
sicut possunt sumi leges nullæ, & in-
validæ, quæ de facto observantur,
ita deserviunt etiam leges alterius Ter-
ritorii, quæ non ligent contrahentes,
& bona, de quibus disponunt, ut in
bonis, quæ Laici in emphyteusim ac-
cipiunt ab Ecclesia pro se, & suis
descendentibus: In his enim quamvis
Statutum Laicorum non liget neque
Ecclesiam, nec bona in Emphyteusim
concessa, attamen quia voluntas con-
trahentium præsumitur conformata Sta-
tutis Laicorum pro exclusione femi-
narum concurrentibus masculis, ad 64
formam successionis statutariæ ex vo-
luntate contrahentium, non ex aucto-
ritate Statuti, feminæ secundum sta-
tutariam successionem excluduntur, se-
cundum Theoricam *Barthol. in L. Ut
jusjurandi, §. Si liberi num. 5. ff. de
operis libert. Decian. cons. 30. num.
43. libr. 3.*

Et in Testamentis etiam volun-
tates testantium plerumque interpre-
tantur secundum Statuta domicilii Te-
statoris pro vocatione filiorum in con-
ditione positorum, vel exclusione fe-
minarum, quibus sese conformasse cen-
sentur etiam in bonis extra territorium 65
Statuti sitis, quia unica est voluntas
Testantis, & individua, quæ diverso
jure censeri non potest *Surd. decis. 329.
num. 25.*

Cum tanta igitur legis assisten-
tia, & præsumptione pro conforma-
tione voluntatum contrahentium legi-
bus domicilii viri in pactis nuptiali- 66
bus successionem dotalem continenti-
bus, excluduntur leges, & consuetu-
dines locorum uxoris exteræ, & alte-
rius Provinciæ, ut late ostendit *Ca-
bed. decis. Lusitan. 165. per tot.* &
in pactum deductum censetur, Statu-
tum domicilii viri in successione do-
tali esse servandum. Quo pacto ita
stante etiam tacito, & præsumpto,

non est quaerendum de jurisdictione Sta-
67 tuti extra Territorium, sed de voluntate, & potestate contrahentium in omnibus locis de rebus suis disponente, ut decisum refert *Rovit decis.* 100. *num.* 6. *ubi concord.* Quidquid sit, quando nullum adest pactum pro successione dotis regulanda, in quibus terminis proponuntur allegationes contrariae.

Tertia Propositio.

Si jus Romanum igitur verba pacti praefati usitata demonstrat in locutionibus, conventionibus, & constitutionibus, quae passim in corpore juris Romani Florentiae recepto leguntur: & si voluntas Statuentium Florentinorum, & effectus ipsius Statuti favore filiorum volitus in pacto praefato legitur, & continetur, quid dicendum erit, si capita matrimonialia antecedentia, & consequentia caput praefatum non aliud demonstrent, quam secundum jus Roman. contrahentes voluisse pacisci, & verba juris Romani propria usurpare, & ipsum Statutum Florentinum imitari, & sequi?

Nam primum si antecedentia pacta perscrutentur, constitutio dotalis facta est secundum jus Romanum, & Florentinum nulla adjecta stipulatione *proprii* more Parisiensi; & quia opus non erat eam adjicere in Principissa Florentiae nupta, ubi societas conjugalis non contrahitur, & Principi Supremo conjugata, cum quo contrahi non potest, hoc ipsum demonstrat, quod in constitutione dotis jus Romanum, & Florentinum sequi voluerunt, & si dotis constitutio jure Romano, & Florentino stipulata est, omnia alia capita subsequentia matri-
68 monialia, quae ab ipsamet constitutione dotis debent regulari, eodem jure Romano, & Florentino debent interpretari.

Augetur enim legis praesumptio, quae vult, quod omnia capita legibus domicilii mariti conformentur, dum dotis constitutio secundum illas apparet in esse deducta, & variatio, & recessus in sequentibus capitulis debet concludenter probari. Quod tantum abest, ut justificetur, quod magis, magisque ex verbis, *uti bona propria materna* conformitas juri Romano, & Florentino demonstratur, ut supra probatum est. Et excluditur omnis stipulatio *proprii* more Parisiensi, quia si non adest, nec adesse poterat stipulatio *proprii* in primo gradu facta favore Serenissimae Principissae, nec in secundo, in quo vocandi essent filii, uti heredes favore ejusdem Principissae, eadem ratione adesse potest; dicitur enim secundus successivus, & consecutivus primi, eumdem favorem Serenissimae Principissae in ejus heredibus continens, qui si non adest, nec adesse potest in persona ejusdem Principissae, eodem modo supervacaneus erit in ejus heredibus, ut illa disponere possit, & propterea talis stipulatio a secundo gradu incipere non potest. Et si incipiat sub nomine filiorum, in illa, iure Romano, censentur vocati filii ex propria persona 69
uti filii, non uti heredes ex *Text. in dicta L.* 45. *§. Si quis secundo ff. de verb. oblig.* ideo excludit successionem legalem, quae praeservatur in stipulatione *proprii* pro exclusione viri, quia hoc jus domicilii viri praevalere debet, & dum dat, & transfert in filios bona materna, ut illorum propria, & pleno jure illis acquisita, exclusionem viri quaerere supervacaneum est. Cum enim bona dantur filiis uti filiis jure proprio, de exclusione patris amplius quaerendum non est, non solum in successione matris, in qua numquam cum filiis concurrit, & quam acquisitio filiorum necessario praefefert, sed nec etiam in successione filiorum; quia si filii talia bona non habent uti matris heredes ex legali successione reservata in stipulatione *proprii* more Parisiensi facta, non intrat illa virtua- 70
lis exclusio patris in successione filii praedefuncti, concurrentibus aliis fratribus, quae ex successione legis praeservata in dicta stipulatione nascitur ob praerogativam lineae maternae, quae vincit gradum proximiorem, seu aequalem patri in locis jure consuetudina-

nario utentibus. Et dum bona non
tamquam hereditaria matris, ſed ex
propria perſona filiis ex pacto dicun-
tur acquiſita, & ipſis filiis ſub no-
mine collectivo per modum unius con-
ceſſa, & obligata, uno deficiente per
jus accreſcendi cenſetur alii ſubſtituti,
& vocati *ex Bellon. de jure accreſc.
cap. 6. quæſt. 32. num. & ſeqq.* & ab
ipſomet pacto, & contractu pater
excluſus.

Et idipſum demonſtrat ſecundum
caput, in quo præmoriente uxore ſi-
ne liberis, duæ tertiæ partes dotis
ſunt reſervatæ diſpoſitioni Sereniſſimæ
Principiſſæ, & tertia pars remanere
debet apud virum in plena proprieta-
te. In his enim duabus diſpoſirioni-
bus manifeſta conformitas juri Ro-
71 mano, & Florentino aperitur. Dos
enim ſoluto matrimonio per mortem
viri abſque liberis dicitur propria mu-
lieris in *Novell. 22. de Nupt. cap. 20.
§. Solut.* „ ibi „ *habebunt quidem pro-
pria, hoc eſt dotem quidem mulier*,
ubi *Gothofred.* notat, dotem proprium
mulieris patrimonium dici, & ideo
liberæ diſpoſitioni uxoris in dicto *§.
Soluto* relinquitur, quod Florentiæ
ſervatur, & in hac parte jus Roma-
num, & Florentinum receptum fuit.
In alia vero parte, in qua lucrum
tertiæ partis defertur viro io plena
proprietate, eodem modo jus Roma-
num imitantur, in quo hujuſmodi lu-
cra vigore pacti ob ſuperviventiam
72 conjugis quæſita noo exiſtentibus filiis
in plena proprietate conjugi ſuperſtiti
acquiruntur *d. §. Soluto in Novell. 22.
cap. 20.* „ ibi „ *& erunt hæc eis pro-
pria. & L. cum aliis 4. C. de ſe-
cund. Nupt. L. 6. §. 6. C. eodem*,
quod eſt Statuto Florentino conforme
ſaltem in ſubſtantia, quamvis non io
quantitate, quia Florentinum Statu-
73 tum defert lucrum viro io plena pro-
prietate. Et ex his diſpoſitionibus
in ſecundo capite contentis a contra-
rio ſenſu reſultat favore liberorum ta-
cita, & virtualis diſpoſitio tertii ca-
pitis, quia ſi dos eſt ſtipulata reddi, &
74 reſtitui mulieri, & ejus heredibus pro
duobus tertiis, & pro altero tertio con-
ventum eſt, quod remaneat apud virum
in caſu præmorientiæ uxoris abſque libe-
ris, ſi prædecedat uxor cum liberis, &
ita caſus contrarius ſequatur, in quo dos
heredibus mulieris non eſt reſtituenda,
nec ejus diſpoſitioni reſervanda, uxor
de dote non poteſt diſponere pro dua-
bus tertiis, nec alia tertia pars po-
teſt apud virum remanere, quia dos,
quæ debebat heredibus matris reſtitui,
non extantibus liberis, illis exiſtenti-
bus non debet reſtitui, nec ejus diſpo-
ſitioni reſervari, & propterea ſpectat
ad liberos, ut bene *Bald.* ratiocinatur
*in L. 2. num. 21. & 22. C. de here-
dit. act.* „ ibi „ *In hoc articulo* di-
ſtingue, *quod interdum dos eſt ſtipula-
ta reddi in caſu deficientium liberorum
ſtipulatione interpoſita a muliere &c.
& tunc, quia iſta conditio fuit inter-
poſita ad diminuendum jus dotis fit
conditio dotis deterior, ſi matrimonium
ſolvitur morte mulieris cum liberis. Non
poteſt ergo teſtari de ipſa dote habens
liberos*, & poſtea *num. 21. Interdum
alius dedit dotem, non ipſa mulier &c.*
& poſtea. *Interdum ille, qui dotat,
ſtipulatur mulieri in unum caſum ſci-
licet non exiſtentium liberorum, tunc
exiſtentibus liberis non poteſt de dote
diſponere: quia ad unum caſum reſtri-
cta proviſio, in caſu contrario inducit con-
trarium arg. ff. de collat. dot. L. Pa-
ter nubenti filiæ*, & idem dicit *Ca-
ſtrenſ. in L. Si cum dotem num. 9. ff.
ſolut. matrim.* ibi *primo caſu mulier,
quæ pacta eſt ſibi reſtitui, ſi ſolvatur
matrimonium ſine liberis, cenſetur vo-
luiſſe in caſu, quo ſolvatur cum libe-
ris, donaſſe ipſis liberis, quibus affi-
citur non marito, & ſic non poterit mu-
lier in dicto caſu teſtari in præjudi-
cium liberorum, nec aliquid eis aufer-
re, quia donatio perfecta non poteſt re-
vocari. L. Ariſto de donat. niſi matri-
monium ſolveretur morte mariti extan-
tibus liberis.*

Tertium igitur caput cum expri-
mat caſum conrrarium alteri in ſecun-
do capite expreſſo, nempe prædeceſſum
uxoris cum liberis, perneceſſe debet 75
continere diſpoſitionem contrariam,
& eamdem, quæ a contrario ſenſu
in ſuperiori caſu reſultat, quæ ad tol-
lendam omnem dubietatem, & con-

troversiam, quæ ex argumentis a contrario sensu deductis resultare potest, censetur adjecta, ac ideo ut notat *Bald. in d. L. 2. num. 17. vers. & ubi est pactum C. de heredit. act. quando est adjectum existentibus liberis pactum expressum de lucrando, nulla quæstio est inter DD. quod dos spectet ad liberos*. Et hic est casus noster, quia existentibus liberis est adjectum pactum, quod dos spectet, & pertineat ad liberos, & quod ipsam lu-
76 crentur, quod significant jure Romano illa verba, uti *bona propria materna*, quia dantur filiis ut illorum propria, quod idem est, ac illorum lucro, ut significat *Text. in Novell. 22. de Nupt. cap. 20. §. Soluto* „ ibi „ *habebunt quidem propria*, & postea, *& erunt hæc eis propria*, & in *Auth. neque virum, quod ex dote est* &c. Novell. 97. ibi in rubro: *Neque virum, quod ex dote est, neque mulierem ex sponsalitia largitate lucrum proprium habere, sed servare dominium suis filiis, vel si ad secundas nuptias non veniant usu solo in lucro consistente &c.* Ex quibus bene convincitur in jure Romano, quod ea, quæ a filiis, vel aliis lucrantur, dicantur eorum propria, & ea quæ alicujus sunt propria, eius lucro cedant, & in ejus dominio, & proprietate reputentur, ita ut hic usus loquendi sit promiscuus. Et quia tertia pars, quæ liberis non existentibus remanere debebat apud virum, erat magis dubitabile, an existentibus liberis ad ipsos spectare deberet, quia a contrario sensu non resultabat illorum lucrum. Nam si dos debet restitui mulieri, vel heredibus, non extantibus liberis sequitur, quod illis extantibus, quia mulieri, vel ejus heredibus non potest acquiri, quod filiis acquiratur; sed si debet remanere apud virum non extantibus liberis, illis existentibus, si non potest rema-
77 nere apud virum, non sequitur quod mulieri, vel heredibus non possit acquiri, ac ideo tamquam casus omissus remanet sub dispositione juris communis, ut notat *Castrens. in L. Si cum dotem num. 9. in fin. ff. solut. matrim.* Et propterea provisum fuit a sapientissimis Interpretibus capita præfata componentibus, uti juris Romani peritissimis, quod tota integra constitutio dotalis spectet, & pertineat ad filios, ita ut sensus sit hujus tertii capitis, quod non solum duæ tertiæ partes in casu contrario reservatæ Serenissimæ Principissæ, & quæ virtualiter poterant in prædicto capite favore filiorum contineri, sed etiam illa tertia, quæ posset in hoc casu diei Principissæ reservata, debeat filiis spectare, & pertinere tamquam bona illorum propria, quod est id, quod significant illa verba „ *la detta somma intera dei trecentomila scudi, ed il soprappiù della prefata constituzion dotale*. Unde resultat, quod in hoc tertio capite voluerunt pinguius disponere favore filiorum, quam in priore virtualiter continebatur, & filiis absque ulla controversia, non solum quod veniebat in consequentiam, sed imitantes Statutum Florentinum, omne reliquum, quod mulieris dispositioni poterat diei reservatum concedere, ut omnimode dispositioni Statuti Florentini se conformarent. Et idipsum confirmant, & magis exprimunt subsequentia capita in casu prædecessus viri cum liberis, aut sine liberis. Cum enim eo casu, tam jure Romano, quam Florentino tota integra dos mulieri viduæ sit restituenda, illud idem in pactum deducitur. Et quia æqualitas in lucris secundum jus Romanum est servanda *Auth. æqualitas L. 10. C. de pact. convent.* 78
super dot. novell. 97. cap. 1. Cum in casu contrario prædecessus uxoris sine liberis lucrum tertiæ partis favore viri esset conventum in plena proprietate, idem favore uxoris in casu præ- 79
decessus viri sine liberis convenitur; quod est juri Romano conforme *in L. fin. §. Si igitur C. de donat. ante Nupt. Novell. 22. cap. 20. §. Soluto*, & ibi *Cujac.*

Et si vir prædecedat cum liberis, quia prædecedente cum liberis uxore proprietas lucri mariti data fuerat liberis una cum proprietate residui dotis, usufructu patri servato, quod significant illa verba, quæ dant integram

gram dotem filiis uti bona propria
80 materna, in quibus etsi prætipua, &
propria filiorum sint, servatur patri
ususfructus *in L. 2. C. de bon. matern.* ideo eodem modo in hoc casu
convenitur, quod lucra in solo usufructu spectent ad viduam superstitem
proprietate filiis servata, prout per
jus Romanum est dispositum in *Auth. neque virum, quod ex dote novell.* 98.
quæ est correctoria præcedentium conventionum Codicis, ut bene *Cujac. in d. Novell.* 22. *cap.* 20. *§.* 1. *& in Novell.* 98. *Rytbersusius in exposit. Novell. part.* 5. *cap.* 14.

Et ex his patet cur uxori, &
viro lucra in plena proprietate fuerint conventa, filiis vero uti bona
propria materna concessa, quia nempe dum dantur bona materna filiis uti
propria, servatur patri ususfructus,
ut probat *Text. in §. Proprius* 1. *instit. tit. de hered. instit.* „ ibi „ *proprius autem servus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem Testator habet, alio usumfructum habente*; dum vero dantur viro, & uxori
81 in plena proprietate, datur proprietas cum usufructu, quæ dicitur plena
ad differentiam nudæ proprietatis, quæ
est sine usufructu, ut *in d. §. Proprius, & in §. Finitur instit. de usufruct.* ubi distinguitur plena proprietas
cum usufructu a nuda sine usufructu,
& ex eo tempore nudæ proprietatis
dominus incipit plenam in re habere
82 potestatem, quod & probat *Text. in L. Si ita stipulatus fuero, §. Titius ff. de verb. oblig. L. Feminæ, §. Illud., C. de secundis Nupt. L. Si alii L. Semper* 26. *ff. de usufr. L. Cum in fundo, ff. de jure dot.* Quamvis etiam ea, quæ sunt propria alicujus,
usufructu ad alium spectante, etsi in
nuda proprietate ad eum spectent, tota sua, & in ejus dominio dicantur
83 *in L. Recte* 25. *ff. de verb. signif.* ac
proinde nihil differat, quo ad dominium, an dentur bona uti propria,
vel in plena proprietate, quia etiam
qui nudam proprietatem habet, plenum proprietatis dominium habere di-
84 citur in *L. Si dominus* 71. *ff. de usufr. L. Fructus ff. de rei vindic.*

Præsertim dum constat plenam
proprietatem fuisse adhibitam ad imitationem juris Romani, ut non existentibus filiis dominium cum usufructu conjugi superstiti acquiratur, &
cum hac distinctione opponatur acquisitioni in solo usufructu faciendæ filiis existentibus, prout opponitur *in dicto §. Proprius, & in dicto §. finitur*.

Quæ cum ita sint, ut tam bene conveniant juri Romano, & Florentino in omnibus capitibus dotis
materiam continentibus, sive disjunctim accipiantur, sive simul juncta,
& commixta, quærere non oportet,
quid fuerit constitutum super donis, 85
& muneribus nuptialibus, tam ex latere uxoris, quam viri Principissæ
donatis. Hæc enim etsi dici possent
compræhensa in generali constitutione
dotis cujuscumque rei, etiam mobilis,
ex quacumque causa acquisitæ, tamen
cum in eodem contractu non detur
prius, nec posterius, dum postea reservantur dispositioni uxoris, vel a
dicta constitutione, illa, de quibus
fuit in vita dispositum, excipiuntur,
& jure cujusdam sponsalitiæ largitatis
in pactis nuptialibus conventæ, etsi
viro, & filiis quæsitæ, statim ac
per mulierem disponuntur, ex viro,
& filiis prius in mulierem transeunt
ex L. Cum veterum C. de donat. ante nupt. L. 1. *§. Finitur ff. de donat. L. Si mater, L. Si filiæ C. de donat. ante nupt.*

Mos est enim inter Principes
gemmas benemerentibus, & honoris
causa elargiri ad majestatem conservandam, cum nihil magis Principem de-
ceat, ut inquit *Cicero* quam divitias 86
ad liberalitatem exercendam; idcirco
hujusmodi dona, & munera in Principissa dicuntur quædam expensa necessaria ex bonis dotalibus assignanda
ex *Text. in L. Sed si vir* 31. *§.* 9.
ff. de donat. inter vir. & uxor. Et si
igitur in dicta constitutione comprehensa dici possunt, dum facultas datur uxori de illis in vita disponendi,
hoc ipsum demonstrat, quod sub prohibitione Statuti Florentini veniebant;
non opus erat enim hac facultate u-

re

re Romano, vel consuetudinario, dum utroque jure proprietas ad uxorem spectabat, & vir jure Romano has expensas tolerare tenebatur. Exprimitur igitur in gemmis in vita non dispositis conformatio Statuto Florentino, multo magis in aliis bonis in constitutione contentis, & in dicta disponendi facultate non comprehensis.

Hæc omnia igitur cum tantæ potestatis sint, ut dilucide probent, verba illa *uti bona propria materna* perfectam dominii translationem in filios importare incompatibilem cum facultate testandi in matre, sive pactum illud acquisitionis bonorum maternorum in filios simpliciter accipiatur, sive commixtum cum dispositione Statuti Florentini, sive demum cum antecedentibus, & consequentibus capitulis interpretetur, & hoc ipsum conveniat civili locutioni, quæ in Etrusca lingua usurpatur, ut eruditissimi Academici præfatæ linguæ cultores, & conservatores testantur, & quod magis est, formulis etiam instrumentorum, quæ Florentiæ, & in tota Etruria conficiuntur, in quibus hæc vocabula usitantur ad denotandam dominii acquisitionem, ut Magistratus super formulis instrumentorum constitui in eorum attestationibus profitentur. Et Latini etiam, ut rem perfecte suam exprimant, id passim adhibeant, ut Virgilius Æneidum libr. 1.

Connubio ungam stabili, propriamque dicabo.

& Galli etiam eorum lingua eodem modo accipiant, ut in Dictionario Gallico Latino R. P. Caroli Pajor Parisiensis Societatis Jesu in verbo *propre* ibi *appartenant a quelqu' un-proprius, a, um*; vel *peculiaris, & peculiare*, & melius in verbo *l' amour propre*, ibi, *sui ipsius amor*.

Supervacaneum esset in re tam clara, & aperta objectionibus respondere, quæ ex supra deductis mole sua corruunt.

OBJECTIO.

Nihilominus tamen, ut ad digitum absurditas, & insubsistentia contrariorum omnium demonstretur, in medium eorum vanitas, & fallacia deducetur.

Inquiunt enim Parisienses, qui facultatem disponendi reservatam in capitulis matrimonialibus demonstrare contendunt, nil magis naturale esse in similibus pactis, & conventionibus matrimonii causa inter diversarum Provinciarum conjuges constitutis, quam imitari aliquando morem Pro- 87
vinciæ viri, quandoque moribus Provinciæ uxoris se conformari, ut pacta simul commixta, aliqua secundum morem uxoris, alia secundum morem viri simul conficiantur, atque ita in Gallia passim in similibus instrumentis commisceantur pacta juris scripti Romani, cum formulis, & conventionibus ex jure consuetudinario Gallico desumpti, ac proinde in his, quæ apparent sumpta ex jure consuetudinario, illud jus in eorum inter- 88
pretatione esse servandum, in aliis vero secundum jus scriptum stipulatis, ex hoc ipso omnem interpretationem esse sumendam; unde fit, quod Statutum Florentinum, & jus Romanum sumi non possit pro interpretatione clausularum, quæ ex jure consuetudinario sunt decerptæ, cum illas ignorent, & consequenter dum contrahentes ex jure consuetudinario formulas recipere voluerunt, secundum illud in his formulis explicandis sese conformare voluisse censendum sit. Cum igitur in tertio capite matrimoniali per illa verba *resteranno, ed apparter-* 89
ranno ad essi figliuoli come beni proprj materni inita appareat *proprii* stipulatio favore filiorum more Parisiensi, ex secundo gradu stipulationis *proprii* regularis, & communis desumpta, pro exclusione patris in successione filii prædefuncti (stipulantur enim communiter Galli in pactis nuptialibus, pro exclusione viri ab omni lucro societatis conjugalis, bona uxoris uti 90
propria illi, & suis heredibus, seu liberis,

beris, & aliis ex ejus latere, & linea; quod facit, ut non solum excludatur vir ab omni lucro bonorum uxoris post illius mortem, sed etiam succedentibus liberis in bonis maternis, quod excludatur a successione filii prædefuncti in concursu cum aliis filiis, quia bona fuerunt stipulata propria filiorum uti matris heredum, ex qua stipulatione, sicut præservatur filiis matris hereditas jure hereditario, ita non tollitur matri facultas de hereditate disponendi.) Et hæc stipulatio ex secundo gradu accepta, etsi non præcedat primus gradus stipulationis *proprii* pro uxore, tamquam inutilis inter Principes Supremos, inter quos societas conjugalis non potest contrahi, suum tamen effectum habere possit, efficax esse ex secundo gradu favore filiorum, uti matris heredum, non solum ut excludatur pater in bonis maternis, dum succedunt fratres alio fratri prædefuncto, sed etiam in casu nostro, ut lucrum tertiæ partis dotis viro delatum in casu prædecessus uxoris sine liberis deferatur hereditati matris, & filiis, uti matris heredibus, quando decessit cum liberis. Et hinc consequens fit, quod cum hæc stipulatio præservet matri facultatem disponendi, quia dantur bona filiis,
91 uti matris heredibus, & Florentiæ sit incognita, & Florentini vim, & efficaciam hujus stipulationis non intelligant, quod in hac stipulatione morem Parisiensem Florentini sint sequuti, & jus consuetudinarium sequi voluerint, & idcirco nec Statutum Florentinum, nec jus Romanum possit in ejus interpretatione amplecti. Quapropter quamvis verum sit, quod leges domicilii viri in his capitibus discutiendis semper pro eorum interpretatione sequi oporteat, quas præsumitur contrahentes respexisse, & imitatos esse, tamen cum hæc sit mera præsumptio, quando manifeste apparet alias leges, seu consuetudines uxoris amplecti potius voluisse, hæc præsumptio contrahentium voluntati cedere debet, & ex illa correctio, seu potius exclusio Statuti Florentini, & juris Romani resultare debet; præsertim in bonis in Gallico solo sitis, in quibus vix permissum dici potest mulieri Parisiensi derogare legibus, & consuetudinibus locorum Galliæ, in quibus bona sunt sita, & unde propterea oritur potius præsumptio, quod mores Patriæ in successionibus servare voluerit. Quare cum ex formulis adhibitis constet, quod stipulationem *proprii* favore filiorum more Parisiensi contrahentes adhibuerint, Statutum Florentionm, & jus Romanum servari non debet, nisi compatibiliter cum illa stipulatione *proprii*, & in casibus in quibus illa Statutum Florentinum, & jus Romanum recipere potest, unde cum ex ea non nascatur facultas, & potestas disponendi, quia est tantum præservativa successionis hereditariæ favore filiorum ab intestato, & consequenter facultatis etiam disponendi matri a jure concessæ, dum Statutum Florentinum necessariam successionem defert filiis in bonis dotalibus matris, & illi aufert potestatem testandi, eodem modo ex stipulatione *proprii*, quæ præservat illam successionem filiis, quæ a lege, vel Statuto, vel consuetudine defertur, necessaria successio Statuti Florentini cum prohibitione testandi in matre reservata dici debet, & propterea admittunt Adversarii, quod in scutis tercentum millibus Florentiæ existentibus intrare debeat successio ad formam Statuti Florentini, & nullum jus in his ex testamento Serenissimæ Principissæ prætendi possit (cum re vera, nec super his possit lis contestari in Curia Parisiensi, sed in bonis in Gallia situatis, quia vires illuc Florentina jura non porrigunt) in illis successionem jure consuetudinario Gallico secundum morem regionum servari debere dicunt, ita ut mater testari potuisse dici debeat, secundum facultates, quæ ex consuetudinibus locorum, ubi bona sunt sita, permissæ sunt. Nec in Gallia incapacitatem
personæ pro exercenda facultate testan- 93
di Serenissimæ Principissæ Statutum Florentioum importare, quia reservationem bonorum tantum favore filiorum verba Statuti concludant. Nec idem Statutum tamquam in pactum,

&

& conventionem deductum in illis
94 regionibus suum effectum habere posse, quia cum illa verba *uti bona propria materna* contineant simplicem stipulationem *proprii* favore filiorum præservativam legalis successionis, excludant propterea pactum, & conventionem necessario succedenti in bonis in Gallico solo sitis, quæ quamdam donationem, vel dominii translationem in filios importet. Eoque magis quia plura concurrant pro exclusione pacti præfati, dominii translationem in filios inferentis.

95 Primo quia agitur de contractu conjugali, qui est principaliter institutus, ut dignoscantur bona, & jura ad Conjuges spectantia; & si de filiis superstitibus agitur, id factum sit, ut in casu, quo ipsi supersint, appareat quid ad conjugem superstitem, & quid dispositioni ejus, qui deficiat, reservatum sit. Et idcirco quia inter Supremos Principes non datur societas conjugalis, qua bona conjugalia simul
96 communicentur, necessaria sit inter illos constitutio dotalis, ut bona dotalia communicentur viro, & lucra superviventiæ, & alia similia pacta constituenda sint ad libitum contrahentium, ut unusquisque sciat quid ad se spectet, quæ imitationem juris Romani, & Statuti Florentini continere non possint.

Secundo quia in contractu præfato multa interveniant contraria Statuto Florentino, nempe lucrum dotis pro viro superstite non extantibus liberis solum in tertia parte, stipulatio *proprii* pro filiis incognita Statuto, & dispositio gemmarum uxori in vita reservata, quæ tamquam provenientia ex futuris donationibus pars dotis dicebantur vigore constitutionis dotalis, & si quid ex jure scripto decerptum legatur non inferre conformitatem Statuto, de quo nec ulla mentio facta fuit, nec ulla reservatio apparet expressa in derogatione generali omnibus legibus, & Statutis, & consuetudinibus contrariis.

Tertio demum quia verba illa *resteranno, ed apparterranno come beni proprj materni* ex potestate verbi *pertinere*, quod ad res futuras, quæ in spe sunt, ut successio, & primogenitura plerumque refertur, translationem dominii in filios inferre non possit. Præsertim quia in contractu simpliciter numquam fuit adhibitum, sed ad qualitatem proprietatis, vel ususfructus relatum, & ideo si referatur ad bona propria materna non possit referri ad proprietatem bonorum maternorum ad filios spectantem, sed ad proprium illud matris, quod hereditario jure transit in filios, & proprium filiorum dicitur fictitiæ, & per conventionem pro exclusione patris in successionibus filii in bonis maternis, quia jure Romano bona materna propria filiorum scripta non reperiuntur, nec conjuncta cum hoc vocabulo *propria*, & ideo quod ex verbis prædictis tamquam perfunctorie prolatis donatio in filios non possit concludi, quæ sicuti in casu superviventiæ Serenissimæ Principissæ apparet exclusa, ita in casu prædecessus ejusdem non facta dici debet, quæ etiam quando adfuisset, in casu postea superexistentiæ uxoris fuisset revocata.

Et hæc sunt, cum quibus facultatem testandi de bonis in Gallicis regionibus sitis Parisienses sustinere in Magna Ducissa contendunt.

RESPONSIO.

Verum cum responsio jam omnibus prædictis in primis tribus propositionibus contineatur, satis erit respondere, quod multum aperte in prime propositione demonstratum fuit, verba in tertio capite contenta secundum jus Romanum, & Florentinum pactum perpetuum arctatorium, & obligatorium Serenissimæ Principissæ favore filiorum continere, ac proinde sive tamquam simplex pactum accipiatur a Statuto Florentino sejunctum, sive ad formam Statuti conventum, & dispositionem Statuti conventionis potestate continens, sive ex clausulis, & capitulis antecedentibus, & subsequentibus interpretetur, semper verum erit, quod virtute pacti, & conventionis dotalis bona dotalia

talia

talia etiam in Gallico solo sita spectare debeant ad filios uti dominos, & proprietarios, & successores necessarios ex lege pactorum dotalium vocatos. Et alienum, absurdumque est ab omni ratione, legisque dispositione, tam in jure scripto Romano, quam consuetudinario pacta dotalia inter contrahentes diversarum Provinciarum diverso jure censeri debere; hoc enim aperte repugnat dispositioni *Text. in d. L. exigere dotem ff. de judic.* in quo regula statuitur, ut in omnibus pactis dotalibus inter conjuges diversarum Provinciarum factis, interpretatio sumi debeat a legibus domicilii mariti, etsi pacta dotalia in Patria sponsæ, vel uxoris sint stipulata, & quod illæ leges insitæ censeri debeant in pactis præfatis, & ab illis omnem suppletionem, & augumentum conventionis potestate habere possint, ut luculenter demonstrat *Myller. de matrim. cap. 7. num.* 30.

Si præsumptio igitur, & regula est pro conformitate legibus domicilii mariti inter diversarum Provinciarum Conjuges, non est vis facienda in qualitate Conjugum, qui diversis legibus reguntur; quinimmo in ipsorum contractu matrimoniali hoc naturale, & proprium esse debet, ut legibus domicilii mariti in omnibus pactis dotalibus conformitas adsit, & nihil magis improprium, & discors in illis interpretandis esse potest, quam alia referri legibus mariti, & alia consuetudinibus uxoris, quod omnia jura abhorrent. Oportet igitur, ut clare, & aperte recessus a legibus domicilii mariti demonstretur, quia cum omnis interpretatio sumenda sit, ut in omnibus pactis jura mariti sint servata, sufficit quælibet modica dubitatio pro exclusione omnium legum, & consuetudinum uxoris, ut pro regula jubente leges mariti esse servandas, sit judicandum.

Cum igitur omnia capita dotalia bene demonstrata fuerint juri Romano, & Florentino consonantia, nulla vis fieri potest in verbis illis. *uti bona propria materna* in tertio capite adjectis, ex quibus prætenditur, quod inferatur stipulatio *proprii* more Parisiensi præservativa libertatis testandi, quia cum jure Romano, & Florentino translationem dominii significent, & pactum perpetuum obligatorium matris ex vi contractus concludant, ut supra probatum est, si leges domicilli mariti sunt servandæ, ut admittunt adversarii, significatio verborum ex jure Romano, & Florentino sumenda est, & quid apud Florentinos illa verba significent, servandum est. Frustra igitur contenditur, quod Florentini ignorent proprii stipulationem more Parisiensi, quia satis est, quod sciant, & intelligant, quod in concessionibus, & conventio- 98
nibus dotalibus, quando bona obligantur, & conceduntur filiis, uti bona propria, id importet obligationem & bonorum concessionem in dominium, & proprietatem, prout communiter hujusmodi formulæ ad explicandas dominii translationes in instrumentis adhibentur, ut Magistratus super formulis instrumentorum præpositi testantur, & prout passim in Etrusca loquutione in usu suot ad denotandum, quod res sit in dominio unius, ut cultores Etruscæ linguæ profitentur, & cum jus Romanum Florentiæ receptum, & Latina locutio idipsum significet, illud sequi voluisse dicendum est, prout sequi debere omnia jura jubebant, non formulas Parisiorum, quæ si sunt illis incognitæ in stipulatione proprii, non poterant illas sequi, & secundum illorum vim, & potestatem, ex consuetudine Parisiensi deducta, sese conformare. Quando igitur per Serenissimum Ferdinandum II. Magnum Etruriæ Ducem, & Serenissimum Cosmum ejus filium Sponsum de anno 1661. hæc pacta dotalia in lingua Etrusca conscripta, & exarata, confirmata, & ratificata fuerunt, quis dixerit, quod potestatem clausularum more Parisiensi sequi voluerint, ex consilio etiam Sapientium, quando materna lingua aliud suadebat, leges Patriæ, & Romanæ aliud dictabant, formulæ Notarii Florentini aliud convincebant? Nam si omnia jura suadent, quod omnia præ-

fata sint accipienda secundum significationem, usum, & leges Patriæ viri, specialis derogatio omnibus prædictis requirebatur, & quod consuetudo Parisiensis servaretur in eorum significationem in pactum deducere nominatim opus erat; alioquin generalis derogatio contrariorum tollere non potest, quod bene compatitur cum legibus, & locutionibus, & formulis domicilii viri, quas Sapientes Serenissimorum Principum sciebant esse servandas, & quas potius, quam Parisienses significationes tam Parisiis, quam Florentiæ Serenissimorum Conjugum Interpretes, sive Parisienses, sive Florentinos sequi voluisse dicendum est, prout legum præcepta disponunt.

Et profecto quid magis extraneum, ideale, & divinatorium excogitari potest in contractu, de quo agitur, quam stipulatio proprii, quæ non solum Florentinis, sed nec etiam Parisiensibus ex subjecta materia in mentem venire poterat?

Si enim hic contractus, ut Adversarii fatentur, cessante omni societatis conjugalis suspicione continet simplicem dotis constitutionem, ut bona dotalia quo ad usumfructum transirent in virum; & pactis supervivientiæ utriusque conjugis sive cum liberis, vel sine liberis, prout jure Romano communiter observatur, provisum fuit, quomodo successio bonorum dotalium regulanda esset, quidve ad superstitem conjugem spectare deberet; quid constitutione proprii opus erat ad servandam hereditariam successionem filiis cum exclusione patris?
59 Hæc enim exclusio resultat ex pacto ipso dandi bona filiis uti bona propria materna, in quo cum sint vocati filii per nomen collectivum, censentur inter ipsos per jus accrescendi substituti, teste *Bellon. de jure accresc. cap. 6. quæst. 32. num. 35. & num. 9.* ubi bene demonstrat, quod in lucris nuptialibus habet inter filios locum jus accrescendi. Et dum societas conjugalis adesse non potest in Principissa Florentiæ nupta, ubi de hac societate, & ejus effectibus fas non est suspicari, non esset frustraneum adhibere remedia, quæ effectus hujus societatis removere solent? quinimmo quæ inutilia prorsus demonstrantur in pecuniis Florentiæ transmissis, in quibus tantum stipulatio proprii fictitii locum habere potest, ut Adversarii fatentur, & quorum causa adhibitam fuisse profitentur; quia si naturale est hujusmodi stipulationis proprii fictitii servandi successionem, quæ a lege provenit, ac propterea Statutum Florentinum in his pecuniis locum habere debet, eadem ratione ceteræ successiones secundum jus Romanum Florentiæ receptæ præservatæ dici deberent. In locis enim ubi societas conjugalis contrahitur hunc effectum operatur exclusionis patris, quia prærogativa lineæ maternæ vincit gradum æqualem, vel proximiorem patris, & ideo præservativa successionis legalis exclusiva societatis excludit patrem; Florentiæ autem id sequi non potest. Et nihilominus asserendum est illos sapientissimos patres de hac stipulatione cogitasse, & ita cogitasse, ut in secundo gradu tantum illam adhibuerint favore filiorum post mortem matris, quando illa respicit simplicem favorem matris, ut illi legalem successionem præservet.

Absurdum prorsus est; & tanto magis absurdum, & ab omni verisimilitudine abhorrens est, quia si de hac cogitassent, scivissent, quod illa nil aliud efficiat, quam tollere omnes effectus societatis conjugalis, & præservare apud uxorem bona propria, & eodem ordine successionis, qui a lege defertur, ut primo succedant liberi & postea alii ex uxoris latere, & linea, & id propter utilitatem uxoris, ut illi legalis successio sit præservata, si non disponat. Et si primus gradus in vita uxoris propter societatis defectum est inutilis, cognovissent etiam, quod secundus, & tertius inutilis prorsus demonstratur.

Quando enim non adest societas, sicut illa non potest præjudicare proprietati uxoris, ita nec successioni filiorum, & aliorum ex ejus latere, & linea, & propterea præservativa successionis

cessionis opus non est, quia si pactis hujusmodi successio non fuisset sublata, eodem modo absque stipulatione *proprii* servata in contractu diceretur.

At, inquiunt, hac stipulatione opus erat, ut tertia pars dotis viro concessa in primo casu, illi auferatur in secundo, & successioni maternæ reservetur, quando mater decedit cum liberis; & ut concursus patris cum filiis ex *Novell.* 118. abrogetur. Sed responsio aperta est. Tertia pars dotis viro reservata in casu prædecessus uxoris sine liberis, quando prædecedat uxor cum liberis, non dicitur umquam viro acquisita, quia casus vocationis non venit, ideo opus non est, ut ei auferatur, & quia ex natura sua remanebat præservata in successione uxoris, ut supra domonstratum est, & ut ab illa removeretur, & filiis concederetur, in pactum fuit deducta. Concursus vero patris cum filiis in successione filii prædefuncti non est effectus societatis conjugalis, sed est effectus dispositionis legis, quare in locis ubi intrat hæc dispositio legalis, ex hac stipulatione, quæ præservat omnem legalem successionem, diceretur potius præservata, quam abrogata. In aliis vero regionibus, ubi prærogativa lineæ vincit gradum, quia stipulatio *proprii* præservat prerogativam lineæ tamquam legalem successionem, indirecte, & in consequentiam, facit ut gradus patris non admittatur; & hac ratione in regionibus, ubi societates conjugales servantur, quia plerumque in illis partibus prærogativa lineæ vincit gradum, & habet locum regula *paterna paternis, & materna maternis &c.*, propterea in his locis receptum est, quod stipulatio *proprii* excludat patrem, non solum in primo gradu favore uxoris, sed etiam in secundo favore filiorum, & in tertio favore aliorum ex latere matris, quod tamen indirecte sequitur per quamdam consequentiam, quia prærogativa lineæ præservatur.

Quid magis igitur commentitium effingi potest, cum tanta sapientissimorum Interpetrum injuria, quam in contractu prorsus Romano, & Florentino *proprii* stipulationem excogitare, cui repugnant verba pacti appositi, stipulationi *proprii* inconvenientia, ut Parisienses Advocati nostri demonstrant? Repugnat locus, cui solet apponi, quia cum favorem uxoris contineat in constitutione dotis illi facta, in primo, secundo, & tertio gradu erat ibi apponenda; repugnant personæ, quibus prætenditur apposita, quia concessis bonis ex secundo gradu immediate filiis uti propriis, non veniunt filii uti heredes, sed uti filii ex propria persona, ut probat *Text. in L. Quod-* 100
cumque 45. *§. Si quis* 2. *ff. de verb. oblig.* Repugnat ratio, quia est prorsus inutilis. Repugnat usus contrahentium, quia sicut eodem loco non apposuerunt tertium gradum stipulationis *proprii* favore aliorum ex latere, & linea materna ad excludendum patrem a successione ultimi filii, ut præferantur alii cognati ex linea materna; eadem ratione non censeri debet appositus secundus gradus ad excludendum concursum patris cum filiis in successione alterius filii prædefuncti. Nulla enim ratio reddi potest, cur debuerit excludi concursus patris cum filiis, & non successio patris ultimo filio, dum utroque casu militat prærogativa lineæ maternæ. Quod apertius demonstrat reservatio successionis facta capite antecedenti favore heredum Serenissimæ Principissæ pro duabus tertiis partibus in casu præmorientiæ sine filiis; ibi enim ubi apparet expressa reservatio seccessionis testatæ, & intestatæ favore Serenissimæ uxoris in nullo gradu fuit adhibita stipulatio *proprii*, sed more Romano reservatio apparet stipulata. Et tamen exclusio viri in successione uxoris post octavum gradum, numerandum secundum jus civile, poterat apponi, quia secundum Statuta Florentina vir succedit uxori post cognatos octavi gradus; præservare igitur voluerunt successionem secundum legem Florentinam; & inutilem agnoscentes ad illam corrigendam stipulationem *proprii*, quæ eodem modo præservat successiones omnium legum, & Statutorum, de illa non cogitarunt. Repugnat demum antece-

dens dispositio, quæ præservando heredibus mulieris successionem in casu ejus prædecessus sine liberis, si decedat cum liberis, quia ejus heredibus non potest acquiri, favore liberorum censetur disposuisse, ut supra probatum est. Si hæc omnia igitur contraria sunt, & repugnantia stipulationi *proprii*; & verba, locus, personæ, ratio, antecedentia, & consequentia capita, jura domicilii viri concludunt pactum perpetuum dationis, & concessionis bonorum dotalium in filios jure dominii, & proprietatis, & ita, ut per jus accrescendi excludatur pater a concursu cum filiis in successione alterius; nonne justitiæ consonuerit vigore pacti bona dotalia filiis dare, & concedere quocumque loco sint posita? Pactum enim tantæ potestatis est, ut deroget legibus locorum, ubi bona sint sita, & cum expresse comprehendat etiam bona in Gallicis regionibus existentia in constitutione dotali comprehensa, non est dubitandum quin voluerint, & potuerint pacisci, quod illa bona spectent ad filios, quia præsumptio, quod contrahentes voluerint se conformare legibus domicilii viri intrat non solum in bonis in Patria viri existentibus, sed etiam in fundis dotalibus
101 Patria uxoris positis, teste *Samuele Strikio de cautel. Contract. sect. 3. cap. 8. de pact. dotal. §. 15. & Brunemann. in L. exigere dotem ff. de judic. n. 5.* quia Principissa Florentiæ nupta, suam Patriam deserens, & suam posteritatem Florentiæ relinquens, legibus ejus posteritatis, quas cum matrimonio assumpsit, se conformasse simul cum viro præsumitur etiam in bonis in Patria uxoris positis, quorum leges nubendo dereliquit, ut supra probatum est.

Et dum verba pacti sunt clara, & aperta etiam pro illis bonis, frustra de præsumptione quærendum est, quæ cedit voluntati. Et dum de voluntate constat, quod voluerint omnia bona dare filiis, ac proinde Statutum Florentinum imitari, non virtute jurisdictionis Statuti, sed pacti bona quocumque loco posita ad filios spectant. Statutum enim explicat pa- 102
ctum, & magis clarum, & apertum demonstrat, quia secundum illud credendum est voluisse pacisci, & cum tali pacto validius, & strictius, quam vigore Statuti sese obligari, quia jus Statutarium in pactum deductum fortius operatur ex *Text. in L. 1. ff. ad municipal. Cammill. de Medicis cons. 161. num. 7.*

Insubsistentia igitur prorsus demonstrantur ea, quæ primo loco sunt opposita de contractu conjugali favore tantum conjugum constituto, quia contrarium demonstrant tituli *ff. de pact. dotal. & Cod. de pact. convent. super dote*, in quibus, ut supra demonstratum est, pacta dotalia non solum favore conjugum, sed & filiorum aperte constituta leguntur, & dum datur 103
dos non solum propter conjugem, sed etiam propter filios in vita, quid etiam conjugi superstiti & quid filiis spectare debeat post mortem, contractui conjugali convenit ut statuat. Qui cum totus sit ex jure Romano desumptus, dum illum abhibent Supremi Principes, inter quos non est societas conjugalis, jus ipsum Romanum, ex quo derivat, & pro quo servando adhibetur, & leges domicilii viri imitatos esse dicendum est. Qua ratione corruunt contrarietates Statuto, quæ secundo loco exponuntur in pactis præfatis, quia lucrum tertiæ partis dotis est conforme Statuto in substantia, etsi diversum in quantitate, quæ diversitas non influit in pacto subsequenti in contrario casu existentiæ filiorum, quia magis favendum est filiis, quam marito, & correctio in uno casu indicat potius conformitatem in casu contrario. Stipulatio *proprii* non adest, ut abunde probatum est. Et subsequens dispositio super gemmis reservata Serenissimæ Principissæ arguit manifestam conformitatem Statuto, quia per illam, aut excipiuntur a constitutione dotali gemmæ præfatæ dispositioni uxoris relictæ, quæ etsi generalis ex quacumque causa, limitari poterat in eodem contractu, in quo non datur prius, nec posterius, aut potius si sunt comprehensæ, facultas dis-

disponendi super illis data, arguit prohibitionem Statuti in ceteris volitam, & receptam, quæ non erat necesse expresse reservari in derogatione contrariorum, dum non apparet contraria, sed conformis, & facilius intrare potest, dum ad formam juris scripti Romani apparet contractus stipulatus.

Et tertio demum nullius ponderis est, quod verbum *pertinere* ad res futuras referatur, quia refertur ad res præsentes ratione dominii, quod in his habemus, & res futuras ratione juris de præsenti, quod in illis retine-
104 mus, ut dicit *Text. in L. Verbum illud* 181. *ff. de verb. signif.* ibi *pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint* & explicat *Rebuff.* ibidem *sic igitur tribus modis res ad me pertinere dicitur, aut ratione dominii, aut possessionis, aut juris*. Propter illud jus igitur, quod de præsenti habemus succedendi in primogenitura, aut fideicommisso dicitur primogenitura, aut fideicommissum ad nos pertinere; sed hoc jus succedendi est in nostro dominio, quia illud dicitur non solum proprietatis, sed possessionis, & juris, & cujuscumque alterius qualitatis, ut diximus supra, simpliciter tamen verbum *pertinere* adhibitum dominium proprietatis significat per *Text. in L. Liber homo*, *L. Per servum*, *vers. sed quemadmodum ff. de acquir. rer. dom.*

Et hoc est quod significant verba *apparterranno ad essi figliuoli*, quæ ad tempus mortis relata, dominium proprietatis in filios demonstrant, nec qualitatem ullam significare possunt verba = *uti bona propria materna*, quia cum magis exprimant substantiam dominii, & proprietatis in bonis maternis, quæ jure Romano, & Florentino filiorum bona propria, idest sua dicuntur, & quibus verbum *proprium* maxime convenit, ut abunde demonstratum est, ad ullam qualitatem non possunt referri, & excludunt illam qualitatem *proprii* fictitii, quæ in nullius dominio esse potest (quia si est quid fictitium, in substantia rei nihil est) & quam adesse non posse supra evidentissime probatum fuit & illam ipsamet verba *uti bona propria materna* jure Romano, & Florentino accepta, dum dominium irrevocabile continent, manifeste rejiciunt. Non attentis prorsus argumentis, & illationibus, quæ fiunt a casu superviventiæ, quia contrariorum diversa esse debet dispositio, & dum mulier supervivit conveniens est, ut dos pro ejus indigentiis ejus dispositioni reservetur, prout servat jus Romanum, & Florentinum. Nec in hoc casu ulla revocatione antecedentis pacti, aut conventionis opus erat, quia cum illa sit in casu ejus prædecessus, casus contrarius superviventiæ illam revocat, vel potius non purificatam, & in esse deductam demonstrant.

Et ita, &c.

Ita pro veritate sentio.

Galganus Batistelli Rotæ Florentinæ Auditor, Consilii Justitiæ Præses, necnon Dominii Florentini Potestas.

Philippus Bonarrota Senator Florentinus, & R. C. Auditor, necnon Consilii Jurisdictionum Auditor, & Secretarius.

Pandulfus Pandulfinius Senator Florentinus, & J. U. D. ac pro Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Domino Alamanno Salviati Urbini, atque Pisauri Legationum Præside meritissimo, Academiæ nuncupatæ della Crusca *a Secretis.*

Petrus Franciscus de Riccis Senator Florentinus, Sacræ Religionis Divi Stephani Pp. & Mart. Præses, & Pisani Lycei Moderator, & S. R. Celsitudinis in Consilio Practicæ Secretarius.

Jacobus de Comitibus S. R. C. Auditor.

Hieronymus Vieri S. R. C. Auditor.

Jo. Bonaventura Neri Badia S. R. C. Auditor, & Compilator.

Fran-

Franciscus Antonius Bonfinius J. U. D., dudum Rotæ Florentinæ, nunc Supremi Magistratus Consiliariorum S. R. C. Auditor.

Alexander Maria de Barduccis Advocatus ex Collegio Nobilium, ejusdem Præpositus.

RESPONSUM II.
IN EADEM CAUSA

CONSILIA APPROBATORIA ROMANORUM.

SUMMARIUM.

1 *Filij acquirunt bona materna tamquam matris heredes, si adsint verba in contractu indicantia titulum hereditarium.*

2 *Et talis dispositio collata in personam nominatam habet locum in altera etiam Persona in quam transierit ista qualitas.*

3 *Propria verborum significatio sumenda est ex auctoritate juris.*

4 *Filiis non uti heredibus vocatis in stipulatione matris bona illis destinata censentur irrevocabiliter.*

5 *Mulier contra anterius Pactum expressum non potest de propriis bonis disponere etsi de extraneo agatur.*

6 *Verbum remanere importet continuationem & perseverantiam bonorum in eadem Persona.*

7 *Verbum restare latine vertitur in remanere, & verbum appartenere in pertinere, & spectare.*

6 *Verba intelligenda sunt in illa significatione quam apud nos habent.*

9 *Pactum de relinquenda dote filiis per verbum remaneat vel pertineat conceptum est irrevocabile a matre.*

10 *A Statuto ad Pactum, & viceversa valet argumentum.*

11 *Statutum dicitur quoddam pactum tacitum.*

12 *Consequentia persæpe explicant antecedentia.*

12 *Necessitas relinquenda bona filiis per verba in contractu apposita resteranno ed apparterranno non resolvitur per subiuncta verba, come beni materni.*

14 *Cum stent tantum demonstrative.*

15 *Et hoc casu non excludunt dominium vel saltem jus filiis quæsitum.*

16 *Dos dicitur proprium patrimonium mulieris & jure proprio ad illam pertinet.*

17 *Sola designatio bonorum non facit præsumere quod mater filiis uti heredibus consulere voluerit nisi de hac voluntate alias adparet.*

18 *In contractu dotali non attenditur locus quo celebratur sed domicilium mariti quo mulier est.*

19 *Quæ regula non constituit jus, sed ex jure constituitur.*

20 *Non est novum, quod contractus in uno loco factus in alio factum esse videatur.*

21 *Quod maxime obtinere debet in contractu matrimonij.*

22 *Contractus, qui in Italia celebratu censetur juxta Leges Italiæ regulari debet.*

23 *Mulier præsumitur propriis Legibus renunciari & Legibus Patriæ viri se submittere.*

24 *Maxime si in contractibus nulla mentio facta, vel relatio ad Leges Patriæ mulieris.*

25 *Verba resteranno e apparterranno, quæ in conventione lucri dotalis important donationem irrevocabilem inter sponsos a fortiori idem valere debent si in vocatione favore filiorum adjecta fuerint.*

26 *Una pars dispositionis aliam declarat.*

27 *Absurdum est mulierem iisdem verbis meliorem conditionem facere viro voluisse in lucro dotalis, quam filiis in universa dote.*

28 *Interpretatio benignior sumenda est favore filiorum.*

29 *Statuto se conformasse censentur contrahentes, si de contraria voluntate non constant.*

30 *Deficientibus pactis dotalibus recurrendum est ad Statutum loci mariti.*

31 *Idem si pacta dubia sint & ambigua.*

32 *Dos & bona materna matre ab intesta-*

testato decedente ad filios pertinent.
33 *Pactum debet aliquid operari.*
34 *Ideo dos quae debetur filiis ex pacto pertinet ad Eos tamquam filios non tamquam heredes.*

ETsi Responsum examinandum, probandumque mihi propositum, tamquam multa elaboratum doctrina, alio sive rationum, sive auctoritatum, quibus confirmetur, non egeat adminiculo; veris namque, ac solidis juris nostri praeceptis, & regulis innixum est: ideoque sola mea subscriptione plene illud approbasse libentissime declararem: nihil omnibus obsequens Viro, tum dignitate praeclaro, tum etiam sapientia, & doctrina longe praestantissimo, injunctum mihi munus exequar: non quidem nova in eandem sententiam allaturus argumenta; id enim jam ex Nostris alios juris Consultiores praestitisse audivi: sed ut demonstrem, quod quantum pro temporis, meique muneris, & officii ratione mihi licuit, tractam in dicto Responso quaestionem perpendens, ita senserim, vi rationum, & veritatis adductus, non ut requirenti morem geram.

Cum itaque quaeratur, an verba illa, quibus in nuptiali contractu, de quo agitur, constitutum fuit, quod tum dos data marito in quantitate scutorum tercentum millium, tum etiam alia bona, quae ad uxorem pervenire aliunde poterant, ad filios ex eo matrimonio nascituros pertinere deberent, id explicando verbis illis,, *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli, come beni proprj materni* ,, Cum inquam, quaeratur, an stipulatio conceptione ista verborum celebrata, efficiat an filii in hisce bonis ex propria persona, & uti filii, an vero uti heredes matris succedere debeant, nec ne, profecto si ageretur de connubiali contractu inito inter Italos, aut Sponsos, in quorum regione viveretur jure civili Romanorum, respondendum videretur favore filiorum, quos nimirum mater onerare nequivisset Legatis, aut relictis ullis, quippe quae detrahi non possent ex bonis vigore istiusmodi contractus; post illius mortem pleno jure ad eosdem pertinentibus.

At in nostra hypothesi negotium facessere videbatur, quod versemur in matrimonio inito inter praenobiles Sponsos, Italum nempe, exteram Puellam. In hujus autem Patria cum vigeant Societates Conjugales; dicebatur, stipulationem, superius relata, aut alia simili figura verborum conceptam adhiberi consevisse, ut illius vigore asservetur filiis legalis, & intestata successio in bonis matris, ut pater superstite altero ejusdem Matrimonii filio, submotus penitus censeatur a portione etiam hereditatis maternae delatae filio jam praedefuncto. Quapropter licet dicta stipulatio inutilis esset pro tollenda conjugali ista societate, ejusque effectibus impediendis, utpote quae cum Sponso extero minime subjecto consuetudini, seu legi municipali Sponsae, contrahi minime poterat: ut etiam licet, ut dictum est, excluso patre in concursu filiorum, his eadem summopere profutura esset pro integre retinenda legali successione in bonis maternis: nihilominus tamen usque adeo matri noxia, & praejudicialis reputari non debeat, ut operetur, quod adempta eidem omni penitus facultate disponendi in casu etiam, quo illa Testamentum conderet, filii uti filii, & ex jure, & persona propria, non autem tamquam heredes matris, ejus hereditatem, & bona capientes, repudiare possint onera in materno Testamento ipsis imposita: nisi in hoc peculiari nostro casu probetur superius relata verba juxta ipsorum germanam, ac legalem significationem, quam suapte natura habent apud Italos, usurpari consuevisse, ut filii tamquam filii, & non tamquam heredes matri succedere valeant.

Cum itaque causae hujus momentum vertatur in assequenda vera dictae clausulae, & verborum intelligentia: facile demonstrari posse arbitror, quod eadem apud nos adhibita censeri debeant ad filiorum vocationem jure proprio a matre factam designandam; ita

ita quidem suadente illorum significatione desumpta tum ex auctoritate juris communis, magis vero municipalis, quod viget in Patria Sponsi, tum ex proprietate, & usu verborum apud nos recepto, tum denique ex natura ipsa actus, & contractus, qui celebrabatur.

Rem autem ordientes a prima nostri assumpti parte, in dicto Responso supponi videtur, quod si propria dictorum verborum significatio accipienda esset ex Romani, quo vivimus, juris auctoritate, eadem certe non nisi favore filiorum intelligenda forent: quod nempe iidem uti filii, & jure proprio, non autem uti matris heredes vocati censerentur. Et optima sane, prævalidaque ratione; quia nimirum in superius relato nuptialium pactorum loco dictum minime fuit, quod bona in dotem data, aut ad Sponsam perventura „ *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come Eredi della madre* „ vel „ *come beni Ereditarj della madre* „ aut alia similia adhibita non fuerunt verba, & clausulæ, quæ ad istjusmodi hereditarium titulum referri possent: quo sane titulo, aut cum qualitate, stipulationem conceptam fuisse oportebat, ut bona materna filiis, tamquam matris heredibus quæsita dicen-
1 da essent, ex notabili sententia Papiniani relata in *leg. tale pactum* 40. *§. fin. ff. de pact.* ubi loquitur his verbis „ *Pater, qui dotem promisit, pactus est, ut post mortem suam in matrimonio sine liberis defuncta filia, portio dotis apud heredem suum fratrem remaneret. Ea conventio liberis a Socero postea susceptis, & heredibus Testamento relictis per exceptionem doli proderit: cum inter contrahentes id actum sit, ut heredibus consulatur* „ quam sententiam bene explicat *Cujac. tom. 1. oper. posthumar. in libr. 1. responsor. Papinian. fol. 12. lit. B.* dicens „ *at Papinianus eleganter respondet, liberos petente genero dotem ex stipulatione per exceptionem pacti, sive doli mali, quæ semper est subsidio exceptioni pacti, partem dimidiam dotis retinere posse, quia pater fratri pactus est, non tamquam fratri, alioquin inutile pactum esset, sed tamquam heredi, quia dixit, ut remaneret apud heredem suum fratrem, & heredes hodie sunt liberi, quos pater præter spem sustulit, non frater* „ & ibi etiam *Faber. in Pandect. tom. 1. fol. mihi* 231. ad verba illa „ *per exceptionem doli* „ & prius ibidem docuerunt *Bartol. Bald. Castrens. Angel. Jason.* aliique communiter, docentes, quod ut contrahentes, nominatis in contractu, non nisi tamquam heredibus consuluisse dicantur, requiratur, quod nominentur cum qualitate hereditaria, ut ita dispositio cum tali qualitate collata in nominatum, vindicet sibi locum in persona etiam alterius, quam no- 2
minati, in quem transierit ista qualitas, ut bene apud *Castrens. d. §. final. num.* 4. quem ibi sequitur *Jason. num.* 2.

At non ita sane in casu nostro concepta legitur stipulatio, in illa enim simpliciter dispositum reperitur, quod dicta bona „ *resteranno ed apparterranno ad essi figliuoli come beni proprj materni;* quamobrem licet (ut dicti juris Interpretum auctoritate edocemur) ubi facta est mentio filii, & heredis, non sufficiat quem esse filium, nisi sit etiam heres, quia nomen appellativum *heredis* prævalet nomini *filiorum*, cum primum demonstret, cui contrahentes dispositive consultum vellent, secundum vero innuat, in quem stipulationis tempore, destinative tamen dumtaxat, cogitaretur supremum judicium esse conferendum: attamen cum in superius relatis verbis nulla facta fuerit mentio tituli, seu qualitatis hereditariæ, inde sequitur, quod si propria illorum significatio sumenda sit ex auctoritate juris, ut faciendum est ex *Bartol in leg. om-* 3
nes populi 9. num. 59. ff. de justit. & jur. Bald. in leg. final. num. 45. *Cod. de hered. instit. Abb. libr. 2. cons.* 2. *sub num.* 3. *ante med.* ex eodem *Bartol. loc. cit.* dicens, quod *propria verbi significatio sumitur ex auctoritate juris, ut si in aliqua juris parte reperiatur illud vocabulum declaratum* „ *Tusch. pract. conclus. lit. V. conclus.*
91.

91. *num.* 28. ambigi certe nequibit, quod dum mater omissa prorsus mentione *heredum* in stipulatione promisit, quod bona „ *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli* „ heredes tamen minime nominatos, non heredibus, quorum nullo pacto meminit, sed solis filiis, quos in stipulatione expresse vocavit, consuluisse censenda sit; propterea que bona adeo illis destinata, & applicata intelligenda erunt, ut nulla contraria dispositione
3 auferri eisdem possint ad *Text. in L. cum maritus* 29. *§. final. ff. de pact. dotalib. Caynol. in L. final. num.* 100. *Cod. de pact. Mandell. Alba cons.* 50. *num.* 1. *Roland. a Valle de lucr. dotal. quaest.* 82. *num.* 8. *Osasch. decis. Pedemont.* 20. *num.* 6. *Sacra Rota coram Millino decis.* 177. *num.* 5. *post Torr. de pact. fut. success. decis.* 12. *num.* 1. *& decis.* 223. *num.* 5. & tradit *Borgia ad Fabr. investigat. jur. civil. libr.* 13. *cap.* 3. *num.* 8. sic loquens „ *etsi alias mulier possit de dotibus suis disponere, attamen si ob pactum, ut hic fuerint dotes ad alium perventurae non poterit, obstante pacto, & conventione.* „ *& cap.* 4. *num.* 3. Cujus sane destinationis, sive applicationis vis tanta est, ut prosit cuicumque, ta-
5 metsi extraneo, quanto magis juvabit filios, quorum causa, & favor in hisce stipulationibus tanto potior est? ad quos cum bona, de quibus agitur, ex pacto expresso post obitum matris perventura dicantur; nulla idcirco ratione de eis disponere, aut gravamen ullum filiis super eisdem imponere illa potuit.

Ut autem clarius adhuc id elucescat, non pigebit singillatim expendere verba, quibus stipulatio concepta legitur; perspicuum enim inde fiet, eadem adhibita fuisse ad significandum bona omnino perventura, & spectatura fore ad filios, ad quos omissa prorsus mentione heredum dicta verba relata, & quorum respectu prolata fuerunt: ut de verbo *remanere*, quod nimirum significet, bona relinquenda esse eademque persistere, continuare, & perseverare debere apud eos, penes quos Contrahentes illa remanere vo-

luerunt, est *Text. in d. L. tale pactum* 6
40. *§. final. ff. de pact.* & tradunt Doctores allegati in *§. Rem autem ordientes*, quibus addo *Rebuff. de verbor. signific. ad leg.* 67. *fol mihi* 459. *in verb. manere, permanere, & remanere*. Et de verbo *pertinere* est alter *Text. in leg. verbum illud* 181. *ff. de verbor. signif.* ubi pariter *Rebuff. fol. mihi* 821. *& seqq. Cujac. oper posthum. tom.* 5. *part.* 2. *fol.* 660. *lit. E.* & latius apud *Brisson. Calvin.* aliosque omnes, qui juris Lexicon conscripseruot. Quamobrem similia verba si significant rem dominio nostro esse subjectam, vel iis quoque rebus petendis apta sunt, quae dominii nostri sint aut illis etiam, quae jure aliquo, aut justa actione nobis debentur, quamvis nondum sint nostri dominii; inde fit, quod si ex pacto, & lege constituta in tabulis nuptialibus dicta bona *remanere*, & *pertinere* debebant ad filios, eadem nulli amplius contrariae dispositioni obnoxia esse valeant, ut jam dicetur, & prevalide confirmabimus, dum eadem verba ad mentem juris municipalis suis locis expendemus.

Significationi similium verborum sumptae ex auctoritate juris, consonat etiam (ut proposuimus in altera nostri assumpti parte) illa, quam habent Italico idiomate reddita; verbum enim *restare* convertitur cum verbo *remanere*, ut in nostro Vocabulario *degli Accademici della Crusca* in verb. *restare, e rimanere*, & apud Passeratium pariter in verb. *remaneo* & *resto:* & verbum *appartenere* latine vertitur *pertinere*, & *spectare*, ut ex eodem Vocabulario in verb. *appartenere*, & ex Passeratio in verb. *pertineo*. Qua- 7
propter si in ejuscemodi pactis dotalibus verba intelligenda sunt in illa significatione, quam apud nos habent, ut admonet clar. mem. *Card. de Luc. de fideicomm. disc.* 42. regulare siquidem est, verba semper prolata censeri, atque intelligenda esse in sensu illo, quem habent in ea regione, in cujus idiomate sunt expressa, idem clar. mem. *Card. de Luc. de fideicm. disc.* 34. *num.* 12. *Rota coram Card. Cel-* 8
so decis. 229. *& decis.* 257. utrobique *num.*

num. 2. *& seqq. & n.* 10. *& seqq. ac decis.* 266. *num.* 8. *in Romana Primogeniturae de Salviatis super Jocalibus, & Tabulis pictis* 28. *Junii* 1706. *§.* 10. *coram bo: me: Moliens, & in Cavallicen. Immissionis* 21. *Junii* 1720. *§. Nec alternativa coram R. P. D. Rovault de Gamacher*: dicendum sane erit, quod dum Contrahentes, omissis heredibus, caverunt, quod bona „ *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli* „ id sane egerint, ut filiis, non autem ut heredibus consulerent.

Recte igitur Nostri sequentes intelligentiam, quam similia verba habent, tum ex juris interpretatione, tum ex propria significatione, censent eadem, quum adhibentur in contractibus connubialibus, significare jus illud praecipuum filiis competens uti filiis non autem tamquam heredibus, ideoque prohibere matrem, ne in eorum praejudicium de bonis disponere possit ut de ejusmodi pacto concepto per verbum *remaneat*, innuunt Doctores allegati in *§. Rem autem ordientes*, & bene etiam *Marta de success. legal. part.*
9 1. *quaest.* 4 *art.* 1. ubi quod consuetudo *Martini* deferat dotem filiis uti filiis, non uti heredibus, quia loquitur per verbum *remaneat*, & de verbo *pertineat*, *Ruin. cons.* 8. *n.* 1. *in fin. & num.* 6. & melius *cons.* 132. *n.* 8. *& seqq. libr.* 2. *ibi* „ *nam ex quo Statutum vult, quod dos pertineat ad filios uxore decedente in matrimonio, defertur dos filiis ex dispositione Statuti tamquam filiis, & non tamquam heredibus ex Testamento, vel ab intestato* „ Et de aliis similibus verbis *Alexand. cons.* 150. *libr.* 2. *Mandell. Alba cons.* 50. *num.* 1. *& seqq. Surd. cons.* 81. *num.* 13. *&* 21. *versus finem Roland. de lucr. dot. quaest.* 82. *num.* 4. *& seqq. Merlin. de legitim. libr.* 3. *tit.* 1. *quaest.* 24. *num.* 17. *in princ. Osasch. decis.* 20. *num.* 6. *Tesaur. decis.* 106. *in princip.* qui etsi loquantur de Statuto, recte tam locum sibi vindicant in casu nostro, quia a Statuto ad pactum, & viceversa valet argu-
10 mentum *Bald. cons.* 289. *prope fin. vers. sed Statuto lib* 2. *Ruin. cons.* 1[illegible]. *num.* 19. *lib.* 4. *Mandell. Alba cons.* 50. *num.* 1. *in fin. Menoch. cons.* 335. *num.* 34. *Gratian. discep.* 348. *num.* 28. *Mastrill. decis.* 246. *num.* 99. *Viv. decis.* 255. *num.* 8. *lib.* 1. *Rota coram Ludovis. decis.* 204. *num.* 23. Statutum enim dicitur esse quoddam tacitum pactum, argumento *L.* 11
Item quia ff. de pact. leg. nam nec ex praetorio ff. de reg. jur. leg. non impossibile Cod. de Decret. Decurion. libr. 10. *Capra cons.* 74. *num.* 10. *Rot. in Romana Dotis, & Testamenti* 12. *Januarii* 1714. *§. Ceterum coram. R. P. D. Cerro*.

Et quamvis verba, quo sensu accipienda sint persaepe ex adjuncto intelligi soleat, ut apud *Tabor. axiom. jur. lib.* 19. *cap.* 9. *axiom.* 1. frustra 12
tamen in casu nostro contenderetur, quo filii in bonis maternis succedere deberent, non quidem tamquam filii, & ex propria persona, sed tamquam matris heredes, eo quod in saepius memorato pacto dictum fuerit bona perventura, & spectatura quidem esse ad filios, sed tamquam bona materna „ *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli, come beni proprj materni* „ quasi contrahentes his postremis verbis innuisse voluerit, quod filii in eisdem bonis non nisi uti matris heredes successuri essent. Intelligentia namque isthaec nedum aberrat a propria, & legali significatione verborum, verum etiam consentanea minime est menti contrahentium, & naturae actus, qui gerebatur.

Aberrare sane videtur a propria, & legali verborum significatione, quia ut dictum fuit, ex verbis illis „ *resteranno, ed apparterranno* „ ad mentem juris, & in suo vero sensu intellectis, si resultat necessitas relinquendi bona filiis, illa alia immediate subjuncta verba „ *come beni proprj materni* „ efficere minime possunt, quod talia bona eisdem debita dicenda sint, non quidem vigore peculiaris stipulationis, sed jure, & titulo hereditario deferenda, ad tradita per *Torr. de* 13
pact. futur. success. lib. 2. *cap.* 38. *num.* 133. *vers. nec est facienda*; ad quem profecto titulum, violenta nimis, & extranea prorsus interpretatione

tione

tione detorquerentur dicta verba „ *come beni proprj materni* „ quando inspecta propria eorumdem significatione, adhibita revera apparent pro demonstranda dumtaxat eorum derivatione, & unde illa perventura essent ad filios, a matre videlicet, prout in hoc sensu similia verba accipienda esse constat ex toto titulo *Cod. de bon. matern.* & ibi præter alios notant
14 Doctores collecti per *Giurb. ad Consuetud. Messanen. cap. 12. gloss. 4. ad verb. a qua provenerunt num. 1. & seqq.* Quam pariter derivationem demonstrat dictio illa *come*, quia ut notat *Rebuff. ad leg. 58. ff. de verb. signifi. fol. mihi* 418. *vers. item Glossa*, cum filius materna bona vocare possit sua, demonstratio talis derivationis non excludit dominium, & proprietatem, aut saltem jus pro illis consequendis ex stipulatione filiis quæsitum, quod Contrahentes tali dictione exprimere voluisse videntur, ad
15 tradita per *Barbos. dict.* 403. *num.* 2. *& dict.* 409. *num.* 10. Ut etiam illud aliud verbum *propria* non nisi ad istjusmodi bonorum derivationem referendum est, quia nempe proveniebant a matre, cujus proprium patrimonium dos dicebatur per *Text. in Leg. 3. §. Sed utrum in fin. ff. de minor.* & jure proprio ad illam pertinebant *Leg. pater filiam 14. ff. ad Leg. falcid.*

Nemo autem non videt, quod etsi dicta bona, tamquam proprium patrimonium pertinerent ad matrem,
16 dum viveret, & ex stipulatione facta in contractu dotali post illius obitum ad filios perventura essent: nihilominus tamen non inde sequitur, quod ad eosdem non nisi tamquam matris heredes pertinere deberent: ut enim ex simili stipulatione inferri posset, quod tale pactum consisteret in persona heredis, non in persona filii, satis non erat designasse derivationem bonorum, sed demonstrare oportebat, Contrahentes filiis in contractu nominatis consulere voluisse uti heredibus juxta Papiniani sententiam relatam in *§. Rem autem ordientes*, atque uberrime a *Cujacio*, cujus verba repetere fusiusque hic reassumere abs re non erit: ita autem ille loquitur „ *ergo liberis danda est retentio* 17
partis dimidiæ: quia in paciscendo, fratris appellatio demonstrabat tantum quem sibi heredem destinaret eo tempore, quo desperabat se habiturum liberos: fratris appellatio demonstrabat in quem esset collaturus supremum judicium suum. At heredis appellatio demonstrabat cui consultum vellet. Summa igitur sententiæ hæc est: pactum fratri ut heredi, quem scilicet animo destinarat facere heredem, nec dum faciebat heredem, prodesse cuicumque alii heredi, si frater heres non fuerit: non tantum filio, quem postea suscepit, sed etiam extraneo, quem postea pœnitentia ductus fecit heredem nullo suscepto filio. Hæc est mens Papiniani, unde male ex hoc §. Colligunt Interpretes donationem, quam orbus contulit in extraneum, revocari postea adnascentibus liberis, quæ est sententia Leg. si unquam Cod. de revocand. donation. non hujus §. ultimi, quia in specie ejus nulla sit revocatio: sed pactum fratri, ut heredi consistit in persona cujuscumque heredis, non in persona fratris, qui non extit heres: ergo & in persona heredis extranei, ne dum in persona filii heredis instituti „. Si igitur verba illa „ *come beni proprj materni* „ ut sensui patet veluti designantia solum originem, & derivationem bonorum, adhibita dici nequeunt, ut demonstraretur qualitas, titulus videlicet hereditarius, sub quo filiis in contractu nominatis mater consulere destinaverat: iidem propterea vocati dici minime poterunt tamquam matris heredes, sed contemplati tamquam filii venientes ex propria persona: præsertim vero ita efflagitante natura actus, qui celebrabatur.

Nam si, ut in superioribus locis satis probatum esse reor, inspecta significatione, quam verba illa „ *resteranno, ed apparterrano ad essi figliuoli* „ accipiunt, tum ex juris Romanorum auctoritate, tum ex eorum proprietate, & usu in Italia vigente, nullo pacto referri possunt ad titulum hereditarium, sed intelligenda omnino

ſunt de jure illo, quod ex ſtipulatio-
ne veluti præcipuum, & ex propria
perſona in dote, aliiſque bonis matris
quæſitum filiis dicendum eſſet, talis
interpretatio ſequenda omnino eſt in
caſu noſtro, tametſi agatur de con-
tractu celebrato extra Italiam, in re-
gione nempe minime agnoſcente jus
Romanorum, & in qua præterea di-
cta verba habere dicerentur aliam pro-
priam ſignificationem a noſtra diver-
ſam. Contractus namque dotis ad dif-
ferentiam aliorum contractuum, id
ſuapte natura peculiare habet, ut non
locum, ubi contractus celebratur,
quod plerumque fit in domicilio ipſius
uxoris, ſed ſpectare oporteat perſo-
nam mariti, ejuſque domicilium, ad
quod illa, ita exigentibus connubiali-
bus legibus, migratura eſt, juxta diſ-
18 poſitionem famigerati *Textus in Leg.*
exigere 75. *ff. de Judic. ubi Bartol.*
Cujac. ad dict. Legem in tit. 1. *libr.*
5. *ff. tom.* 4. *oper. poſthum. part.* 1.
fol. 171. *litt. E. & fol. ſeqq.* & com-
muniter doctores, *Bald. in Leg. final.*
ff. ſi non a compet. Judic. Faber. in
Pandect. tom. 2. *part.* 1. *ad dict. L.*
exigere fol. mibi 79. *§. Ratio deci-*
dendi, Abb. & Butr. in cap. 1. *de*
Sponſal. Gulielm. de Benedict. in cap.
Raynutius de Teſtam. verb. & uxorem
nomine Adelaſiam num. 223. *Burgund.*
ad conſuetud. Fland. tract. 2. *num.*
12. *Chriſtin. deciſ. Belgic.* 78. *num.*
2. *&* 3. *vol.* 4. *Card. Mantic. de ta-*
cit. libr. 3. *tit.* 14. *num.* 10. *Antonel.*
de loc. legal. lib. 2. *cap.* 17. *quæſt.* 7.
num. 71. *& ſeqq. & num.* 78. *The-*
ſaur. deciſ. 106. *num.* 3. & alii apud
Rub. ſingular. tom. 2. *part.* 6. *obſerv.*
2. *§.* 3.

Quæ veriſſima, ac receptiſſima
juris regula, utpote non ipſa jus con-
ſtituens, ſed ex jure, quod prius ipſa
eſt, conſtituta *Leg.* 1. *ff. de regul.*
19 *jur. ubi Gloſſa, & Bartol. Paul. Mei-*
ſter. de Juriſdict. lib. 1. *cap.* 6. *num.*
16. *in fin. & num.* 17. *Thabor. axiom.*
jur. lib. 16. *cap.* 30. *axiom.* 4. ſum-
pta eſt ex conditione, & peculiari
natura matrimonii, quæ efficit, ut
ex mulieris quoque voto, & deſtina-
tione, ibi contractum fuiſſe videatur,
ubi vir habet domicilium, ipſi quo-
que commune, ac perpetuum futu-
rum. Imo vero, ſi in jure noſtro no-
vum non eſt, ut in uno loco revera
contractum ſit, & in alio tamen
contractum fuiſſe videatur ad *Text.* 20
in Leg. contraxiſſe 21. *ff. de obligat.*
& action. & Leg. Heres abſens 19.
§. ultim. ff. de Judic. ubi Faber. in
fin. ad Pandect. tom 2. *part.* 1. *fol.*
mibi 33. potiori certe ratione, ob
ejus peculiarem naturam, id locum
obtinebit in contractu Matrimonii;
optime *Faber. ad Text. in dict. Leg.*
exigere dot. tom. 2. *part.* 1. *fol. mibi* 21
79. *§. Ratio decidendi*, ubi verſus
finem ita loquitur „ *nam nec alia*
ratione puto inſpici locum domicilii,
quod maritus tempore contractus ha-
buit, quam quia, ut jam dixi, in eo
ipſo loco, & contractum fuiſſe matri-
monium, & dotale inſtrumentum con-
ſcriptum eſſe videatur; illud plane ſin-
gulare eſt ob naturam, & conditionem
matrimonii, ut videatur contraxiſſe
mulier in domicilio mariti, quamvis
nec ſolutionem dotis, nec tale aliud
quidquam in id domicilium contulerit:
nempe quia plus facit, quæ vitam ip-
ſam, omneſque & ſuas ſpes, & libe-
rorum, quos ex matrimonio ſperat, in
maritum, maritique domicilium ubi-
cumque tandem futurum ſit, confert „
Burgund. ad conſuetud. Flandr. d.
tract. 2. *num.* 12. aliique ſuperius al-
legati.

Cum igitur contractus, de quo
res eſt, eodem jure, quo contractus
celebratus in Italia, ubi vir domici-
lium habet, cenſendus ſit, mirum pro-
fecto non eſt, quod juxta leges, &
conſuetudines in Italia vigentes judi-
candus videatur *Decius in Leg. ſemper*
in ſtipulationibus num. 12. *ff. de regul.* 22
Jur. Alexand. conſ. 37. *num.* 7. *&* 9.
libr. 2. *& conſ.* 9. *num* 1. *& ſeqq.*
ibique Adden. libr. 5. *& conſ.* 8. *num.*
4. *libr.* 6. *Maſcard. ad Statut. concluſ.*
7. *num.* 3. *Afflict. deciſ.* 226. *num.* 2.
Cenſal. dec. Lucen. 9. *num.* 13. *&*
dec. 15. *n.* 81. *Rota coram Card.*
Cavaliero dec. 555. *per tot. in rec. dec.*
102. *num.* 5. *part.* 8. *& dec.* 39. *num*
24. *part.* 18. Quapropter quemadmo-
dum,

dum, si contractus revera celebratus fuisset in Italia, Contrahentes superius relatis verbis consuluisse dicerentur filiis, non heredibus, ut superius dictum est, ita quoque eisdem uti filiis prospexisse censeri debent, tametsi contractus perfectus fuerit extra Italiam, quinimmo in Patria uxoris, ubi verba illa diversimode accipiuntur, quippe renuntiatum videtur consuetudini, seu municipali juri Patriæ mulieris, a quibus, veluti quadam tacita conventione, illa abscessisse præsumitur, sese submittendo legibus vigentibus in Pa-
23 tria viri ad *Gloss. in Leg. cum furiosus 39. ff. de judic.* & ibi *Cujac. in libr. 3. quæstion. Papinian. oper. posthum. tom. 1. col. 73. lit. D. Capyc. Galeot. contr. 30. num. 59. & seqq. libr. 2. Capyc. Latr. decis. 98 num 8. libr. 1. Rota in Romana Dotis, seu Testamenti 12. Januarii 1714. §. Ceterum coram R. P. D. Cerro.*

At quod magis est, non ex sola, ac mera legis præsumptione, sed ex toto connubialis contractus contextu, mulier patriis legibus renuntiasse censenda est in casu nostro; omisso enim, quod ille Italico idiomate ratificatus legitur, ex quo argui bene posset, quod Contrahentes accipiendo verba in ea significatione, quam habent in suo idiomate, Italiæ moribus, & legibus sese accommodare voluerint, præsertim vero quia nulla mentio facta, aut habita fuit relatio ad peculiarem consuetudinem Patriæ mulieris, ex quo *Rota in d. Romana Dotis seu*
24 *Testamenti loco mox citat.* elicit, præsumptam renuntiationem beneficio similis consuetudinis. Magis profecto urget animadversio illa, quod nimirum ea verba „ *resteranno, ed apparterranno* „ quibus usi in stipulatione, seu vocatione facta favore filiorum, adhibita etiam fuerunt in conventione vicissitudinarii lucri Dotalis inter Sponsos inita, quod viro ita deferendum esse constitutum fuit, ut sive uxor intestata, sive testata decessisset, de eo disponere nullo pacto posset in præjudicium viri, ut similem, ac promiscuum usum verbarum expendendo, late ad rem nostram probat *Roland. a Valle de lucr. dot. quæst. 82. per tot.* In eadem itaque significatione, qua in delatione lucri dotalis, hæc ipsa verba *restare*, & *appartenere* adhibita censenda erunt in illa alia Instrumenti parte, qua disponitur, quod post obitum uxoris *remaneat*, & *pertineat* ad filios, ut 25
præter *Rolandum* sic arguit *Mandell. Alba cons. 50. num. 3. & seqq.* similique pariter argumento respectu verbi *pertineat* utitur *Ruin. cons. 135. num. 8. & seqq. & num. 11. libr. 2.* idque confirmatur generali illa regula, qua edocemur unam dispositionis partem ex alia justam, & bonam interpretationem accipere, ut in casu omnino simili, recte argumentatur *Torr. de pact. futur. success. libr. 2. cap. 38. num. 134 & seqq.*

Cui interpretationi, eo libentius 26
inhærendum est in nostro casu, ne alioquin sequatur, quod mulier licet usa eadem formula, & figura verborum, eis tamen voluerit meliorem conditionem facere viro in lucro dotis, quam filiis in universa dote, quippe ille liberam, & ab omni onere immunem, portionem suam consequeretur, hi vero tametsi vocati iisdem verbis, subire tenerentur quæcumque onera ipsis a matre imposita, quod absonum esse considerant *Ruin. d. cons. 132. num. 9. lib. 2. & clar. mem. Card. de Luc. de dot. disc. 108.* 27
sub num. 10. §. Ponderabam. At longe quidem magis absona censenda esset interpretatio illa, qua intelligeretur in stipulatione pactum fuisse filiis non uti filiis, sed uti heredibus, quos scilicet tunc mater animo destinaret facere heredes, nec dum tamen faciebat heredes: ita enim stipulatio prodesse potuisset cuicumque alii heredi etiam extraneo si filii heredes non fuissent, pactum namque factum filiis, uti heredibus, consisteret in persona cujuscumque heredis, non in persona filiorum, qui non extiterunt heredes, ut explicat *Cujac.* verbis alibi exscriptis, id autem cum repugnet naturali charitati, qua parentes in similibus contractibus filiis prospexisse præsumuntur: juris propterea ratio præcipit,

ut

ut eorum favore benignior semper interpretatio sumenda sit, ad notas regulas, quibus in similibus causis utimur.

28 Quamquam vero ita sentiendum
videretur in casu etiam, quo causa de
qua agitur decidenda esset ex juris com-
munis censura, quanto sane potiori
jure huic sententiæ inhærendum erit
in casu nostro, in quo in Patria, &
Domicilio viri adest Statutum pro-
hibens uxori sive intervivos, sive per
ultimam voluntatem, disponere de do-
te in præjudicium filiorum; cui qui-
dem Statuto semper Contrahentes se
conformare voluisse censentur, quoties
de contraria ipsorum voluntate non
constat *Bald. in d. L. Exigere in fin.
vers. sed tunc. quæro ff. de Judic. A-
lexand. cons.* 100. *num.* 8. *& seqq. libr.*
3. *Burgund. ad consuetud. Flandr. tract.*
2. *num.* 15. *Card. Mant. de tacit.
libr* 3. *tit.* 14. *num.* 8. *& seqq. An-
tonell. de loc. legal. libr.* 2. *cap.* 17.
quæst. 7. *num.* 72. *&* 77. *Christin.
decis. Belgic. vol.* 4. *decis.* 79. *num.*
2. *Rota in rec. decis.* 355. *ex num.*
5. *ad fin. part.* 5. *tom.* 1. Quaprop-
29 ter cum contractus dotis, de quo a-
gitur, maxime in hac parte conve-
niat legi municipali vigenti Patria
viri, idem juxta illam interpretandus
est: quippe contrahentes diversimode
non paciscendo, contractum tali legi
subjecisse præsumuntur. Et sane sicuti
cum deficiunt pacta dotalia, recurren-
dum est ad Statutum, & consuetudi-
nem loci mariti, quæ formam con-
tractui dare censentur *Christin. decis.*
30 *Belgic. vol.* 4. *decis.* 78. *num.* 2. *&
seqq.* ita etiam si pacta dotalia dubia
sint, & ambigua juxta idem Statu-
tum, & consuetudinem interpretanda
31 erunt *Bartol. in Leg. ut jusjurandi §.
Si liberi vers. sed isto casu ff. de oper.
libertor. & in Leg. heredes mei §.
Cum ita ff. ad Trebell. Bertacchin.
in repertor. part* 5. *lit. V. pag. mihi*
296. *col.* 1. *Burgund. ad Consuetud.
Fland. tract.* 2. *num.* 13. *Christin.
decis. Belgic. vol.* 4. *dec.* 79. *num.* 2.

Ex quibus sublata videtur animadversio illa, qua dicitur dictum pactum etiamsi profuturum esset filiis non uti filiis, sed dumtaxat, heredibus, superfluum tamen minime remansurum; tum quia eodem intelligebatur, dotem pervenire, ac pertinere debere ad filios, sive mulier ab intestato, sive decederet condito Testamento, quo dotem filiis relinqueret: tum etiam quia cum in Patria uxoris similia verba, & pactum adhiberi soleant nedum ad effectum excludendi societatem conjugalem, sed etiam integre reservandi filiis successionem hereditariam in bonis matris, excluso penitus patre, trahi idcirco non debeant ad illum alium effectum matri adeo præjudicialem, adimendi nempe eidem facultatem disponendi de dote, bonisque suis. Subdendo, quod eo certius hæc procederent, quando superius relata verba nec ex jure Romanorum, nec ex communi loquendi usu peculiarem apud nos significationem haberent. Neutra enim hujus discursus pars subsistit.

Cum enim Jus commune etiam
sine tali Contrahentium provisione
consuluerit filiis, ut scilicet materna
dos, & bona si mater intestata deces-
serit ad illos pertineant, *leg. unic. sub* 32
*initium Cod. de rei uxor. action. &
leg. fin. C. solut. matrimon.*, ut etiam
ad eos deferantur, si illa a matre eis-
dem relinquantur, propterea ne tale
pactum superfluum ac inutile reddatur,
sed aliquid operetur, ut præcipitur in
leg. si stipulatus 4. *ff. de usur. leg. si* 33
quando 109. *in princ. ff. de legat. leg.
Insulam* 6. *ff. de præscript. verb. Cap.
si Papa* 10. *de privileg. in* 6. *cum aliis
apud Thabor. axiom. Jur. libr.* 14. *cap.*
1. *axiom.* 2. ita sane intelligendum est,
ut dos pertineat ad filios tamquam fi-
lios, & non tamquam heredes matris
Ruin. cons. 132. *sub. num.* 11. *libr.* 2. 34
inquiens id locum sibi vindicare etiamsi
hujusmodi intarpretatione recedendum
esset a significatione illa, quam verba
alioquin habent ex jure.

Cujus idcirco pacti superfluitas, aut incongruentia certe alioquin resultans ex contraria interpretatione, minime evitatur illud referendo ad excludendam conjugalem societatem, vel saltem ad præservandam filiis integram successio-

nem

nem in concursu patris. Nam cum superioribus locis demonstraverimus intelligentiam, quam illud habet ex Romanorum juris auctoritate, atque ex censura legis municipalis, qua vivitur in patria viri, quibus non dissentit significatio, quam verba ex usu loquendi apud nos sortiuntur: frustra quæritur, quo sensu illa intelligentia sint, eisdem obtrudendo interpretationem, quam habere possunt in Regione uxoris, quæ vel penitus ignota viro esse poterat, vel si eidem nota supponenda esset, justa alibi notata, oportuisset quod expresse Contrahentes declarassent se in stipulatione capitulorum nuptialium, sequi velle interpretationem, quam verba recipiebant ex moribus, & significatione quam habent in Patria uxoris: ex certa illa juris regula, qua alibi probavimus, quod nisi contrarium perspicue, & evidenter appareat, dotalia pacta intelligenda semper sint ex jure, & consuetudine, quæ servatur in Patria viri, ad quorum propterea normam si illa intelligenda erant, tantum abest, quod apposita censeri possint ad effectum excludendi peculiarem aliquam consuetudinem vigentem in Patria uxoris, ut potius adhibita præsumi debeant, ut Contrahentes se conformare voluisse declararent dispositioni legis municipialis, cui vir subjiciebatur, quæque normam præbere debebat contractui, qui gerebatur, in quo propterea locum habere nequibant exteri mores, & consuetudines penitus ignotæ dictæ municipiali legi, a qua talis contractus interpretationem recipere debebat, ut alibi notavimus.

Rem itaque perstringendo, aut juxta ea, quæ hactenus deduximus, verba illa „ *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli , come beni proprj materni* „ differentia sunt, & ex Romanorum Jure, aut ex usu loquendi habent in Italia propriam, & peculiarem significationem, qua filii uti filii, non uti heredes matris invitati censentur, & hoc casu res illorum favore plana sane videbitur. Aut vero eadem verba, utpote peculiari significatone carentia, indifferentia sunt, & trahi possunt ad significandam etiam vocationem filiorum jure hereditario matris, & hoc casu favebit filiis illa alia certa regula, qua præcipitur, verba accipienda esse in eo sensu, quo conformia redduntur dispositioni Statuti, cui vir subjectus est, & a quo connubialis contractus interpretationem recipit, præsertim vero in casu nostro, in quo filiis adjumento est tum voluntas Contrahentium elicita nedum ex sensu, in quo illos, eadem verba adhibuisse notavimus; verum etiam ex eo, quod expresse (ut ex parte aliqua exadverso etiam admittitur) recedentes a consuetudine, & moribus Patriæ uxoris in nulla ejusdem parte ut oportuisset illa præservare velle declararunt: tum etiam gratia, & favor filiorum, quibus apud nos frequenter Statuta, & Leges municipales consulerunt; extantibus videlicet filiis, vel penitus matri adiumento, vel justo modo ejusdem potestatem disponendi in illorum præjudicium. Inhærendo itaque Responso superius memorato, sententiam in illo firmatam veriorem existimo, illique libenter subscribo.

Et ita, &c. Salvo semper, &c.

Ferdinandus de Valentibus Sac. Consistorii, & Rever. Cameræ Apostolicæ, & Fisci Advocatus.

RESPONSUM III.

IN EADEM CAUSA

SUMMARIUM

1 *Mater non potest derogare per ultimam voluntatem donationi per contractum inter vivos factæ ad favorem filiorum.*
2 *Valet pactum quo conditio dotis deterior fiat intervenientibus liberis quatenus mulier in matrimonio decedat.*
3 *Gravari non potest is cui inter vivos datum est.*
4 *Jus quæsitum ex contractu inter vivos suapte natura est irrevocabile.*

Ver-

5 *Verba Statuti disponentis quod filii lucrentur dotem matris important prohibitionem matri disponendi cum damno filiorum.*

6 *Fortius si debeatur filiis ex pactis conventis in capitulis matrimonialibus.*

7 *Repugnat rectae intelligentiae & verisimili paciscentium menti nihilo plus assequi per pactum quam eo recluso vel quod pactum possit reddi inane a promittente.*

8 *Verba quod filii succedant, in Statuto expressa, supponunt succedere non vigore Statuti sed jure hereditario.*

9 *Secus si dictum fuerit in Statuto filii habeant vel lucrentur vel si ad verbum succedant sequantur verba & habere debeant.*

10 *In verbis* dovranno, resteranno, *inest virtus absoluta necessitatis & important acquisitionem juris irrevocabilis*, Et num. 12.

11 *Absoluta necessitas devolutionis bonorum ad filios non est compatibilis cum libertatem matris disponendi de bonis.*

13 *Bona propria dicuntur quae ex titulo antecedenti perfecte quaesita sunt.*

14 *Verbum proprium importat perfectam juris acquisitionem, & absolutam translationem dominii & hoc significat apud latinos scriptores*, Et num. 16.

15 *Plenum solidumque dominium debet concurrere in Venditore vel donatore ut in emptorem, & donatarium transferri utiliter possit.*

17 *Verba* in rem suam vel in rem propria *in contractibus apposita significant plenam dominii translationem.*

18 *Procurator in rem suam, vel propriam intelligitur effectus Dominus cum illa juris plenitudine quae perfecto domino competit.*

19 *Verba ut suum habere & tenere possit adposita in pacto dotali important irrevocabilem dominii translationem.*

20 *Et bona materna dotalia pertinent ad filios tamquam bona provenientia ex substantia matris, effecta ipsorum filiorum.*

21 *Bona matris, quae accipiunt filii ex contractu dotali cum adiectione* come eredità materna, *important successionem jure, & titulo hereditario secus si dictum sit*, come beni propri materni, *cum tunc acquirantur ex contractu.*

22 *Verba* in caso che ella non abbia figliuoli *adposita in obligatione restitutionis dotis tribuunt filiis jus irrevocabile ex contractu in bonis dotalibus.*

23 *Circa dotem attenduntur leges & mores vigentes in Patria Mariti.*

24 *Maxime si capitula matrimonialia perfecta remanserint per ratificationem in Patria ejusdem mariti.*

25 *Expressio* beni propri materni *apposita in contractu dotali certa significatione caret in Italis regionibus.* Contra num. 26.

27 *In dubio praevalere debet significatio quae legibus Romani juris convenit.*

28 *Pacta nuptialia recipiunt interpretationem, quae magis congruit habito respectu ad domicilium viri, ubi sponsa transferenda est.*

29 *Quilibet rei suae ubicumque existenti legem quam placet dicere potest.*

Firmissima censeo fundamenta rationum, quas expositas vidi in Consultatione exarata super intelligentia capitulorum connubialium initorum inter Supremos Principes ab Etruria. Recte enim videtur fuisse responsum, quod bona dotalia dictae Serenissimae Principissae jam defunctae, quamvis sita in Provincia Ultramontana, spectent ad filium superstitem, absque eo quod illa obnoxia sint oneri praestandi legata in Codicillis seu testamento dictae Dominae Principissae relicta.

Et sane quaestionem omnem dirimere videntur verba, quibus in capitulis matrimonialibus cautum ita fuit, „*E se la Signora Principessa Sposa morisse la prima lasciando dei figliuoli maschi, o femmine, la detta somma intera dei trecentomila scudi, ed il soprappiù della*

la

la prefata costituzione dotale, resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come beni proprj materni,, verba enim hæc important, quod filii vocati fuerint ad bona dotalia matris quasi ad feudum ex pacto, & providentia, & habent virtutem donationis per contractum inter vivos factæ ad favorem ipsorum filiorum nasciturorum, quibus proinde utpote jus suum desumentibus ex hujusmodi contractu, nullum potuit irrogari præjudicium a matre per ultimam voluntatem, nec per onus legatorum in Codicillis ad-
1 scriptorum juxta *Text. in L. Cum maritus §. fin. ff. de pact. dotal. Bald. in L. 2. num. 21. & seqq. C. de hered. Act. Castrens. in L. Si cum dotem num. 9. ff. solut. matr. Boss. de dot. cap. 5. sub num. 87. Petr. Barbos. in L. quæ dotis 24. num. 101. & seqq. ff. solut. matrim.* bene *Giurb. ad consuet. Messanen. cap. 1. Gloss. 8. part. 1. num. 53. & 54.* & in specie similis reservationis per legem municipalem factæ *Card. de Luc. de dot. disc. 103. num. 6. & seqq. Tartagl. de Reserv. Statut. art. 5. num. 26. Samminiat. contr. 192. num. 75.*

Nec sustineri potest, quod filii censeri debeant contemplati tamquam heredes matris, quodque idcirco subire debeant onera hereditaria provenientia ex materno testamento. Hæc quippe inspectio solet excitari, ubi causa agenda sit ad tramites alicujus Statuti, quod dotem maternam sive in toto, sive in parte deferat filiis; quo quidem casu disceptari apud juris Interpretes consuevit, an actio competat filiis vigore Statuti independenter a titulo hereditario, vel potius intelligatur reservata filiis successio, quatenus instituantur a matre, aut si illa intestata decesserit; vel demum, an filii capiant Statutarium lucrum dotis quasi legitimam ab eodem Statuto auctam, sicque licet succedentes titulo hereditario, nihilominus sint immunes a legatis, aliisque oneribus, quæ a legitima reiici solent. Verum hisce disputationibus non videtur locus in casu nostro, in quo per pactum in capitulis nuptialibus initium constabilita est devolutio maternæ dotis ad filios superstites; valet enim pactum, quo conditio dotis deterior fiat intervenientibus liberis, quatenus mulier in matrimonio decedat, juxta verba Ulpiani *in L. 1. §. Et ideo ff. de dot. præleg.* & in *L. 6. C. de pact. convent. super dot.* Ac proinde intercedente pacto, irrevocabile jus inde 2
acquiritur filiis, suspenso dumtaxat illius exercitio, donec verificetur conditio obitus matris in matrimonio, qua conditione eveniente non indigent filii novo ullo jure dependente a titulo hereditario, sed materna bona capiunt ope pacti connubialis, & ex primæva actione proficiscente a contractu, cujus jura nequeunt deteriora fieri per adjectionem novi oneris in materno Testamento impositi, quum possit per ultimam voluntatem gravari solum is, qui in eadem ultima voluntate honoratus est, non autem is, cui inter vivos datum est; ad tradita in his terminis per *Boss. de dot. cap. 7. n. 12.* & conferunt deducta per *Ancharan. cons. 112. num. 8. Castren. cons.* 3
442. num. 2. libr. 1. Honded. cons. 14. sub num. 28. libr. 1. Spad. cons. 365. num. 5. & sequen. Card. de Luca de dot. disc. 106. num. 2. Franch. dec. 486. num. 4. & seqq. Maxill. ad consuet. Baren. §. Mulier licet num. 39. Sempron. Ascia determ. 9. n. 23. Molegnan. Altercat. 32. num. 11. & seqq. qui unanimiter probant, quod ubi Statutum, vel consuetudo defert maternam dotem filiis, tunc isti, utpote illam assequentes tamquam filii, nequeunt ullo onere gravari in Testamento ejusdem matris.

Atque ita etiam videmus, quod si fideicommissum favore filiorum, aliorumque descendentium fuerit ordinatum in contractu, nulla nova onera ex intervallo adjici possunt ab ipsomet Institutore; quia omnibus vocatis quæsitum dicitur jus irrevocabile ex contractu, qui suapte natura est irrevocabilis. *Barbos. Vot. decis. 30. num. 3. & seqq. Mans. consult. 21. n. 46. Torr. de pact. futur. success. cap.* 4
2. num. 91. 99. & 105. libr. 3. & Rot. Rom. in Nepesina Donationis 4.

Maii 1711. §. Adeo ut cor. Reverendissimo Lancetta ejusdem S. Rot. Decano meritissimo, & in *Melevitana fideicommissorum 22. Junii 1714. §. Quin obstare cor. Eminentissimo Scotto & 25. Maii 1717. §.. Atque ex hoc cor. bo. me. Ansaldo*.

Nequit igitur pactio in Capitu-
lis matrimonialibus inita intelligi de
filiis, quasi contemplatis sub qualita-
te hereditaria, supponente prælerva-
tam matri facultatem disponendi, nam
sunt invicem connexa, quod jus ac-
quirendi bona materna sit radicatum
in filiis ex contractu nuptiali, quod-
que mater subinde careat facultate di-
sponendi in præjudicium ipsorum filio-
rum, prout in levioribus terminis
Statuti disponentis, quod filii habeant,
vel lucrentur dotem matris, affirmant
Doctores, ea verba in filios directa
per necessariam connexionem impor-
tare, quod matri sit adempta facul-
5 tas disponendi cum damno filiorum ex
congestis per *Samminiat. contr.* 192.
& 193. *Card. de Luc. de dot. disc.*
105. *sub num.* 7. *Tartagl. de revers.*
Statut. art. 2. *num.* 29. & 30. Unde
multo fortius id locum habere debet
in hypotesi pacti conventi in capitu-
lis matrimonialibus, quæ prævalent
etiam dispositioni Statutariæ, & quum
summo rigore servanda sunt, tametsi
auferant matri liberam facultatem te-
standi, ut probant individualiter *Bald.*
6 *in L.* 2. *num.* 21. & 22. *cod. de he-*
red. act. Castrens. in L. Si quum do-
tem num. 9. *ff. solut. matrim. B ff. de*
dot. cap. 7. *sub num.* 12. *circa med.*
Thesaur. quæst. forens. libr. 1. *quæst.*
63. *num.* 18.

Astipulante etiam animadversione, quod in alio superiori capitulo expresse facta fuerat mentio de heredibus Principissæ Sponsæ, ac de successione in ejus Bonis in vim dispositionis per eam faciendæ „ ibi „ *premorendo detta Signora Principessa futura Sposa senza figliuoli, il Signor Principe futuro Sposo sarà tenuto restituire agli Eredi di detta Signora Principessa Sposa, o a quelli, in favore dei quali Ella averà disposto dei suoi beni, li due terzi solamente tanto della detta somma di trecentomila scudi, che del soprappiù dei beni, che allora le fossero pervenuti* „. Ergo quum in subsequenti capitulo respiciente casum conversum, scilicet præmorientiæ uxoris cum filiis, adhibita fuerit omnino diversa loquendi formula, omissa prorsus mentione heredum, nullaque facta, quoad Sponsam, enunciativa facultatis disponendi, sed expressa simpliciter futura pertinentia bonorum ad filios, profecto istiusmodi discretiva loquutio, & paciscendi methodus affirmare cogit, quod in eo secundo diverso casu, diversum quinque, & oppositum pactum inire senserunt contrahentes, ita quidem ut premissa in priori casu non existentis sobolis dispositio ad favorem heredum, sive legatariorum, vice versa intelligeretur denegata, ac adempta in casu obitus cum filiis, sic scilicet contemplando istos uti filios, & cum certa juris translatione in ipsos ex vi pacti, non autem eos considerando sub incerta, ac voluntaria conditione Institutionis, vel sub altera necessaria successionis intestatæ, nam admissa hujusmodi interpretatione nulla esset operatio pacti, tametsi tanta maturitate conventi, contradistinctive ad casum primo loco figuratum: quid enim filii recognosce-
re possent ex peculiari providentia pa-
cti, si per illud nihil plus essent asse-
quuturi, quam eo secluso, sive a li-
bera matris voluntate pendere deberet
irritam, ac inanem reddere pactio-
nem, disponendo de suis bonis favore 7
aliorum? Id quod sane, uti repugnans
rectæ intelligentiæ, & verisimili pa-
ciscentium menti, credendum non est,
ut egregie ad rem nostram expendit
Sard. cons. 81. *num.* 20. *Samminiat.*
controv. 192. *n.* 38. *cum duobus seqq.*

Rursus non parum urget vis intrinseca illorum verborum „ *resteranno, ed apparterranno* „ proprie enim non connotant modum succedendi ex titulo hereditario, sed collationem juris, ac translationem dominii in vim ipsius pacti, unde in specie Statuti distingui solet, quod si utatur verbo *filii succedat* „ tunc successio intelligatur deferri non vigore Statuti, sed

ju-

jure hereditario; ita ut in eo, quod
legitimam excedit, competat matri li-
bera disponendi facultas; sed si Statu-
tum utatur verbis „ *filii habeant*,
vel lucrentur „ in hac hypothesi filii
censeantur capere dotem maternam ex
sola providentia Statuti independenter
a titulo hereditario, neglectaque ma-
8 tris dispositione juxta theoricam *Ca-*
strens. in L. Si quum dotem num. 11.
& seqq. ff. solut. matrim. & in cons.
8. *sub num.* 2. *libr.* 1. quam sequun-
tur *Cagnol. in L. fin. num.* 100. *C.*
de pact. Surd. cons. 81. *a n.* 8. *usque*
ad fin. ubi addit, quod etiamsi Sta-
tutum utatur verbo „ *succedant* „
sed deinde progrediatur ad alia effica-
ciora verba, nempe, „ *& habere de-*
beant „ jus quaesitum dicitur filiis e-
tiam contra voluntatem matris non
9 valiturae aliter disponere *Roland. a*
Valle de lucr. dotal. quaest. 82. *Mer-*
lin. de legit. libr. 3. *tit.* 1. *quaest.* 29.
num. 17. *& sequen. Giurb. ad consuet.*
Messanen. cap. 6. *gloss.* 9. *sub num.* 7.
Saminiat. contr. 192. *num.* 2. *Urceol.*
consult. 67. *num.* 10. *&* 11. *Tartagl.*
de reserv. Statut. art. 2. *num.* 13. *&*
plurib. seqq. & num. 34. *Mans. consult.*
68. *num.* 17. *t.* 11. *Thesaur. dec.* 34.
num. 2. *Osasc. dec. Pedem.* 20. *num.*
3. *&* 4. *Mart. Medic. dec. Senen.* 48.
num. 10.

Praetera in eo loquendi modo
inest virtus absolutae necessitatis, idem-
que significatur, ac si dictum fuisset
„ *dovranno restare, dovranno apparte-*
nere „ juxta animadversa per *Mans.*
10 *consult.* 286. *num.* 16. *& seqq.* At ve-
ro haec absoluta necessitas devolutionis
bonorum ad filios, quam connubialis
pactio imposuit, non est compatibilis
cum libertate matris de disponendo in
praejudicium ipsorum filiorum, nec
cum conditione institutionis, quatenus
matri libuisset eam facere ad commo-
dum eorumdum filiorum, ut hoc ar-
gumenti genere utitur *Surd. cons.* 81.
sub num 17. *vers. quarto respondeo.*
Becc. cons. 76. *num.* 21. *vers. praemis-*
sa autem. Mans. consultat. 68. *num.*
19. *Tom.* 11. *Urceol. consult.* 67. *num.*
10. *& seqq. Tartagl. de reserv. Sta-*
11 *tut. art.* 2. *n.* 17. *Palm. dec.* 265. *n.* 6.

Observabam hoc amplius, quod
in casu obitus uxoris superstite viro
absque sobole, conventum fuit, quod
tertia pars dotis „ *resti ad esso Si-*
gnor Principe futuro Sposo per guada-
gno nuziale in piena proprietà „ In
opposito autem casu obitus viri su-
perstite uxore sine filiis cautum legi-
tur, quod heredes ejusdem mariti ne-
dum totam dotem restituere deberent
uxori, sed etiam „ *e di più pagarle*
per augumento di dote il terzo, &c. „
additis verbis illis „ *il quale augu-*
mento di dote &c. sarà, ed apparter-
rà in piena proprietà a detta Signora
Principessa „. Sicuti igitur omni du-
bitatione vacat, quod memorata ver-
ba tribuebant utrique conjugi jus cer-
tum, & irrevocabile pro consecutio-
ne tertiae partis bonorum dotalium in
vim pacti conventi, cui neuter dein-
de potuisset praejudicium inferre nec
per dispositionem inter vivos, nec per
ultimam voluntatem; ita pariter di-
cendum est eosdem contrahentes eo a-
nimo fuisse, ut similia verba adjecta
favore filiorum in altero praeviso casu
praemorientiae uxoris cum filiis ibi „
resteranno, ed apparterranno ad essi fi-
gliuoli „ importare deberent jus irre-
vocabilis acquisitionis omnium bono-
rum dotalium in ipsos filios vigore
pacti nullatenus subordinati posteriori
voluntati, ac arbitrio matris, ex de-
ductis per *Mantic. de conject. ult. vol.*
libr. 6. *tit.* 13. *n.* 10. *Mans. consult.* 663.
num. 11. *Mart. Medic. decis. Senens.*
decis. 56. *num.* 5. *& decis.* 77. *n.* 13. 12

Quid plura? Tametsi adeo diser-
tis verbis exposita fuisset acquisitio
bonorum dotalium matris favore fi-
liorum, nihilominus ad firmius stabi-
liendam, clarisque significandam hu-
jusmodi pertinentiam addita fuerunt
alia „ *come beni proprj materni* „ si igi-
tur bona maternae dotis pertinere ex
pacto debuerant ad filios uti bona pro-
pria, & sic virtus pacti fecit illa e-
vadere bona propria filiorum, impos-
sibile est opinari, quod contrahentes
senserint reservare simpliciter filiis le-
gitimam successionem dependenter a
placito matris, in qua profecto hy-
pothesi neutiquam verificari valeret,

quod ex capitulis nuptialibus bona maternæ dotis effecta essent propria filiorum, quemadmodum paciscentes voluerunt, quum bona propria illa dicantur, quæ non indigent novo jure in futurum producendo dependenter a libera voluntate, & eventuali facto alterius, sed quæ jam ex titulo antecedenti perfecte quæsita sunt juxta *Text. in L. Qua ratione §. Hæc quoque* jun-
13 cto *§. Item si quis merces ff. de acquiren. rer. domin. & in L. Cum in corpus ff. eod. tit.*

Et sane vox illa „ *proprii* „ tam secundum Leges Romani juris, quam secundum morem in contrahendo usitatum penes Italos, certam, ac peculiarem, & qua efficacior nulla alia extat, significationem habet ad connotandam perfectam juris acquisitionem, & ad importandam absolutam translationem dominii, ut colligitur ex *L. 1. C. de bon. mater.* ibi „ *docere enim pater debet proprii juris eam rem esse, quam donat, aut distrahit* „ quibus ex verbis liquet Imperatorem
14 uti ea voce „ *proprii* „ ad significandum plenum, solidumque dominium, quod concurrere debet in venditore, vel donatore, ut illud in emptorem, & donatarium transferri utiliter possit; & confert etiam *Text. in L. 1. §. Dies autem circa fin. ff. quando appell. sit.* ibi „ *In propria causa biduum accipitur. Propriam causam ab aliena*
15 *quemadmodum discernimus? Et palam est eam propriam esse causam, cujus emolumentum, vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet*, & in *L. Si servo in fin. ff. de hered. instituen.* ibi „ *Idem, & in eo, qui propria sua data pecunia emptus est ab aliquo* „ & in *L. Coheredi §. Quod si heredem ff. de vulg.* ibi „ *nec fideicommisso propriæ facultatis filii tenebuntur* „ *Gloss. in d. verb. tenebuntur* ibi „ *sic ergo nota institutum de suis propriis bonis non posse gravari* „. Et in *L. proprium ff. commun. præd.* ibi „ *proprium solum vendendo an servitutem talem injungere possim, ut mihi, & vicino serviat* „? & *in L. Si quis duas §. Item si ff. eod. tit.* ibi „ *Item si duo homines binas ædes communes habeamus, simul trahendo id efficere possumus, ac si ego solus proprias binas ædes haberem &c. Si tamen alteræ unius propriæ sint ædes, alteræ communes, neutris servitutem vel acquirere, vel imponere me posse* „ & in *L. Ut enim §. De filio ff. de servo corrupt.* ibi „ *si servus communis meus, & tuus proprium meum servum corruperit, Sabinus ait non posse agi cum socio, perinde ac si proprius meus servus corrupisset conservum* „. In his autem juris nostri locis palam est, quod vox „ *proprii* „ semper adhibetur ad significandam pertinentiam jure dominii.

Eamdem quoque significationem vox illa obtinuit apud Latinos, ut videre est apud Ciceronem pro Sexto Roscio Amer. ibi „ *Ut quum ademerit nobis omnia, quæ nostra erant propria, ne lucem quoque hanc, quæ communis est, eripere cupiat* „ & in eadem oratione ibi „ *tria prædia Capitoni propria traduntur* „ hoc est in
proprietatem, & dominium Capito- 16
nis traduntur. *Virg. 6. Æneid.* ibi „ *propria hæc si dona fuissent* „ *Terent. Andr. 4. 3.* ibi „ *Nihilne esse proprium cuiquam* „?

Sic itidem dominium significatur apud præstantiores Etrusci sermonis auctores, ut apud Joannem Villanum *Histor. libr. 7. cap. 145.* ibi „ *ed acquistò in proprio il Ducato d' Osterich* „ & *libr. 9. cap. 156.* ibi „ *Jesu Cristo fu tutto povero senza avere niuno proprio, nè in comune* „ *Boccac. introd. num. 14.* ibi „ *abbandonarono la propria Città, le proprie Case.* „

Itaque quoties in contractibus inter Italos celebratis apponuntur hæc verba „ *In rem suam, vel in rem propriam*, „ significari solet plena dominii translatio in eum, cujus favore adjecta sunt, ut notavit *Alexand. in L. In provinciali §. Si ego num. 9. ff. de verb. oblig.* ubi inquit, quod per verba „ *ut in rem propriam* „ censetur
translatum dominium, & data alie- 17
nandi facultas. *Menoch. cons. 361. n. 38.* ibi „ *illa enim verba, ut in rem suam propriam, significant dominii translationem, ut scribunt Alexan. &c. cum dicunt dividentes bona supposita fideicommisso, adjecta in divisione clausula* „

la „ *ut in rem propriam* „ *censeri invicem remisisse Jus fideicommissi, & transtulisse dominium, atque ita effecisse res proprias* „ . *Gratian. discept.* 342. *n.* 11. cum aliis relatis apud *Barbos. tract. var. de Clausul. clausul.* 71. *n.* 5. *Rot. dec.* 624. *num.* 9. *cor. Dunozz. Jun.* ubi quod verba „ *Jure proprio* „ connotant dominium. Atque hinc est, quod si constitutus quis fuerit procurator *in rem suam, vel propriam*, intelligitur effectus dominus cum ea omnimoda juris plenitudine, quæ perfecto dominio convenit, quemadmo-
18 dum habetur in *L. sed si tantum ff. de pact.* ibi „ *Sed si in rem suam datus sit procurator, loco domini habetur* „ & in *Leg.* 1. *§. Dies autem ff. quando appell. sit* ibi „ *Quare procurator nisi in rem suam datus est, tertium diem habebit, in suam autem rem datus, magis est, ut alteram diem observet*, & in *L. jusjurandum* 17. *in fin. ff. de jurejuran.* ibi „ *vel si in rem suam procurator datus sit*, „ & in *L. si quis in rem suam ff. de Procurator. Golin. de Procur. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 16. *& seq. & part.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. ibi *& hujusm di Procuratoris in rem propriam constitutio importat dominii translationem* „ . Et in pacto dotali siquid datum sit cum verbis *ut suum habere, & tenere possit*, quod irrevocabilem dominii translationem præseferat, di-
19 xit *Rot. Rom. in Romana, seu Interamnen. fundi dotalis* 20. *Febr.* 1589. *coram Cardinal. Platto, repetita post Constantin. ad Statutum Urbis decis.* 205. *num.* 5.

Neque vero in alio sensu adhibitam fuisse vocem illam „ *proprii* „ in Capitulis nuptialibus, de quibus sermo est, evidentissime confirmatur, ex quo aliis in locis adhibita apparet similis loquendi formula, scilicet „ *in piena proprietà* „ ; unde sicuti per hanc vocem *proprietatis* significata fuit translatio dominii tam in virum, quam in uxorem respectu illius quotæ bonorum, quæ ipsis in certis casibus assignata fuit, ita quoque similis vox „ *proprii* „ adjecta censeri debet ad significandam plenam dominii acquisitionem favore filiorum in eo casu, in quo omnia bona maternæ dotis adjudicata illis fuere.

Quin turbet adjectio illius verbi „ *materni* „ nam nihil aliud inde significatur, quam originaria provenientia, & derivatio talium bonorum a matre, & a materna dote, fuitque apportuna hujusmodi expressio ad removendam fortasse ambiguitatem, an talia bona consideranda essent veluti de peculio profectitio, cujus proinde dominium pertineret ad patrem, sive potius veluti peculium adventitium, hoc est derivans a matre, & sic cum perfecta acquisitione dominii in ipsis filiis. Illius itaque conventionis significatio genuina, & obvia est, quod soluto matrimonio per præmorientiam uxoris superstitibus filiis, bona dotalia matris pertinere deberent ad illos tamquam bona effecta ipsorum propria, quæ sibi obvenissent ex substantia matris, prout
in *Legibus Codicis tit. de bonis ma-* 20
ternis, passim appellantur bona materna, & res maternæ, scilicet res illæ, quæ fuerunt matris, & ex ejusdem matris substantia delatæ sunt filiis cum plena acquisitione dominii, & reservatione dumtaxat ususfructus ad commodum patris.

Ceterum peculiari ponderatione dignum videtur, quod non fuit a contrahentibus dictum „ *come eredità materna* „ prout magis congrue exprimere debuissent, si cogitassent de filiis, uti successuris in dote materna ex jure, & titulo hereditario, sed immo consultissime dictum fuit „ *come beni proprii materni* „ , ut citra titulum hereditarium bona acquirentur filiis ex contractu, quemadmodum animadvertit *Tartagl. de reserv. Statut. art.* 5. *sub. num.* 26. ibi „ *ut potius a bonis, quam ab hereditate*
matris proveniat „ *Rot. Rom. decis.* 21
606. *num.* 7. *&* 8. *part.* 18. *rec.*

Argumenta hactenus exposita validissime etiam corroborat res judicata, quæ super simili casu prodiit in supremo Tribunali S. Rotæ Romanæ; anno enim 1612. Principissa Rhenata a Lotharingia Parisiis tunc

de-

degens in matrimonium collocata fuit Duci Mario Sfortiæ Romano cum dote librarum tercentum mille Turonensium constituta a Duce Umenæ ejus fratre. Capitula nuptiala stipulata fuere in eadem Civitate Parisiensi, in iisque conventum extitit, quod in casu dissolutionis matrimonii per obitum viri, dos restitui deberet dictæ Principissæ Rhenatæ, additis etiam aliis libris centum mille pro augumento dotis; vice autem versa si uxor obiisset superstite marito, pactio his verbis concepta fuit „ *Come parimente venendo a morire la detta Damigella, il Signore futuro Sposo averà da prendere dalla suddetta Dote una quantità simile di lire centomila, e l'altre dugento mila restanti della dote saranno restituite agli Eredi della detta Damigella futura Sposa in caso, che ella non abbia figliuoli del detto Matrimonio* „. Quum itaque secundus casus evenerit, revocatis ad judicialem trutinam dictis Capitulis nuptialibus, S. Rota sub die 10. Januarii 1639. censuit, verba hæc habere vim tribuendi filiis, uti filiis, & ex persona propria contemplatis jus irrevocabile, & ex contractu proficiscens pro acquisitione duarum ex tribus partibus maternæ dotis, ut videre est *in Dec. 102. part. 8. rec.* cujus verba sub *num. 2. & seqq.* hæc sunt „ *Portio dotis exacta per virum pro duabus partibus ex tribus exactis, quæ est libratum centum mille, venit restituenda Duci Lodovico, & uti filio, & uti heredi. Uti filio, & ex persona propria, quoniam per illa verba* „ in caso, che ella non abbia figliuoli del detto matrimonio „
22 *tamquam prolata inter contrahentes possunt a contrario sensu disponere circa vocationem filiorum in casum existentiæ illorum &c. Et quamvis non desint, qui contrariam opinionem tueantur &c. Attamen Rota sequitur lopinionem vocationis, ubi de contractu agitur, maxime in præsenti casu individuo quando respiciunt pacta restitutionem dotis, quo casu admittunt contrarium sensum ex voluntate contrahentium, ut filii superextantes in vocatione præferantur* „.

Si ergo hæc fuit S. Rotæ Romane sententia in hypothesi, in qua nullum pactum expresse initum fuerat super dotis acquisitione favore filiorum, sed eorum contemplatio dumtaxat tacite eruebatur a contrario sensu, quid erit pronunciandum in casu nostro in quo concurrit stipulatio expresse, & directe concepta ad commodum filiorum pro pertinentia maternæ dotis ad ipsos filios „ *come beni proprj* „ ?

Denique ad evidentiæ gradum allatas rationes extollit dispositio Statuti vigentis in Patria, ac domicilio viri, quo cavetur mulierem non posse de dote disponere, nec per ultimam voluntatem, nec per actus inter vivos in præjudicium filiorum, & descendentium ab eis. Inde enim dilucide constat voluisse conjuges inire super dote pactum conforme Statuto vigenti in Patria viri, cum in pactum deduxerint illud ipsum, quod a Statuto disponitur, atque ita in quocumque dubio etiam existimari debet, cum regulare sit, quod circa dotem attendantur, non leges sive consuetudines vigent in Patria mulieris, eteamsi in illla contractus initus fuerit, sed leges, & mores vigentes in Patria mariti, ad quam uxor transferenda erat, ut ex *Text. in L. exigere ff. de Iudic.* communiter docent *Surd. conf.* 164. 23
sub num. 1. Gratian. Discept. 609. *n.* 24. *Castan. ad Consuetud. Burgund. Rubr.* 4. *§.* 2. *circa fin. Mut. ad consuetud. Panormit.* 43. *n.* 49. *Tiraquell. ad ll. Connubial. L.* 1. *Gloss.* 2. *num.* 45. *& gloss.* 8. *n.* 229. *& seqq. Giurb. ad consuetud. Messanen. cap.* 1. *Gloss.* 8. *part.* 1. *n.* 56. ubi fuse congerie concordantes, & *num.* 67. *Tartagl. de reserv. Statut. art.* 1. *n.* 36. *Constantin. ad Statut. Urb. Annot.* 33. *art.* 2. *num.* 175. *Valasc. dec.* 138.

Potissimum vero, quia capitula matrimonialia perfecta remanserunt per ratificationem factam in Patria ejusdem mariti, ut in specie capitulorum nuptialium initorum in Galliis inter prædictam Ducissam Rhenatam a Lo-

Lotharingia, & Ducem Marium Sfor-
tiam Romanum, respondit *Rot. dec.*
102. *n.* 4. *& seqq. part.* 8. *rec.* ibi „
24 *sed præterea concurrit dispositio Statuti*
Urbis cap. 142. *libr.* 1. *quam tam in*
successione, quam in contractibus locum
habere semper responsum fuit &c. quæ
Statuti dispositio evitari non potest ex
eo, quod pacta matrimonialia fuerint
stipulata in Gallia, ubi non vigent si-
milia Statuta, ut propterea cesset præ-
sumpto, quod Partes voluerint sequi di-
spositiones Statutorum Urbis. Quia quæ-
stio de restituenda dote, prout est præ-
sens, tamquam diversa, venit determi-
minanda per Statuta destinati domi-
cilii ipsius viri, non autem ipsius Spon-
sæ, quum capitula matrimonialia re-
maneant perfecta ex ratificationi facta
per ipsum virum in loco ejusdem domi-
cilii &c. & in dec. 85. *num.* 7. *&*
seqq. part. 14. *rec.* ibi „ *Tum demum*
ex Statuto Urbis cap. 131. *libr.* 1. *in*
quo idem disponitur, quod teneatur pa-
ter reservare filiis lucrum quo ad pro-
prietatem, cujus dispositio evitari non
potest sub prætextu, quod dotis promissio,
& pacta stipulata fuerint in Gallia,
quoniam capitula per ratificationem hic
in Urbe subsecutam prefecta fuerunt,
& agitur de dote in Urbe restituenda,
& ad hunc effectum attenditur Sta-
tutum domicilii viri, quamvis contra-
ctus alibi fuerit celebratus „ *& dec.*
155. *num.* 3. *ead. part.* 14. *ibi* „ *Quæ*
dispositio Statuti non cessat ex eo, quod
promissio dotis, & cetera in tabulis
nuptialibus contenta in Galliis stipula-
ta fuerint. Quoniam post subsecutam
ratatificationem in urbe perfecta fuerunt
& cum agatur de restitutione dotis, ac
illius lucro, Statutum domicilii viri
attendi debet, non autem locus, ubi
contractus stipulatus fuit „.

Hæc autem quum ita se habeant,
facile admodum est intelligere omni-
modam insubsistentiam objecti, quod
nempe in Gallis usitata sit societas
conjugalis, per quam inducitur inter
virum, & uxorem communicatio bo-
norum, & redituum constante matri-
monio acquisitorum, quodque proinde
illa expressio „ *beni proprj materni* „,
utpote apud Italos incognita, nec cer-
tam ullam significationem in Italia
obtinens, censeri debeat facta eo solo
consilio, ut declarando bona dotalia 25
matris tamquam propria illius aut
filiorum, excluderetur consuetudinaria
societas cum viro, atque iste arceretur
a quolibet lucro dotis & successione
in illa in casu existentiæ communium
filiorum, reservata ceteroquin istis sim-
pliciter legitima successione compatibi-
liter cum facultate disponendi penes
ipsam matrem.

Discursus enim iste in primis ni-
titur erroneo supposito, scilicet quod
expressio, vel stipulatio de pertinentia
rei tamquam propriæ, certa ulla si-
gnificatione careat in Italicis Regio-
nibus, ideoque explicari debeat juxta
sensum, quem obtinere solet in Gallis:
si quidem, ut superius satis demonstra-
vimus, verba illa, & secundum jus
scriptum Romanorum, & juxta La-
tini, atque Italici idiomatis usum ve-
re habent peculiarem, congruam, ac 26
ordinariam significationem, scilicet vel
pro connotando dominio jam spectante
ad illum, ad quem verba referuntur,
vel pro eodem dominio transferendo
in eum, cujus favore fiat stipulatio.
Et re sane vera si in capitulis nuptia-
libus celebratis in hac Urbe Roma
inter Romanos legeretur pactum ver-
bis illis conceptum, nullus Judex, im-
mo nec ullus juris etiam imperitus
dubitaret, quin virtute illorum ver-
borum filiis quæsitum esset jus irre-
vocabile super bonis dotalibus matris,
eorumque dominium in ipsos filios ope
connubialis pacti esset translatum.

Quo quidem posito, nihil re-
fert, quod verba illa possint fortasse
in Parisiensibus stipulationibus diver-
sam habere significationem ex mente,
vel usu proferentium; prævalere enim
in hodierno Judicio debet significatio,
quæ Legibus Romani juris, ac Itali-
cæ intelligentiæ convenit, quia licet
stipulata in Civitate Parisiensi, rati- 27
ficata tamen a Sponso fuere Italico
& Etrusco sermone Florentiæ & ex
ista ratificatione perfectionem assump-
serunt, nec existimari ullo modo po-
test, quod Sponsus conventionem ma-
terna lingua conceptam in alio sensu
in-

intellexerit, ratamque habuerit, quam juxta illum, quem solet habere Florentiæ & in aliis partibus Italiæ; tum demum quia pacta nuptialia eam recipiunt interpretationem, quæ magis congruit habito respectu ad domicilium viri, ad cujus lares Sponsa transferenda erat, & ubi erant procreandi filii potituri emolumento pacti, & ubi dotis
28 restitutio facienda erat, juxta præallegatas auctoritates.

Secundo objectum illud prosteroitur, ex quo conjugalis illa societas nullatenus poterat habere locum in casu, quo mulier in matrimonium collocabatur viro degenti in Italia, ubi consuetudo illius societates recepta non est, multoque minus quum ageretur de conjugio cum supremo Principe inito; unde a verisimilitudine, & rationabilitate nimis abhorret, quod contrahentes per pactum talibus verbis conceptum providere senserint de impedienda societate consuetudinaria vel præservanda successione legali ad excludendum virum in concursu cum filiis, quia secluso etiam hujusmodi pacto societas locum habitura non erat, & præservatio successionis erat prorsus inutilis & jam suapte natura maritus nullum jus dominii, & proprietatis super dote uxoris acquirere ex eo titulo poterat.

Fortius quia omnia pacta in dictis capitulis exposita sunt contraria prædictæ societati conjugali, tam scilicet ea quæ liberis non extantibus respiciunt favorem vel uxoris, vel viri, quam illud, quod in beneficium sobolis superstitis initum fuit, adeo ut dilucide appareat contrahentes nullum habuisse respectum ad societatem consuetudinariam, nec ad illius consectarios effectus, nec ad præservationem successionis legalis cum stipulatione *proprii:* sed potius in pactum deducere voluisse in quod a Statuto Patriæ viri cautum erat, prout similiter censuit S. Rota nostra, quod pacta contenta in Tabulis nuptialibus Principissæ Rhenatæ a Lotharingia nullam haberent relationem ad consuetudines, & mores, vel leges Parisienses, sed passivam interpretationem solum reciperent a Statuto Urbis Romæ, quæ erat Patria Sponsi ob præsumptam contrahentium conformitatem cum illo.

Accedit, quod ex voluntate Partium, & auctoritate Supremorum Principum in ipsis capitulis nuptialibus expresse derogatum fuit quibuscumque legibus, consuetudinibus, & Statutis, quæ initarum pactionum adimplemento obstare potuissent ibi „ *non ostante tutte le leggi, consuetudini, e Statuti a ciò contrarj, a i quali è stato derogato, e si deroga per i presenti articoli* „. Dum itaque potiori pro cautela consuetudinaria societas per hujusmodi derogationem sublata etiam erat, quatenus per hypothesim ratione bonorum, vel personarum supponi posset subjectum capax illius inducendæ, jam semper clarius efficitur, quod expressio pacti, de quo est quæstio, non potuit ex mente contrahentium habere in obtentu effectum impediendi societatem conjugalem, vel consequentias ab illa derivantes, sed quod unice adjecta fuit, ut prospectum remaneret filiis per irrevocabilem bonorum maternorum acquisitionem, qualem verba ipsa præseferunt, & ex intrinseca virtute important.

Ceterum contraria objectio laborat etiam alio non minus gravi æquivoco, dum scilicet supponitur, quod verbum illud „ *proprii* „ stet relative ad Sponsam, ideoque significet illam, quam Parisienses appellant stipulationem *proprii* ad favorem uxoris pro excludendo viro a commodis memoratæ societatis. Etenim si id ext[illegible] in intentione contrahentium, opportuniori verborum formula usi fuissent, asserendo nimirum „ *quod omnia bona dotalia remanerent propria uxoris* „. At in casu nostro quum dictum fuerit „ *la detta somma intera di trecentomila scudi, ed il soprappiù della prefata constitutione dotale resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli, come beni proprj materni* „, hæc postrema verba nequeunt considerari in abstracto, & seorsim a præcedentibus, minusque relative ad personam propriam matris, sed eorum explicatio, & intelligentia desumi debet a to-

toto orationis contextu, sensuque congruente verbis antecedentibus, quibus posteriora adjacent. Quum itaque priora verba exprimant stipulationem de pertinentia omnium bonorum dotalium ad filios cum absoluta dominii translatione, & irrevocabili juris acquisitione importata per pactum: jam aperte liquet, quod immediate sequentia verba „ *come beni proprj* „ appellant, non super persona matris, sed super filiis proxime nominatis, & referuntur ad eosdem filios, ad quos refertur conventa pertinentia bonorum. Reguntur enim ab illo verbo *apparterranno*, suntque posita non ad limitandam, vel modificandam pertinentiam, (prout contingeret juxta contrariam interpretationem) sed immo ad augendam, magisque intensive significandam vim talis pertinentiæ ad filios scilicet, tamquam de bonis effectis illorum propriis in vim pacti nuptialis; ac proinde ad illos tamquam filios ex persona propria non tamquam successores legales, ex stipulatione *proprii*, illa verba sunt referenda.

Addito demum, quod si etiam morem gerendo contrario assumpto, supponi posset, quod contrahentes in animo habuerint adhibere talia verba, quæ possent importare exclusionem viri a quocumque emolumento & commodo societatis conjugalis, & successionis legalis quocumque modo, necesse tamen semper esset affirmare, quod non hoc solum in obtentu duorum contrahentium fuerit, sed tum istud, si ita placet, tum quoque simul aliud, nempe quod excluso marito a quacumque dotis participatione, omnium bonorum dotalium dominium irrevocabiliter devolveretur ad filios superstites matri prædefunctæ virtute pacti obsecundantis Statuto vigenti in domicilio viri, quod futurum quoque erat domicilium uxoris; necnon filiorum ibidem procreandorum; adeo quidem, ut si credi potest ex appositis verbis volita, & significata exclusio mariti, hæc tamen exclusio fuerit adhibita veluti medium ordinatum ad tutius assequendum finem principaliter intentum de conferendo filiis jus certum pro acquisitione maternæ dotis, quia negari nullatenus potest, quod nedum coæqualiter, sed immo principaliter hæc virtus significationis insit in prædictis verbis, unde absurdum esset velle adimere ab iisdem verbis significationem expressam, quam clare continent favore filiorum, iisque tribuere dumtaxat alteram significationem tacitam, & alioquin minus necessariam, pro exclusione mariti, dum utraque hæc significatio potest esse simul compatibilis, absque eo quod una destruat, expellatque alteram.

Constabilito igitur tum ex dictis, tum etiam ex latius expositis in consultatione, quam approbamus, quod filiis non ut heredibus matris, sed uti filiis tributa fuerit acquisitio maternæ dotis, nihil pariter refregatur, quod aliqua bona dotalia sita sint in Galliis extra domicilium viri, ubi viget Statutum, de quo supra mentionem fecimus. Illud enim non ideo allegatur, quasi ab eo unice pendeat jus filiorum pro successione in dote materna, sed adducitur pro interpretatione pacti, cujus substantia noscitur conformis dispositioni ejusdem Statuti. Quum autem jus filiorum præcipue resultet ex pacto, utique illius operatio, & efficacia extenditur ad omnia bona in quocumque Territorio, ac Principatu sita, cum quilibet rei suæ ubicumque existenti legem, quam placuit, dicere possit, ad tradita in hac specie per *Phanuc. de lucr. dotal. glos. 9. num. 34. prope fin. Thesaur. quæst.* 29 *forens. libr. 2. quæst. 5. n. 6. Giurb. ad consuetud. Messanen. cap. 1. Glos. 2. num. 126. Tartagl. de reserv. Statut. art. 10. num. 5.*

Et ita &c. Salvo &c.

Jacobus Amadorius olim de Lanfredinis jampridem in Romana Curia Advocat.

RESPONSUM IV.

IN EADEM CAUSA.

SUMMARIUM

1 *Dispositio favore filiorum a matre facta in capitulis matrimonialibus acquiritur ipsis uti filiis non ut heredibus matris.*

2 *Maxime si promissio si facta in capitulis matrimonialibus hinc inde correspectivis.*

3 *Nec ita intelligenda est ut tollat quodcumque jus dictorum filiorum.*

4 *Verba* resteranno ed apparterranno *denotant necessariam dominij translationem.*

5 *Si dispositio favore filiorum verbis directis, & dispositivis concepta sit filii dicuntur invitati ex Persona propria.*

6 *De pacto ad Statutum valet argumentum.*

7 *Idem est dicere totum ac enumerare partes ipsum totum integranter.*

8 *Discretiva facultatis de bonis disponendi reservatæ a muliere in casu præmorientiæ sine filiis, & vocationis filiorum si eum filiis prædecesserit, transfert jus in filios inrevocabile.*

9 *Attendenda sunt potius Statuta domicilij viri quam illa uxoris. Et num.* 14.

10 *Verba, quæ fuit facile exprimere, & non fuerunt expressa, non immutant naturam dispositionis.*

11 *Verba magis clara declarant quæ sunt dubia.*

13 *Et accipienda sunt in sensu potius demonstrativo.*

15 *Relictis bonis a matre filiis cum his verbis* come beni propri materni *proprietas non potest prædicari nisi de filiis.*

14 *Cessant constitutiones & consuetudines quando aliter inter partes sive expresse sive tacite fuerit conventum.*

16 *Bona ad filios spectantia uti filios non possunt in alios transferri.*

COlligens spicas post terga messorum, cum nihil possit addi doctissimæ consultationi in puncto, de quo agitur mihi communicatæ, eidem adhærendo stricte dico, quod verba tertii capituli nuptialis literaliter important donationem, seu dispositionem irrevocabilem factam filiis nasciturìs ex certo futuro matrimonio contrahendo, & postmodum contracto inter Dom. N. N, & Dom. N. N. in casu, qui obtigit, quod dicta mulier cum filiis ante virum decederet, ex quo sequitur, quod in illorum præjudicium non potuerit de dictis bonis donatis disponere.

Verba enim dicti cap. 3. sunt. „ *E se la Signora N. N. morisse la prima lasciando de' figliuoli maschi, o femmine; la detta somma intera di trecentomila scudi, ed il soprappiù della prefata constituzione dotale resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli, come beni proprj materni* „.

Quoties enim in capitulis matrimonilibus initis occasione certi futuri matrimonii nominatim, & directe disponitur favore filiorum, nullum videtur subesse dubium, quod bona sic illis donata eisdem acquirantur uti filiis, & non uti heredibus matris *Cutell. de donation. disc. primo special.* 1
25. *num.* 9. *& seqq. & num.* 11. *& plurib. seqq. Card. de Luc. eodem tract. disc. primo num.* 11. *Amat. resolut.* 30. *num.* 7. *& seqq. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 10. *Rot. Rom. coram Merlin. decis.* 153. *num.* 7. *& coram Priol. decis.* 229. *num.* 2. *& in recent. decis.* 469. *num.* 6. *part.* 9. & magistraliter in *decis.* 229. *num.* 7. *& num.* 10. *& seqq. part.* 12.

Præsertim quando prout hic hæc promissio facta fuit in capitulis matrimonialibus hinc inde correspectivis, per quæ præsumitur, quod parentes futuræ soboli ex dicto conjugio nasciturae providere voluerint *Ber-* 2
trand. cons. 176 *num.* 4. *vers. sed his non obstant. lib.* 3. *Giurb. ad Consuet. Messanen. cap.* 6. *Gloss.* 59. *num.* 35. *Cutell. de donat. dict. disc. primo spe-*

ſpecial. 25. *num.* 13. *Caſtill. deciſ.* 106. *num.* 7. *& ſeqq. Maſtrill. deciſ.* 211. *num.* 13. *& ſeqq. lib.* 3. *Rot. Roman. deciſ.* 127. *num.* 4. *part.* 6. *recent.* cum aliis ibidem plena manu relatis & in *d. deciſ.* 229. *num.* 9. *part.* 12.

Si enim diceremus, quod dictis filiis quæſitum ſolummodo fuiſſet jus conditionale, quatenus fuiſſent matris heredes, jam evanuiſſet quæcumque cautela, & proviſio hinc inde volita favore filiorum, quia mater excepta legitima de jure debita potuiſſet ad ſui libitum de dicta dote, & bonis diſponere, unde in concreto hujus caſus non poteſt admitti ea intelligentia, quæ totaliter quodcumque jus dictorum filiorum, procedens ex dicto
3 pacto ſubtolleret *Amat. reſol.* 30. *num.* 7. *Stayban. jun. reſolut.* 22. *per tot.* & ſignanter *ſub num.* 2. *& ſeqq. & reſol.* 45. *ſub num.* 33. *& ſeqq. Andreol. contr.* 127. *num.* 4. *Rot. d. deciſ.* 127. *num.* 10. *& ſeqq. part.* 6. *& d. deciſ.* 229. *num.* 8. *part.* 12. *recent.*

Maxime vero quia nimis clara, & efficacia ſunt illa verba „ *resteranno, ed apparterranno ad eſſi figliuoli* „ quæ verba denotant, debuiſſe cum effectu neceſſario transferri dominium dictorum bonorum in dictos filios ad
4 *Text. in L. lib. homo ff. de acquirend. rerum domin. Felin. in rubric. de reſcript. num.* 7. *verſ. hoc quidem Rebuff. in L. verbum illud* 181. *ff. de verbor. ſignif. Jo. Andr. in cap dilecta de offic. ordinar. Gratian diſcept. forenſ. cap.* 501. *num.* 24 *Rot. coram Bich. deciſ.* 253. *num.* 8. *& coram Cerrin. deciſ.* 1068. *num.* 3.

In hac enim ſubjecta materia id principaliter eſt advertendum, an verba directa in filios ſint communia, adeo ut trahi poſſint ad ſucceſſionem, ſive potius ſint directa, & diſpoſitiva, ut ſunt noſtra ſupra relata, & eſſent alia ſimilia importantia neceſſitatem habendi, ut ſi dictum fuiſſet *habent, lucrentur &c.* nam tali caſu filii dicuntur ex propria perſona invitati, nec mater quidquam poteſt auferre filiis aliter diſponendo juxta diſtinctionem *Paul. de Caſtr. in L. ſi* 5
cum dotem ff. ſolut. matrim. & in conſ. 82. *num.* 2. *lib. primo Urceol. conſult.* 67. *num.* 10. cum ibi allegatis. *Palm. deciſ.* 205. *num.* 6. *Mart. Medic. deciſ. Senen.* 48. *num.* 10. *& ſeqq.* cum aliis quos laudat *Tartagl. de reſerv. Statut. bonor. matern. art.* 2. *num.* 14. 15. *& num.* 17. ibi „ *At ſi verba ſint directa ſeu diſpoſitiva habeant, lucrentur, &c. & importantia neceſſitatem habendi, tunc tamquam verba apta inducere novam diſpoſitionem, & dare ſucceſſionem, ex conditione ex Statuto filii invitati dicuntur, nec mater poteſt auferre filiis quidquid Statutum deſtinavit aliter diſponendo* „ Quæ auctoritates licet loquantur in terminis Statuti, eo magis applicantur pacto correſpective, & voluntarie convento in capitulis matrimonialibus, quia pactum voluntarium non habet illam odioſitatem, quam habent talia Statuta reſtringentia auctoritate legis facultatem teſtandi, & in omnem caſum de pacto ad Statutum valet argumentum, ut per
Bald. in L. Cantos populos num. 19. 6
cod. de ſumm. Trinit. dixit *Rot. deciſ.* 161. *num.* 2. *part.* 2. *& deciſ.* 256. *num.* 8. *part.* 4. *diverſ. & coram Arguell. deciſ.* 106. *num.* 3. repetit. in *recent. deciſ.* 343. *num.* 11.

Præſertim quia dictum pactum præſefert, quod integra ſumma dictorum ſcut. tringentorum millium & omne id, quod ultra dictam ſummam fuit aſſignatum in dotem præfato Domino N. N. viro, deberet poſt obitum matris præmortuæ ante virum ſpectare, & pertinere ad filios ex dicto matrimonio ſuſcipiendos, quod pactum eſt incompatibile cum illa fere totali diminutione, quæ procedere potuiſſet ex diſpoſitione extra filios facienda per uxorem; cum idem ſit dicere totum, ac enumerare partes ipſum totum integrantes *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſump.* 62. *num.* 21. 7
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 472. *num.* 61. *Rot. deciſ. prima n.* 32. *coram Ottobon. & in Foroliviens. fideicommiſſi de Torellis* 13. *Januarii* 1721. *§. Ex his vero, &* 28. *Novembris* 1721. *§. Haud* ob-

obstante coram R. P. Domin. Corio.

Clarius vero, quia in altero converso casu conventum fuit in cap. 2. „ *Che premorendo detta Signora N. N. futura Sposa senza figliuoli il Signore N. N. futuro Sposo sarà tenuto restituire agli Eredi di detta Signora Sposa, o a quelli in favore de' quali Ella averà disposto de' suoi beni, li due terzi solamente* „ Exinde enim aperte colligitur quod distinctus cum omni solertia fuit casus præmorientiæ dictæ Dom. N. N. sine filiis ab altero nostro casu præmorientiæ cum filiis, unde si in primo expresse sibi reservavit facultatem disponendi de duabus tertii partibus, & in secundo tota & universa dicta bona dotalia voluit spectare, & pertinere ad filios, ex hac seria discretiva in aperto remanet, quod dicta mulier non poterat, nec debebat de illis disponere, sed remanere debebant ad commodum dictorum filiorum *Alex. in L. Si tibi decem, §. Si pactus sub num. 8. ff. de pactis. Menoch. de præsumpt. libr. 3. præsumpt.* 48. *num.* 8. *Molphes. cons.* 2. *num.* 28. *Surd. decis.* 322. *sub num.* 21. *&* n. 22. *vers. quarta est conjectura. Adden.*
8 *ad Gregor. decis.* 301. *num.* 18. *Rota coram Priol. decis.* 203. *num.* 6. *&* 13. *& decis.* 229. *num.* 3. *& seqq. & in recent. decis.* 235. *num.* 9. *part.* 9. *& dicta decis.* 229. *num.* 63. *part.* 12.

Et eo magis cum hac intelligentia est procedendum, ex quo in loco domicilii viri supponitur adesse Statutum prohibens, ne mater tam inter vivos quam per ultimam voluntatem possit de dote vel ejus parte disponere in præjudicium filiorum, cum quo propterea Statuto dicendum sit, quod vir voluerit correspective ad alias promissiones ab illo factas cum dicta Sponsa se accommodare; cum attendenda sint potius Statuta domicilii viri, quam illa uxoris ad *Text. in L. Exigere dotem ff. de judic. ibique Ca-*
9 *gnol. num.* 4. *Alex. cons.* 100. *num.* 13. *vol.* 3. *Mantic. de tacit. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 1. *Constant. ad Statut. Urb. annotat.* 33. *art.* 2. *num.* 175. *&* 176. *Rot. post Zacc. de oblig. Camer. dec.* 272. *num.* 1. *& seq. & coram Seraph. decis.* 504. *num.* 5. *& in recent. decis.* 98. *num.* 3. *&* 9. *part.* 15.

Quibus positis officere nil videntur illa postrema verba ejusdem pacti nempe *come beni proprj materni*, nam nemo non videt, quam facile fuisset exprimere uti *heredes matris*, unde si non fuit expressum, signum est, quod non fuit immutata natura dispositionis directæ in litera ad commodum dictorum filiorum *Molin. de ritu nupt.* 10
libr. 3. *quæst.* 15. *num.* 43. *vers. cæterum. Surd. dicta decis.* 322. *sub num.* 21. *vers. tertia est conjectura & in dicta decis.* 229. *num.* 31. *&* 36. *part.* 12. *recent.*

Propterea regulæ nostræ sunt, quod verba magis clara declarant illa, quæ aliquo modo sunt dubia *Surd.* 11
cons. 475. *num.* 28. *& cons.* 431. *n.* 48. *&* 49. *& cons.* 468. *num.* 7. *& seqq. Mantic. de conject. ultim. volunt. libr.* 3. *tit.* 9. *num.* 3. *& libr.* 6. *tit.* 8. *num.* 10. *Rot. in recent. dec.* 254. *num.* 44. *part.* 8. *& dec.* 237. *num.* 4. *part.* 11. *& decis.* 155. *num.* 14. *& decis.* 385. *num.* 4. *part.* 16. Et cum clara sint illa, quæ præseferunt futurum, & necessarium dominium, & transitum bonorum in filios ex his verbis magis claris declarantur sequentia, ut ex prædictis.

Insuper optime concordantur dicta postrema cum dictis præcedentibus verbis, quia connotatio bonorum maternorum intelligi valet in sensu demonstrativo, & explicativo provenientiæ eorumdem bonorum; prout verba in sensu potius demonstrativo esse accipienda docent *Gratian. discept. forens.* 657. *num.* 31. *& seqq. Altograd.* 12
cons. 49. *num.* 18. *&* 19. *Palm. Nep. allegat.* 201. *num.* 4. *Tom.* 3. *Rot. coram Ludovis. decis.* 516. *num.* 8. *& in recent. decis.* 352. *num.* 3. *part.* 2. *& decis.* 108. *num.* 3. *part.* 3.

Sed in concreto horum verborum ita bene per necesse accipi debent, quia non fuit dictum *come beni materni*, sed *come beni proprj materni*. Post obitum autem matris non poterant esse bona propria ejusdem matris; unde talis proprietas non poterat prædicari nisi de filiis, per ea quæ docent *De-* 13
cian.

cian. cons. 3. *n.* 80. *&* 81. *vol.* 1. *Cyriac. contr.* 209. *num.* 19. *vol.* 2. *Bonden. collect. legal.* 2. *num.* 46. *Tom.* 1. *Palm. Nep. alleg.* 214. *n.* 5. *tom.* 3. *& allegat.* 303. *n.* 38. *tom.* 4. *Rot. coram Dunozet. Jun. decis.* 109. *num.* 1. *& coram Bich. decis.* 407. *num.* 25. *& in recent. decis.* 83. *num.* 10. *part.* 19.

Quidquam nec referente, quod dicta verba „ *come beni proprj materni* „ possint forte habere alium sensum in domicilio Ultramontano uxoris, quia si recurtit illa propositio, quod interpretatio voluntatis desumi debet a Statutis, & consuetudinibus vigentibus in domicilio viri, ad quod Sponsa erat traducenda, ut in specie de constitutione seu consuetudine Messanensi (quæ est eadem cum Parisiensi, ut notat *Giurb. ad consuet. Messan. cap.* 1. *Glos.* 7. *part.* 1. *n.* 4. ibi „ *Inde est ut Parisiensem alii seu Gallicanam*
14 *appellent constitutionem hanc*) in terminis mulieris Messanensis matrimonium contrahentis cum viro forensi tradit præfatus *Giurba d. cap.* 1. *Glosr.* 7. *part. prima num.* 57. *&* 58. ubi quod id quod dicitur de Statutis, dicendum venit de consuetudine, unde cum in Italia & domicilio viri dicta verba „ *resteranno, ed apparterranno come beni proprj materni* „ denotent proprietatem & futurum dominium in filios, ut supra probavi, inde consequitur, quod dicta verba sint interpretanda juxta illum sensum, quem habent in regione, & domicilio viri, ut ex predictis.

Minusque dici potest, quod dicta verba adhibita fuerint simpliciter ad excludendam societatem conjugalem vigentem ex constitutione Parisiensi in Patria uxoris, vel ad excludendos effectus præfatæ societatis; unde de cetero præfata verba sint intelligenda in eo sensu, in quo capiuntur in loco domicilii uxoris, nam ad significandum totalem recessum a Statutis domicilii uxoris superflua prorsus erat adhibitio dictorum verborum, dum non semel, sed bis in pactis nuptialibus expresse fuit derogatum quibuslibet constitutionibus, & consuetudinibus, quæ quomodolibet opponi possent præfatis conventionibus, unde dicta verba intelligi debent juxta eorum naturalem significationem, & consuetudinem, & mores vigentes in domicilio viri, cum præfatæ constitutiones, sive consuetudines statim, & totaliter cessent, sive expresse sive tacite fuerit aliter inter Sponsos conventum, ut apud *Giurb. d. tract. d. cap.* 1. *dicta Glos.* 7. *part.* 15
1. *sub d. num.* 57. *versic. declara non procedere* & apud *Constant. ad Statut. Urb. annot.* 33. *art.* 2. *num.* 159. *&* 160.

Si autem præfata bona spectant ad filios dictæ mulieris uti filios, inde consequitur, quod nullo modo de illis in præjudicium filiorum disponi extra illos potuerit *Sanchez. de matrim. libr.* 16
6. *disput.* 32. *num.* 1. *& seqq. Giurb. ad consuet. Messanen. cap.* 1. *Glos.* 8. *part.* 1. *num.* 7. 76. *Rot. coram Merlin. decis.* 515. *num.* 5. *& in recent. decis.* 221. *num.* 1. *tom.* 2. *part.* 4. *& decis.* 44. *num.* 10. *part.* 6. *& in dicta de is.* 229. *num.* 37. *& sub n.* 39. *vers. demum & num.* 42.

Remissive, & approbative brevitatis gratia me habens ad cætera optime deducta, & firmata in dicta allegatione, quibus libentissime adhæreo.

P. Pomponius de Vecchis S. Consistor. Aulæ Advocatus.

RESPONSUM V.

IN EADEM CAUSA

SUMMARIUM.

1 *Verba remanere, & pertinere inducunt vocationem necessariam secus si dictum sit succedant.*

2 *Pactum interpretationem recipit a Statuto domicilii viri.*

3 *Ad formam Statuti Florentiæ filii dicuntur jure proprio vocati ad bona dotalia matris.*

4 *Bona materna ea dicuntur quæ ad li-*

liberos ex successione matris perveniunt. Et num. 12.

5 *Quocumque titulo vel successione testamentaria vel fideicommisso vel donatione perveniant*.

6 *Et si deferantur per verbum pertineant dicuntur per fideicommissum deferri*.

7 *Res propria est quæ alterius seu aliena non est*.

8 *Pacta nuptialia intelligi debent juxta leges domicilii mariti etiam quoad bona alibi existentia etsi in Patria uxoris capitula fuerint extensa*. Et num. 13.

9 *Verba* resteranno, e apparterranno come beni proprj materni, *favore filiorum adjecta in Italico sermone & secundum leges Romanorum designant bona materna filiis jure proprio quæsita*.

10 *Et verbum pertinere significat translationem dominii*.

11 *Bona propria filiorum dicuntur quæ ad filios jure dominii spectant*.

Attente perlecta, & examinata doctissima allegatione, nihil in ea inveni, quod non sit conforme magis rigorosis, & castigatis juris nostri regulis, & principiis, & ideo libentissime omnia deducta, & firmata in eadem allegatione approbare, & confirmare non dubito.

Pactum enim illud in capitulis matrimonialibus initium ibi „ *e se la Signora N. N. Sposa morisse la prima, lasciando dei figliuoli mascoi, o femmine, la detta somma intiera di trecentomila scudi, ed il soprappiù della prefata constituzione dotale resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come beni proprj materni* „ indubitanter præsefert vocationem filiorum ad bona materna jure proprio, & independenter a qualitate hereditaria matris, cum verba *remanere, & pertinere* sint translativa bonorum in filios, & indicant vocationem necessariam, ad differentiam verbi *succedant*, quod denotat tantum successionem legalem ex testamento, sive ab intestato, ut bene distingunt *Casanat.*
1 *conf.* 45. *num.* 4. *& seqq. & conf.* 51. *num.* 18. *& seqq. Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 9. *p.*4. *num* 59. *adden. ad Ludovis. dec.* 398. *litt. A*

Accedente Statuto domicilii viri,
a quo pactum, ubi opus esset, inter- 2
pretationem, & intelligentiam recipere debet per *Text. in L. Exigere ff. de judic. Berò conf.* 155. *num.* 3. 40. *&* 42. *tom.* 2. *Cassan. conf.* 7. *num.* 3. *& seqq. Fontanell. de pact. claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 6. *num.* 33. Ex cujus Statuti dispositione prohibetur mulieri disponere per contractum, sive ultimam voluntatem in præjudicium filiorum; unde filii dicuntur ad formam ejusdem Statuti jure proprio vocati juxta theoricam *Pauli de Castro in L. Si cum dotem num.* 12. *in fin.*
ff. solut. matrim. 3

Absque eo quod vim, & efficaciam pacti in aliquo alterent, aut minuant verba subsequentia „ *come beni proprj materni* „. Nam dicta verba nihil aliud important, quam indicationem causæ, & tituli acquisitionis in filios, nempe successionis maternæ; bona enim materna ea dicuntur, quæ ad liberos ex successione matris perveniunt *L.* 1 *C. de bon.*
mater. Mejer. Colleg. Argentorat. in 4
pandect. libr. 38. *tit.* 16. *de suis, & legit. hered. num.* 24. Cumque bona ista materna ad liberos, vel successione testamentaria, vel fideicommisso,
vel donatione, vel alio quovis titulo 5
venire valeant *L.* 1. 2. 3. *C. de bon. matern. & L.* 1. *cum trib. seqq. C. de bon. quæ liber. Mejer. Colleg. Argentorat. loc. mox citat. sub num.* 24. hinc dum pactum nuptiale defert dicta bo-
na materna filiis eum verbis *pertineant*, 6
& sic per fideicommissum *Casanat d. conf.* 45. *num.* 6. nullam modificationem, aut alterationem recipere potest a dictis subsequentibus verbis *come beni proprj materni*, ut de se patet.

Vel enim dicta verba *come beni proprj materni* referre volumus ad matrem, & tunc nihil aliud important, quam quod bona, quæ prius erant propria matris, per ejus obitum pertinere debeant jure fideicommissi ad filios. Aut vero dicta verba referri debent ad filios ipsos, quasi vero dictum

ctum fuerit, quod bona materna per-
tinere debeant ad filios tamquam pro-
pria, & tali casu magis confirmatur
vocatio filiorum ad dicta bona, quæ
contrahentes voluerunt ad eosdem spe-
ctare tamquam propria, nempe tam-
quam sua, ratione dominii *L. 2. C.
de bon. matern. Tholosan. Syntagm. jur.
libr. 5. cap. 1. num. 3.* ubi quod res
7 propria ea est, quæ communis non
est, quæ alterius, seu aliena non est:
quæ solius est, seu uni soli convenit,
& idem significat, quod suum, tuum,
meum separatum.

Cum igitur ad mentem juris, &
Statuti domicilii viri verba capitulo-
rum præseferant vocationem filiorum
per fideicommissum frustra recurritur
ad mores, & consuetudines particulares
Patriæ uxoris, quia si contrahentes
convenerunt, quod Supremus Princeps
deberet eisdem consuetudinibus derogare,
manifestam involveret implicantiam,
quod eodem temporem voluerint se
conformare consuetudini, cui deroga-
batur, quando præsertim omnes regu-
læ clamant, quod pacta nuptialia
intelligi, & interpretari debeant juxta
leges, & consuetudines domicilii mari-
ti etiam quoad bona alibi existentia,
ut bene *Casanatt. cons. 54. num. 57.
& seqq.* cum aliis cumulatis in alle-
8 gatione.

Nec subsistit, quod dicta verba „
come beni proprj materni „ nullam ha-
beant propriam significationem in lin-
gua Itala, seu juxta Italicum sermo-
nem, & Leges Romanas, ad impor-
tandum jus irrevocabile favore filio-
rum super bonis maternis. Nam hoc
est maximum æquivocum, cum in
nostro Italico sermone, & secundum
leges Romanorum dicta verba habeant
suam propriam significationem lega-
lem, ad importandum jus irrevocabi-
le favore filiorum: Idem quippe signi-
ficant ac si Latino sermone dictum
fuisset „ *remanebunt, & pertinebunt
ad filios tamquam bona propria mater-
na* „ quæ verba tam singulariter,
quam, & multo magis unitim acce-
pta, designant dotem, & bona ma-
terna quæsita fuisse filiis ex pacto,
non quidem titulo hereditario, sed ju-
re proprio, & particulari, ut de ver-
bo *resteranno* tradit *Fab. de Ann.
cons. 74. num. 16.* ibi „ *illa dictio
manet, non designat, quod quæratur* 9
„ *titulo hereditario, sed jure proprio* „
& de verbo *pertinere* tradunt *Casa-
natt. Fontanell.* & alii supra citati lo-
quentes in specie pacti dotalis conven-
ti cum dictis verbis, & generaliter,
quod verbum *pertinere* significet trans-
lationem dominii *est Text. in L. Ver-
bum illud pertinere, ubi Rebuff. in
princ. ff. de verbor. signif.*

Alia verba „ *come beni proprj* „ 10
magis stricte concludunt pertinentiam
jure dominii ad filios; illa enim di-
cuntur bona propria filiorum, quæ
ad filios jure dominii spectant *Bertaz-
zol. in L. Si quis major. C. de tran-
sact. quæst. 46. n. 629. & seqq. Cal-
vin. lexicon. jur. verbo proprium Berlic.
dec. 151. num. 3.* Verbum autem il- 11
lud superadditum *materni* denotat pro-
venientiam a matre, materna enim
dicimus bona, quæ nobis a matre ob-
veniunt juxta auctoritates superius al-
legatas *§. Nec vim.*

Si ergo in nostro Italico idio-
mate, in quo sunt ratificata & ap- 12
probata capitula matrimonialia, ac
etiam juxta leges Romanas pactum
importat, quod bona fuerint acquisi-
ta filiis jure proprio per viam con-
tractus, & independenter a qualitate
hereditaria matris, consequens est, ut
capitula prædicta eam habere debeant
intelligentiam, quæ est recepta in Ita-
lia, ubi domicilium habebat maritus
& mulier se transtulit, etiamsi dicta
capitula fuerint extensa, & stipulata
ultra montes, & in Patria uxoris,
ut communiter ex *Text. in L. Exi-
gere ff. de judic.* tradunt Doctores su-
pra allegati, quibus addo *Jacobin. de* 13
*S. Georg. super d. L. Exigere num. 1.
& per tot. ibique Anton. Faber. dec.
cons. 19. num. 1. & seqq. Jacob. Gall.
cons. 122. num. 2. Berò cons. 155.
num. 40.*

Et ita salvo semper, &c.

*Ignatius a Cornu in Romana Curia
Advocatus.*

RES-

RESPONSUM VI.

IN EADEM CAUSA

SUMMARIUM.

1 *Dispositio de bonis favore filiorum per verba directa* resteranno, ed apparterranno *illos tamquam filios non tamquam heredes vocat secus si per verbum succedant sint invitati*.

2 *Quando mulier in casu præmorientiæ sine filiis consideravit heredes verbis qualitatem hereditariam denotantibus, & si cum filiis decesserit iisdem bona spectare verbis absolutis demandavit nulla, oc casu subintelligitur qualitas hereditaria vigore discretivæ, & filiis irrevocabiliter bona acquiruntur*.

3 *Eadem verba in diversis contractus partibus adposita idem valere debent*.

4 *Quæ acquirunt filii ex bonis maternis non præjudicat illis in legitima ex bonis avitis debita*.

5 *Legitima, quæ Patruam qualitatem retinet, nullum tamen recipit onus & præter patris voluntatem filiis omnino debetur*.

6 *Tota dos dicitur filiorum legitima*.

7 *Ex verbis* resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come beni proprj materni *jus irrevocabile quæritur filiis secundum Italiæ leges*.

8 *Quæ attenduntur maxime in capitulis matrimonialibus Italo sermone conscriptis & in Italia ratificata ubi conjugum domicilium debebat*.

PEnsatis rationum momentis pro utraque parte expositis in foliis mihi exhibitis ad enucleationem quæstionis, an filii Dominæ N. N. ex lege capitulorum matrimonialium vocati sint ad dotem maternam tamquam filii, præcisive a qualitate hereditaria, vel potius tamquam heredes dotem ipsam dependenter a materna voluntate percipiant. Prævalet in sensu meo pars filiis favorabilior, quibus jure suo omnia bona dotalia materna debita esse, non attenta ejusdem matris dispositione, & pro nihilo habitis Legatis ab eadem in Testamento scriptis, verius de jure censeo.

Moveor ad ita sentiendum a littera, & contextu tabularum nuptialium, ubi lego filios uti filios invitatos ad bona materna nulla expressa nota qualitatis hereditariæ, & quidem mediantibus verbis, quæ dictam qualitatem hereditariam potius excludere videntur ibi „ *resteranno, ed apparterranno* „ quæ directa sunt; & filios licet non heredes contemplatos indicant ad differentiam verbi *succedant*, juxta receptam distinctionem 1
Castrens. in L. Si cum dotem num. 11. & 12. *ff. solut. matrim.* quam communiter sequuntur Doctores nostri, quorum plures refert *Card. de Luc. de dot. disc.* 108. *n.* 4. cui intellectui patrocinatur etiam præsumpta conformatio cum Statuto Patriæ viri quamcumque dispositionem feminis intercidente in præjudicium filiorum, & conferunt, expensa in dissertatione mihi exhibita.

Majorem autem mihi præceteris vim facit patentissima discretiva adhibita in iisdem capitulis matrimonialibus, quorum in parte superiori contemplato casu mulieris decedentis sine liberis, tertia pars dotis reservatur viro; reliquum vero ex lege dictarum tabularum nuptialium restitui debet per eumdem maritum „ *agli Eredi di detta Signora N. N. Sposa, o a quelli in favore de' quali Ella averà disposto* „. Ex quibus aperte convincitur, quod sicuti in eo casu, quo mulier suæ dotis acquisitionem a proprio arbitrio, & voluntate dependentem voluerat, adhibuit vocabula qualitatem hereditariam præseferentia, neque hae contenta, ultra ipsosmet heredes legitimos, alios etiam discretive consideravit, quorum favore universaliter, seu particulariter de controversis bonis disponere jus sibi reservabat; ita in *subsequenti §.* ubi dotem filiis spe-cta-

ctare, fuit absolute demandatum, nul-
2 la subintelligi valet qualitas hereditaria, nec ullum reservatum dici queit matri jus disponendi de istis bonis, quæ libera & sine onere filiis debentur, suadente hoc discretiva loquutione, quæ in quacumque materia efficacem interpretandi normam administrat. Istique consonat altera elicita a sensu, in quo verbum illud „ *resteranno* „ in iisdem capitulis adhibitum fuit, non minus, ubi loqutum fuerat de tertio per virum lucrando ibi „ *l' altro terzo restando ad esso Signore Sposo* „ quam de tertio lucrando per mulierem in casu converso, quod tamen superexistentibus liberis, ipsi mulieri in solo usufructu, filiis vero in proprietate reservatum legitur, eodem adhibito verbo ibi „ *restando la proprietà di quella per il tutto a detti figliuoli* „ Unde veluti dubitari nequit, quin omnibus istis casibus mulieri sublata fuerit disponendi facultas, jusque perfectum quæsitum marito, & respective filiis independenter a quacumque Sponsæ dispositione, ita par jus tribui debet filiis in casu nostro ad om-
3 nia bona materna eis simili phrasi reservata „ *resteranno, ed apparterranno a detti figliuoli* „.

His positis scrupulum ingerere nequeunt sequentia verba „ *come beni proprj materni* „, ista siquidem aliud non indigitant, quam bonorum provenientiam, prudenti sane consilio adjecta, ne ex eorum acquisitione filiis præjudicium inferretur in legitima, eis fortasse debita ex bonis avitis juxta quæstionem, quam late pluribus adductis, tractat *Mans. consult.* 353. vel etiam ne ambigi posset, an eadem
4 bona pro tertia parte, ceteroquin lucranda a viro in casu præmorientiæ uxoris sine filiis, pro bonis maternis habere deberent, & consequenter filiis in paternam legitimam imputanda forent. At non inde bona resurgit illatio, ut filii dotem maternam dependenter a materno judicio recipere debeant; compatibilia enim sunt, ut bona percipiant tamquam materna, & onera desuper imposita valeant respuere, obvium enim habemus exemplum io bonis titulo legitimæ filio debitis; ea siquidem paternam qualitatem utique retinet, at nullum recipiunt onus, & etiam præter voluntatem patris omnino debentur, pro ut satis accommodate ad rem nostram considerat *Mans. citata consult.* 353. *num.* 71. & *seqq.* concludens in casu simili
totam dotem esse filiorum legitimam, 5
tali pacto auctam a triente vel semisse ad totam dotem quam propositionem ante eum firmaverat *Card. de*
Luc. de dot. disc. 101. *num.* 6. cete- 6
risque adductis *Rot. post Merlin. de legitim. dec.* 167. *num.* 9.

Meam igitur opinionem quo ad hujus negocii momentum paucis restringendo, crederem, quod illa verba „ *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come beni proprj materni* „ intelligenda sint juxta significationem illam, quam habent in Italia, ubi Sposa una simul cum Sponso domicilium figere debebat, & ubi per consequens filii commodo, & beneficio pacti connubialis potituri erant. In nostra vero Italia eadem verba propriam habent significationem, ex qua jus irrevocabile quæritur filiis ex propria persona contemplatis; & in nostris Tribunalibus non aliter explica-
rentur, quam referendo illud „ *beni* 7
proprj „ ad ipsosmet filios immediate nominatos; adjectivum vero „ *materni* „ pro designanda tantummodo provenientia a matre. Unde, quidquid sit, an præmemorata verba aliter intelligi soleant in partibus Ultramontanis, hoc unum penes me certum est, quod intelligentia Italica prævalere debet, tum quia capitula matrimonialia Italico sermone fuerunt in Italia ratificata & approbata, tum rursus quia si in Italia stare debebat domicilium conjugum, & filiorum, profecto clarum est, quod in animo habuerunt se uniformare legibus, & significationi Romanorum, non autem exteris,
Fortius vero quia, ut in annexa scri- 8
ptura solide probatum fuit, significatio Ultramontana ad exclusionem societatis conjugalis, & lucri ad virum devolvendi in vim ejusdem societatis hic quadrare nequibat, quia leges, & mo-

mores domicilii viri unice attendendi tam societatem, quam lucrum inde proveniens apertissime excludebant.

J. Ascevolinus Sac. Consistor. Advoc.

RESPONSVM VII.

IN EADEM CAUSA

CONSILIA APPROBATORIA NEAPOLITANORUM.

SUMMARIUM.

1 *Dos a Patruele constituta mulieri in correspectivitatem renunciationis bonorum Paternorum factae patrueli ab ipsa muliere, dicitur de proprio ab ipsa muliere sibi constituta.*

2 *Quando mulier, & vir voluerunt quod dos ab instanti contractus dotalis censeretur donata filiis nascituris, non potest jus ex tunc quaesitum filiis tolli ex dispositione donantis.*

3 *Mulier si stipulata fuerit quod dos reddatur fratri ea in matrimonio decente, si in matrimonio decedat, & aliqua leget marito, fratrer non tenetur dare marito legata.*

4 *Idem est si mulier stipulatur dotem restituendam esse filiis, & de ratione*, ibid.

5 *In feudis quae deferuntur ex pacto, & providentia investientis, & investiti, nec quidem investitus quidquam potest legare.*

6 *Quae ex contractu debentur nobis incolumia remanere debent.*

7 *Quarta quae debetur ex dispositione Legis, debetur tam condito testamento, quam ab intestato.*

8 *Stante pacto, vel Statuto, quod uxore praemoriente cum liberis ipsi succedant in dote, si dictum fuerit quod uxore praemoriente cum liberis ipsi habeant dotem, mulier in eorum prejudicium non potest de dote disponere.*

9 *Verbum* resteranno *significat actum successivum, & permanentem, ideo inducit fideicommissum ordine successivo, & perpetuo.*

10 *Verbum pertinere in substitutionibus importat dominii translationem.*

11 *Integre quis habere non dicitur qui totum non habet.*

12 *Et integrum dicitur quod sine diminutione ex omnibus suis partibus constat.*

13 *Maritus promittens restitutionem integrae dotis non potest lucrare partem alias ex Statuto sibi debitam.*

14 *Proprium dicitur quod est vere nostrum.*

15 *Bona propria opponuntur bonis hereditariis ideoque excluditur qualitas hereditaria matris in filiis quibus dotes maternae uti bona propria filiorum restitui promittuntur.*

16 *Ex verbo proprium derivat verbum proprietatis*

17 *Proprietas comprendit plenum dominium.*

18 *Bona a matre filiis donata, & in eos perventa non titulo hereditario dicuntur bona materna.*

19 *Discretiva locutio denotat diversam voluntatem.*

20 *Mulier volens quod soluto matrimonio per mortem viri absque liberis dos reddatur sibi, & suis heredibus, sequitur ex contrario sensu quod soluto matrimonio superstitibus liberis dos non restituatur, nec sibi nec suis heredibus.*

21 *Quando pactum de dote restituenda liberis esset frustraneum si eis uti matris heredibus esset restituenda, intelligendum est eis tamquam liberis esse restituenda.*

22 *Usus loquendi ejusdem contrahentis in eodem contractu inducit eundem sensum in verbis.*

23 *Si dos debetur filiis vigore pacti dotalis non possunt dici in iis bonis heredes, sed successores anomali.*

24 *Etiam ultra montes verbum proprii significat translationem dominii.*

25 *Contractus ibi dicitur perfectus ubi consensuum fit unio.*

Et

26 *Et verba debent intelligi in sensu quem habent in loco perfectionis contractus.*

27 *Verba debent intelligi non in sensu loci in quo proferuntur, sed secundum sensum, quem habent in loco ejus ad quem proferuntur.*

28 *Non obstante derogatione facta Statutis in celebratione contractus haec derogatio debet intelligi in iis dispositis quae contraria sunt pactis non vero in iis quae disponunt circa non conventa.*

29 *Quando nihil conventum fuit de restitutione dotis in casu premorientiae uxoris, restitutio debet fieri juxta Leges domicilii viri.*

30 *Etiamsi bona essent sita in patria uxoris.*

31 *Et etiamsi mulier mortua fuerit in patria sua.*

32 *Ex tacita conventione praesumitur mulierem subjecisse Statuto loci viri omnia sua bona.*

33 *Quoad ea quae pendent ex consensu statuentium Statuta suum effectum ubique sortiuntur.*

34 *Nuptiales tabulae exequtionem habere debent nedum quoad expressa sed & quoad omnia quae virtualiter continent.*

35 *Qui scribit ad alium debet uti verbis in eo sensu in quo intelliguntur ab eo ad quem scribit, alias omnis interpretatio facienda est contra scribentem.*

Quam sit verum, nullum pactum, verbis tametsi clarissimis conceptum, prolatum, vel scriptum, ab omnibus sine ambiguitate, sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse, vel ex hoc intelligi potest.

Dotis nomine, mulier quaedam Principissa ultra Montes nata, in Patria degens, patre orbata, Tutore auctore, nupta Principi Italo in tabulis dotalibus in suis laribus, cum Internunciis absentis futuri viri conscriptis, de omnibus ipsius futuris bonis, dotes sibi constituit, additis ducatis tercentum mille a Patruo, vel Patruele correspective ad bona sua paterna, jam eidem mulieri quaesita, illi per ipsam renunciata, eadem dotis causa promissis.

Clarissime inter alia cavit, ut ipsius mulieris morte si matrimonium solveretur, superstitibus filiis, dotes integre remansurae essent, & ad eos pertinerent tamquam bona propria materna, in haec apertissima verba:

„ *E se la Signora Principessa*
„ *Sposa morisse la prima, lasciando*
„ *dei figliuoli maschi, o femmine, la*
„ *detta somma intera dei trecentomila*
„ *scudi, ed il soprapiù della prefata co-*
„ *stituzione dotale, resteranno, ed ap-*
„ *parterranno ad essi figliuoli, come*
„ *beni proprj materni* „.

Rem exinde in Italia, ejusque Patria ratam habuit vir, nuptiae contractae fuerunt, & Sponsa uxor facta, viri domicilium sequuta est, & postmodum, condito Testamento, quo universas poene dotes legatis dispersit, diem extremum clausit, superstitibus viro, & filio.

Cum ita casus jam provisus, & expressus dissoluti matrimonii mulieris fato, superstite filio evenerit, adhuc dubium excitatum est.

Utrum verba relati pacti, quod dicto casu dotes integre remanere, & pertinere deberent filio, tamquam bona propria materna, sic accipi debeant, ut restringantur ad solum casum mortis intestatae mulieris, non adempta eidem facultate disponendi de dotibus, tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem, adeo quod in filiis necessaria sit hereditaria qualitas respectu matris, cum onere solvendi legata ad consequendas dotes maternas. An vero accipi debeant indefinite, ita quod operentur tam in casu mortis intestatae, quam testatae matris, huicque adimant facultatem de dotibus disponendi, tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem, filiosque ad dotem jure proprio vocent, absque necessitate hereditariae qualitatis, & onere solvendi legata.

Juxta secundam dubitationis partem, ad eam pro filio differtissime in exclusionem Legatorum, ex verbis, quibus dictum nuptiale pactum conceptum legitur, responderunt Anonimi Jureconsulti; & cum eorum eruditissimo responso suam firmaverint sententiam, exindeque a nobis, qualem causam foverent filius, qualem Legatarii, quisve eorum in controversia proposita meliora indueret arma, & quod nostrum circa veritatem editi responsi, ad nos transmissi, foret opinamentum aperiemus, fuerit efflagitatum; Sedulo verba, quibus pactum prædictum, & alia in contractu dotali addita fuerunt concepta, perpendimus, & castigati juris fundamenta omnia exacte pensitavimus, ac in congressu inter nos habito communicavimus; & tandem omnibus diligentissime rimatis, sententiam doctissime pro filio, adversus Legatarios firmatam, tamquam justitiæ, principiis juris, receptis apud Doctores, & suprema Prætoria conclusionibus consonam, sequendam esse unanimiter existimavimus.

Et quamquam admirationem potius, quam ulteriorem comprobationem admittere, eruditissimam consultationem jam dictam censuerimus.

Nihilominus sequentia, & quidem pauca, quantum per juges fori nostri occupationes licuit, dare duximus pro causa adeo justa, & ab eximiis Jureconsultis tam solide propugnata ad significandam potius nostram erga requirentem ex animo voluntatem, quam quod meritum excitatæ dubitationis exposcat.

Nam cum versemur in casu do-
1 tis, quam ipsa mulier sibi de proprio constituit, qualis etiam censeri potest respectu ducatorum tercentum mille a Patruo, vel Patruele promissorum correspective ad renunciationem illi factam de bonis paternis *juxt. decis. Rotæ apud Dunozzet. decis.* 262. *&* 528. Et agamus de stipulatione non facta per patrem, aut alium dotantem, sed per ipsam mulierem se ipsam dotantem, quod dotes casu, quo dissolueretur matrimonium per mortem ipsius, filiis remanerent, & pertinerent, tamquam bona propria materna; adeoque cum versemur in casu, quo expendendum est, an voluerint, tam ipsa mulier, quam vir, quod dos ab instanti contractus dotalis censeretur donata filiis nascituris, non poterat jus ex tunc quæsitum filiis inde 2
tolli ex dispositione donantis per regulam *L. post perfectam C. de donation, quæ sub modo*, & filii succedere debent in dote absque qualitate hereditaria matris, & onere solvendi legata, sed ex propria persona.

Unde visum est resolutionem propositæ difficultatis pendere ex hoc solo puncto: an pactum, de quo agimus, ita conceptum sit, quod ex eo valida donatio dotis deducatur facta filiis, ad quorum favorem conventum fuit, ut moriente matre, dotes eis remanerent, & pertinerent tamquam propria bona materna, idcirco censuimus, non posse dubitari de voluntate mulieris, & viri, quod voluerint, dotem ex tunc intelligi donatam filiis nascituris, & sic post sequutum casum, filio superstiti pertinuisse, & pertinere uti filio non heredi matris.

Probatur primo ex *Text. in L. cum maritus §. fin. ff. de Pact. dotalib.* ubi mulier cum ejus fratre stipulata fuit, dotem fratri reddi, si ea in ma- 3
trimonio decessisser, mulier decedens, quasdam res marito legavit; quæsitum fuit: an maritus rerum legatarum nomine fratri teneretur: & respondit Scævola nihil proponi cur non teneatur. Et concordat *Textus in L. 3. §. Si convenerint ff. eodem de pact. dotal.*

Pari modo, cum in casu de quo agimus; si mulier cum viro stipulata fuit, dotem filiis remanere, & pertinere debere, dum ipsa in matrimonio decessit, multaque aliis le- 4
gavit, & quæritur an filii teneantur ad legata? Respondemus, nihil proponi, cur teneantur.

Ratio est quia, cum dos filiis vigore contractus dotalis fuerit applicata, & interesset filiorum procreandorum, & viri, qui pater eorum futurus erat, non revocari quod fuerat con-

conventum in contractu dotali, non
poterat mulier de dote disponere, ut
docet *Bald. in L. pro heredítariis col.
3. in fin. C. heredita. actionib. Angel.
in L. qui Romæ §. Flavius columm.
penult. ff. de verbor. obligat. Dec.
cons. 229. num. 7. Ruin. cons. 8. n.
1. vol. 1.*

Et in propriis terminis *De Luc.
ad Franch. observat. 196. num. 2.
cum seqq. Alba lib. 1. cons. 50. Comens.
cons. 48. Jason. cons. 127. vol. 1.*
qui idem procedere dicunt in dote applicata
filiis nascituris ex Statuto,
quam in ea, quæ applicatur ex pacto
dotali, ducto argumento a pacto ad
legem, & Statutum, & e contra.

Probatur secundo: quia in feudis
quæ deferuntur ex pacto, & providentia
inveostientis, & investiti, nec
5 quidem investitus quidquam legare potest,
aut aliter disponere, ut habemus
cap. 1. de successione feudi in illis verbis:
*nulla ordinatione defuncti in feudo
manente, vel valente.*

Tertio probatur ex *L. Cum qui
ff. de interdictis, & relegat.* ubi *quæ
6 ex contractu debentur, incolumia, &
salva nobis remanere debent.*

Quarto: retento argumento a lege,
& Statuto, ad pactum, & e contra,
7 probatur ex *Text. in authent.
præterea C. unde vir, & uxor.* ubi
statuitur, quod quarta, quæ debetur
ex dispositione illius legis, debeatur
tam condito Testamento, quam ab
intestato: ergo idem si ex pacto, ut
in puncto *Roland. a Valle de lucro
dotal. quæst. 82. num. 7.*

Quinto probatur doctrina *Pauli
de Castro in L. si cum dotem in fine
ff. soluto matrimonio*, ubi dicit,
quod stante pacto, vel Statuto, quod
uxore præmoriente cum liberis, ipsi
succedant in dote, tunc controverti
8 possit, an dos debeatur filiis, tamquam
heredibus matris, istaque habeat
facultatem disponendi de dote, salva
filiorum legitima; at si in pacto,
vel Statuto dictum sit, quod uxore
præmoriente cum liberis, ipsi
habeant dotem, quod eo casu in præjudicium
liberorum non possit mulier
de dote disponere.

Sententiam *Pauli de Castro* communiter
sequuti sunt omnes
*Cuman. consil. 48. col. 2.
Fulgos. consil. 203. col. 2.
Jason. cons. 128. col. 2. 3. vol. 1.
Ruin. cons. 8. col. 1.*
Et alii apud *Roland. dicta quæst. 82.
Cacheran. decis. 20.
Fontanell. clausul. 5. glosr. 10. part.
1. num. 12.
Amat. resolut. 64. num. 1. & 11.
Sanfelic. decis 128.
Hodiern. controvers. 34. num. 37.
Thesaur. decis. 34. num. 1.
Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 3. quæst.
3. num. 4.*

Præsertim quia verba „ *resteranno, ed apparterranno* „ directa fuerunt
filiis, ibi. „ *resteranno, ed apparterranno
ad essi figliuoli* „: & pactum
fuit conceptum verbis omnino importantibus
translationem dominii in filios
jure proprio; quia verbum *resteranno*
significat actum successivum,
& permanentem, ideo inducit fidei- 9
commissum ordine successivo, & perpetuo
*Cuman. in L. unum ex familia
§. Sed si fundum ff. de legat. 2. Soccin.
in L. si cognatis num. 16. &
seqq. ff. de reb. dubiis, & in L. Gallus
§. Quidam recte num. 9. in fine
ff. de liber. & posthum. Peregrin. cons.
45. num. 17. vol. 1.*

Et quoad verbum *apparterranno*,
quod Latine idem importat, quam
verbum *pertinere*, dubium non est,
quod importet, voluisse mulierem se
dotantem casu præviso eveniente, quod
ex tunc dominium dotis esset translatum
in filios, eosdemque in dote substituere,
quia licet verbum *pertinere*
latissime pateat, tamen in substitutionibus
dominii translationem impor- 10
tat, ad *Text. in L. licet C. de pactis
Gratian. discept. 731. num. 1.
Rot. Rom. part. 13. rec. decis 315.
num.* 6. & quod denotet dominium,
habemus in *L. liber. homo ff. de acquir.
rer. domin.* cum similibus allegatis
per *Bichium decis. 15·. num.* 8.

Si ergo in pacto, de quo agimus
verba „ *resteranno, ed apparterranno* „
sunt relata ad filios, & important
translationem dominii dubita-

tari non poteſt, quod etiam ſi alia
verba non haberent adjuncta; inducerent voluntatem mulieris ſe ipſam dotantis, quod ipſa præmoriente, ex tunc, & a die contractus dotalis cenſeretur dos filiis donata, tamquam filiis, non tamquam heredibus.

Multo magis hoc eſt affirmandum, ubi ponderanda occurrunt alia verba, quæ idem confirmant, ſiquidem, cum de dote reſtituenda dicto caſu agitur, legitur verbum *intiera*, quod denotat integram dotem deberi filiis, quæ integra non fuiſſet debita
11 filiis, ſed tantum quo ad legitimam,
ſi mater ſalvam ſibi voluiſſet facultatem de ea diſponendi, & noluiſſet, prout voluit ex tunc filiis naſcituris donare; nam ut bene in congreſſu unus ex dominis Collegis doctiſſime ponderavit, integre quis habere non dicitur, qui totum non habet *Menoch. conſ.* 687. *num.* 43. & *conſ.* 918. *n.* 3. ibi „ *integrum illud eſſe dicitur quod nullam penitus habet diminutionem* „ *Cap. ult. de confirmat. util. & inutil.*

Et integrum dicitur, cui nulla pars deeſt, & quod ſine diminutione ex omnibus ſui partibus conſtat *Leg. nomen filiarum* §. *final. ff. de legat.*
12 3. *L. decem ff. de fideicomm. libert.*
Pariſ. conſ. 116. *num.* 14. *vol.* 1. *Menoch. conſ.* 119. *num.* 10. & *conſil.* 374. *num.* 11. *Peregrin. de fideicomm. art.* 40. *num.* 3 *Rot. deciſ.* 449. *n.* 2. *in prima Collect. noviſſimar.*

Et hoc adeo verum eſt, quod maritus promittens reſtituere integras
13 dotes, non poſſit lucrari partem,
quæ alias ex Statuto ſibi deberetur, ut docent *Marſil. ſingular.* 687. *Alexand. conſ.* 5. *num.* 15. *lib.* 3. & *conſ.* 33. *num.* 5.

Additur: „ *come beni proprj* „, qua expreſſione aperte declaravit ex tunc voluiſſe transferre dominium in filios; proprium enim filiorum dici non poſſet, niſi quod eis jure dominii pertineret, ut notat *Alexand. lib.*
14 1. *conſ.* 29. *in fin.* & proprium non
dicitur, quod vindicari ab alio poteſt & proprium dicitur, quod eſt vere noſtrum *L. ult. ff. de ſuperficie L. ſi id quod ff. de duob. reis*, *Menoch. conſ.* 192. *num.* 6. Quinimmo ex tali expreſſione excluditur in noſtra ſpecie
qualitas hereditaria in filiis, quibus 15
pactum fuit reſtitui dotes, quia bona propria opponuntur bonis hereditariis, prout ex *Textu in Leg.* 1. 15. §. *Quod ajunt ff. ad L. falcidiam* docuit *Bernab. Briſſonius de verbor. ſignif. verb. propria*; prout nomen *proprium* opponitur nomini heredis, *L.* 54. §. *Qui fideicommiſſum ff. ad Senat. Conſ. Trebellian.*

Et ex hoc verbo *proprium* deri-
vat illud *proprietatis*, ut ex *Text. in* 16
L. ultim. ff de ſuperficieb. & *Rebuff. in L. interdum verbo proprietati ff. de verbor. ſignific.* docet *Barboſ. de appellat. verbo ſignif. appellat.* 225. *num.* 5. & proprietas comprehendit plenum dominium *L.* 4. *ff. ſi uſusfruct. pet. L. ſi tibi ff. de uſufruct. accreſcend.*
Duaren. libr. 1. *diſput. cap.* 17. *in* 17
fin. Donell. Comment. jur. civil. libr. 9. *cap.* 8. *verſic. hoc idem jus Cujacius in L. Naturaliter* §. *Nihil commune ff. de acquir. poſſeſs.*

Neque dici poteſt dicta verba in pacto contenta: „ *come beni proprj* „ non referri ad perſonas filiorum, quibus reddi dotes fuit conventum, ſed habere adjunctum adjectivum *materni*, quaſi quod denotent voluiſſe contrahentes, quod eveniente caſu præmorientiæ matris, dotes pervenirent ad filios, tamquam heredes matris.

Nam reſpondetur, adjectivum illud *materni* referri ad originem bonorum, & denotare, quod eſſent a matre donata, & non titulo hereditario
perventa ad filios, recte dicantur bona
materna *L. Final. C. commun. de ſucc.* 18
ceſſ. L. 1. 2. 3. *C. de bonis quæ liber. L. Quidquid C. de bonis maternis.*

Accedat, quod mulier ſe dotans, in caſu ſuæ præmorientiæ abſque filiis expreſſe cavit, reddi dotem ſuis heredibus, ſive ab inteſtato, vel ſi cum teſtamento decederet, & in caſu præmorientiæ viri, ſive ſupereſſent filii, ſive non, ſibi reddi dotem voluit: alio caſu, quo matrimonium diſſolveretur per mortem ipſius, reddi dotem filiis expreſſit, atque ita diſcretivis verbis

uſa

usa fuit in casibus, quibus voluit heredibus suis dotem reddi; & ipsam posse de dote disponere expressit; ubi scilicet decessisset absque filiis, & tunc eos, quibus reddi dotem voluit sub nomine heredum expressit; ubi noluit se posse disponere de dote, & filiis eam reddi desideravit uti filiis, eam qualitatem hereditariam non expressit, ubi voluit sibi facultatem disponendi de jocalibus, & gemmis reservare etiam expresse id pepigit; quo vero ad alias res dotales, talem facultatem sibi non reservavit expresse; quæ discretiva lo-
19 quutio denotat diversum habuisse mulierem se dotantem desiderium in uno, quam in alio casu, diversum quo ad gemmas, & jocalia, & alium quo ad alias dotes ex vi discretivæ *Card. de Luc. de fideicommiss. discurs. 56. n. 11.*

Quinimmo ducto argumento a contrario sensu, quod ex dictis in contractibus est firmissimum, si voluit quod soluto matrimonio per mortem
20 viri absque liberis dos redderetur sibi, & suis heredibus, sequitur ex contrario sensu, quod soluto matrimonio superstitibus liberis, dos non restitueretur sibi, nec suis heredibus, ut docet *Burbos. in L. Si cum dotem ff. solut. matrim.*

Rursus frustra inde pactum fuisset appositum, quod ipsa præmoriente cum liberis, iis dos redderetur si uti heredes illi essent vocati; adeoque si verba dicti pacti alias essent frustra-
21 nea, ne inutiliter dicantur adjecta, operari debent, ut in casu præmorientiæ matris cum filiis, iis dos deberetur tamquam filjis, ex regula *Text. in L. hanc legem ff. de contrahend. empt. cum concordantibus.*

Præterea in eodem contractu dotali, dum agitur de lucro dotis debito viro jure proprio, & ex dotatione, non titulo hereditario, mulier usa fuit verbo *restando:* ergo dum de dote reddenda filiis in casu præmorientiæ matris, usa fuit eodem verbo *rosteranno*, demonstrare voluit, quod ita tota dos filiis acquireretur absque titulo hereditario, sicut pars illius acquiri debuerat viro absque titulo hereditario, quia
22 usus loquendi ejusdem contrahentis in eodem contractu inducit eumdem sensum in verbis *Cap. ex litteris de Sponsalib. Card. de Luc. de regal. disc. 21. num. 3.*

Si ergo juxta formam conventionis, dotes in casu occurso debitæ erant filiis vigore pacti dotalis, cessat in ipsis qualitas hereditaria, & dici non 23
possunt in dictis bonis heredes legitimi, vel testamentarii, sed dici debent successores anomali, irregulares, sive pactitii *Dauth. de testament. tit. de mutand. testam. potest. num. 86. vers. nam & si Carpzov. in suis disputat. tractat. de pacto, & confraternit. successor. cap. 6. §. 61. in fin.*

Neque dici potest, quod ultra-Montes, & in loco quo domicilium habebat uxor, aliam significationem habeant verba illa „ *beni proprj materni* „, quam quod filiis deferant dotes jure proprio, nimirum quod apponantur ad excludendam societatem bonorum inter Conjuges, illis in locis contrahi solitam, & quod proinde etiam, si in loco domicilii viri dotem reddendam filiis, uti filiis significarent, attendi debeat significatio recepta in Patria uxoris, non quam habere potuissent verba dicti pacti in Patria viri.

Nam respondetur, etiam in Regionibus, in quibus contrahi solent inter Conjuges bonorum societates, verba apposita in pactis dotalibus exprimentia bona propria, eandem significationem habent, ut denotent bona, quæ unicuique Conjugum debent remanere jure dominii, & non communicari cum alio Conjuge, & sic cum in dictis Regionibus fit pactum, quod bo- 24
na unicuique Conjugum remaneant propria, denotant bene noluisse Contrahentes communicare eorumdem dominium, & verba „ *beni proprj* „ sunt relata eo casu ad eum Conjugem, cujus in dominio sunt bona; non sunt relata ad filios procreandos, adeoque sicut relata dicta verba „ *beni proprj* „ ad Conjugem, de cujus dominio sunt, preservant dominium in illo Conjuge, & denotant bona in ejus dominio esse remansura, ita relata ab initio ad filios procreandos, iis applicant irrevo-

ca-

cabiliter dominium bonorum, & de consequenti eandem significationem habent ultra-Montes verba illa „ *beni proprj*, quam habent in Italia, & utrobique dominium bonorum ei applicant, ad quem sunt relata, quod probari potest exemplo consuetudinis Aurelianensis relatæ per *Pyrrhum Anglebermeum in tract. de Consuetudinib. Bituricens., Aurelianens., & Turonensib. cap. 12. fol.* 120. nam verba dictæ consuetudinis ita sunt concepta: *Bona, & prædia in matrimonii tractatu futuris Conjugibus data, contracto statim ac consumato eo, communia eorum velutque conquæstus efficiuntur, nisi ita cautum sit, ut alterius eorum ea prædia peculiaria, propriaque sint, aliudve in contractu expressum, quod communitatis legi derogare videatur*, ex quibus verbis laudatus *Pyrrhus* docet, communitatem bonorum inter Conjuges excludi, ubi dotans pater cavit, ut bona, quæ in dotem dat filiæ sint propria filiæ; docet ergo, quod verbum „ *propria* „ in tantum excludit communionem bonorum, in quantum denotat dominium eorum applicatum, & donatum uni Conjugem; & proinde si verba pacti, ut bona a patre filiæ data in dotem sint propria filiæ, denotant ultra-Montes, quod dos censeatur applicata, & donata filiæ, cui sunt relata; pari modo, ubi est cautum, ut sint ab initio propria filiorum procreandorum in casu dissoluti matrimonii per mortem uxoris; denotant etiam, ultra-Montes voluisse partes, ut bona censerentur applicata, & donata filiis nascituris quo ad dominium, vigore pacti dotalis, & quod de consequenti mulier dotata per testamentum, & legata, non possit dominium filiis applicatum auferre.

Secundo respondetur, quod etiam dato, sine veri præjudicio, quod verba „ *beni proprj* „ ultra-Montes non denotarent applicationem dominii bonorum ei, ad quem sunt relata, sed diversam significationem haberent, a-
25 dhue objectum in specie, in qua versamur non refragaretur, quia in specie de qua agimus, contractus dotalis tamquam factus inter absentes, non potuit perfici, nisi per consensuum unionem, & ibi dici debet, quod fuerit perfectus, ubi consensuum sequuta fuit conjunctio *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 71. *num.* 4. Adeoque verba illius intelligi debent in sensu, quem habebant in loco, quo contractus fuit perfectus, non in sensu, quem habere poterant in loco, quo fuit initiatus. Si ergo consensuum unio sequuta fuit in Italia, & in Patria 26
viri, ab usu loquendi hujus regionis sensum recipere debent verba illius.

Insuper si fuisset contractus perfectus ultra-Montes, & ibi verba habuissent sensum prætensum, cum alium sensum haberent in Italia, & dirigerent ad virum Italicum, intelli- 27
genda essent in sensu, quem recipiunt in Italia, quia verba debent intelligi non secundum qualitatem, & conditionem loci, ubi proferuntur, sed secundum sensum, quem habent in loco ejus, ad quem proferuntur, ad *Text. in L. cum filius famil. de Legat.* 3. & docent *Felin. in cap. Causam quæ de rescript. column.* 8. *versic. quinto Federic. de Sen. cons.* 37. *col.* 3.

Ex hoc sequitur, quod si in specie nostra, quis dicere vellet nil posse operari Statuta, aut consuetudines Patriæ uxoris, vel viri, sive adimant, sive permittant mulieribus facultatem disponendi de dotibus, sive deferant filiis dotes matris præmortuæ, tamquam filiis sive tamquam heredibus, cum in ipso contractu permissu Principum utriusque contrahentis, & ipsismet Supremis Principibus approbantibus, fuerit, Statutis, & consuetudinibus, quæ adversarentur conventis, derogatum; adeoque omnino observandum sit quidquid Contrahentes pepigerunt, non curato, an in dote restituenda attendi debeat Statutum Patriæ viri, an illud Patriæ uxoris, & an bona sita sint in uno, vel alio loco.

Nihilominus, si quod dubium circa conventa occurreret, & inexplicabile foret, quia tali casu, conventum haberetur perinde ac si non fuisset conventum, ratione incertitudinis; adeo-

adeout non posset dici in specie nostra conventum, dotes deberi in casu occurso reddi filiis, uti filiis, vel uti heredibus matris, cessaret, hoc casu, derogatio Statutorum, quia derogata sunt Statuta, quæ contraria sunt conventis, non vero Statuta, quæ disponunt circa non conventa.
28

Hoc ipso, quod in contractu, de quo agimus non fuisset conventum, an dotes deberent reddi filiis, uti filiis, an uti heredibus: certe non esset Statutis derogatum, circa hoc disponentibus; cumque in Patria viri adsit Statutum adimens matri facultatem disponendi de dote, eamque deferens filiis, uti filiis; hoc Statutum loci, & originis, seu domicilii mariti, non vero uxoris esset attendendum *Altograd. conf.* 28. *num.* 1. *libr.* 2. *Sanfelic. decis.* 353. *num.* 23. qui alios allegat *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.* 3. *tit.* 14. *n.* 1. *& seq. Afflict. dec.* 226. *Cabed. dec. Lusitan. p.* 1. *dec.* 165.
29

Quod procederet, etiam quod bona essent sita in Patria uxoris, ut docent *Franch. decis.* 472. *num.* 6. *Molphes. ad Consuetud. Neapolit. tom.* 1. *part.* 2. *quæst.* 3. *Bruneman. in L. exigere dotem n.* 6 *ff. de judic. Mantic. de tacit. libr.* 3. *tit.* 14. *num.* 9. *vers. sed. advertendum.*
30

Et etiam si mulier sit mortua in Patria sua, & causa agatur in domicilio uxoris *Mantic. de tac. d. libr.* 3. *tit.* 14. *n.* 2. 3.
31

Quia semper adest speciali quadam ratione deducta ex *L. exigere ff. de Judic.* tacita conventio, quod uxor subjecerit tacito suo consensu omnia sua bona dotalia Statutis domicilii viri (sicut subjicit etiam personam) quocumque loco bona illa dotalia immobilia sint posita, etiam extra Territorium Statuentium, quia quo ad ea, quæ pendent ex consensu contrahentium, Statuta suum effectum ubique locorum sortiuntur, ut bene rem aperit *Mantic. de tacit. libr.* 3. *tit.* 14. *num.* 9. *versic. neque obstat. Vames Cent.* 2. *consil. civil. cons.* 12. *num.* 40. *& seq. & prius num.* 20. ubi ad ulteriorem materiæ illustrationem allegat *Carond. ad Consuetud. Parif.*
32
33

Et nuptiales tabulæ, ut supra conscriptæ exequtionem habere debent, ne dum quo ad expressa, sed quo ad tacita, & ut DD. loquuntur, quo ad omnia, quæ virtualiter continent, *ex decis. Bald. in L.* 1. *§. Et ut plenius C. de rei uxor. act. num.* 3. ex cumulatis post *Bald.* & alios apud de *Franch. decis.* 325. ibique *Adden.* Concludimus ergo, quod aut non fuit conventum dotes reddi filiis, tamquam filiis, & intrat Statutum Patriæ viri, per quod id disponitur, & est servandum; aut fuit conventum, & est observanda conventio; aut est dubium, ex quo in Patria uxoris eum sensum non haberent verba pacti relati, licet eum sensum haberent in Patria viri, & tunc non solum interpretatio sumenda est ex Statuto Patriæ viri, ad quod censentur contrahentes se conformasse sed secluso etiam Statuto præfato, interpretatio est facienda contra uxorem, quæ apertius legem dicere debebat. Et quia Ultramontani homines, qui ad Italos scribunt, in eo sensu uti debeat verbis, quibus scribunt, quem habent apud Italos. Sicut Romanus homo, qui ad Græcum scribit, non Latine, sed Græce conceptis verbis uti debet, ut probant *Text. in L. Prima ff. de excusat. Tutor.* & alii concordantes, alias omnis interpretatio facienda est contra loquentem, vel scribentem, ut docet *Alciatus de verbor. signif. libr.* 2. *liter. L. Fol.* 78. In hæc verba.
34
35

„ *Memoria teneo, magni quemdam nominis Grammaticum, cum Mediolano Bononiam esset iturus, equum a veterinario certa in dies mercede conduxisse, deinde, remisso equo, per literas veterinarium certiorem fecisse, ut in tale diversorium iret eqaum suum accepturus. Veterinarius non iverat, quod chyrographum non intellexisse assereret, integramque lapsi temporis mercedem petebat:* „ Ejus Epistolæ verba hæc erant „ : *Pegasus, qui me tollutim succussit, apud Campanæ pelvis copam erit, inde petito, phoretrumque ex eo tempore præcidito: Quæsitum est, uter æquiorem causam haberet, & eorum consensu, qui de re pecuaria*

„ *ria jus dicebant. Placuit literatorem* „ *condemnari, qui ignoto hujusmodi sermone uti non debuit.*

„ Rationem assignat Alciatus his „ verbis „ *Cum traditum sit, qui ad* „ *aliquem scribit, tali idiomate uti,* „ *eum oportere, quod intelligi ab eo,* „ *ad quem literæ dantur, possit, alioquin hujusmodi testationes damnum* „ *ei nullum inferre* „.

Ex his igitur, censuimus jus fovere filios in proposita specie, in exclusionem Legatariorum.

Neapoli die 21. Februarii 1723.

Franciscus de Onuphrio
Horatius Rocca
Ferdinandus Cammereta
Franciscus Friuvii
Dominicus Caravita, &
Andreas Ruffo.
In Supremis Regni Neapolitani Dykasteriis Advocati.

RESPONSUM VIII.

IN EADEM CAUSA

COLLEGIORUM BONONIENSIUM.

SUMMARIUM.

1 *In Provinciis & Civitatibus Italiæ Statuta deferentia dotem mulieri sunt inter se diversa.*
2 *Statutum Florentiæ antiquum disponens quod succedant in dote ipsi liberi juxta receptiorem sententiam importat successionem filiorum ut heredum.*
3 *Sed in moderno Statuto fuit reformatum ita ut dos filiis uti filiis obtingat.*
4 *Successio ex vi pacti est & dicitur necessaria.*
5 *Nec habet locum quæstio Statuti.*
6 *Restitutio dotis a matre in stipulatione soluto matrimonio nullis superstitibus filiis adiecta facit præsumere quod si supervixerint dos uti donata iisdem acquiratur.*
7 *Multo magis si dictum sit filios succedere quo casu, uti filii veniunt ne pactum sit inutile.*
8 *Maxime vero si verba juxta Romanas Leges & Doctores Italos importent devolutionem dotis ad filios, uti filios.*
9 *Verbum* remanebunt *directe importat continuationem possessionis, oblique dat actionem ad rem sibi restituendam.*
10 *Quocumque casu importat dominium.*
11 *Verbum* remaneat *idem sonat atque* habeat *& verbum* habeat *indicat necessitatem habendi.*
12 *Verbum* pertinere *significat dominium rei esse illius ad quem res pertinet.*
13 *Sive consistat in jure vel possessione, vel hypotheca.*
14 *Clausula* come beni propri *habet significationem translativam dominii.*
15 *Et verbum* come *latine* ut *denotat translationem sequtam cum sit dictio indicativa veritatis.*
16 *Et verbum* proprj *latine* propria *est demonstrativum dominii.*
17 *Et æquivalet verbo* suoi.
18 *Quod ostendit dominium esse ejus cujus res sua dicitur.*
19 *Immo convenit quoque dominio communi cum aliis.*
20 *Quam comunionem excludit verbum* proprj.
21 *Dominium causatur ex proprietate.*
22 *Apud Jurisconsultos quandoque dominium usurpatur pro proprietate, & viceversa.*
23 *Verba* Beni Materni *indicant derivationem bonorum secus si dictum sit* beni della Madre *quo casu indicant actualem dominium.*
24 *Bona Paterna ea sunt quæ a Patre profecta sunt.*
25 *Confirma ut* num. *23. si ubi sit appositum verbum* materni *disponatur de dote in casu mortis matris.*
26 *Successio novam ademptionem seu acquisitionem importat.*
27 *Verbum* relteranno *præsupponit existentiam juris jam acquisiti non acquirendi.*
28 *Et indigitantem continuationem cum perseverantia in jure præcedenter acquisito.*

29 *Bo-*

29 *Bona dotalia quæ in dominio matri extant non possunt dici permansura in filiis tempore obitus ejusdem.*
30 *Naturalis explicatio verborum potius capienda, quam vim facere & evertere eorum significationem.*
31 *Conditio purificata post initum pactum retrotrabitur ad tempus ipsum in quo facta est conventio seu obligatio.*
32 *Verba in uno sensu prolata in una parte contractus, idem quoque in alia parte valere debent.*
33 *Verbum* proprietà *simpliciter prolatum sine ulla addictione verbi* piena *significat dominium.*
34 *Quæ si adsit importat proprietatem cum usufructu.*
35 *Bona materna tamquam adventitia ex legis dispositione subsunt servituti usufructus debitæ Patri habenti filios in potestate.*
36 *Mater quæ in dispositione bonorum favore filii excepit gemmas &c. in aliis rebus non exceptis jus irrevocabile filio transtulisse censetur.*
37 *Et habet locum argumentum differetivæ.*
38 *Venit ex natura contractus correspectivi contrabentes unum sine alio non fecisse.*
39 *Statutum Florentiæ probibet matri quamcumque dispositionem in præjudicium filiorum & eorum descendentium.*
40 *Mens mulieris in pactis nuptialibus debet præsumi uniformis Statuto viri sui.*
41 *Maxime si in regione viri fuerint ratificata.* Et num. 44.
42 *Cum Statutum loci viri non uxoris attendi debeat.*
43 *Quæstio super significatione verborum intrat in Statutis seu legibus de dote disponentibus secus vero in pactis.*
45 *In pactis apertissima mens paciscentis præferri debet cuicumque diversæ significationi.*
46 *Sponsa sibi imputare debet si quæ fuerint jura, & Statuta in loco domicilii viri non perquisivit.*
47 *Quocumque enim modo a marito res promittantur ad formam dispositionis Statuti loci viri promissio debet interpretari.*
48 *Cum omnia pacta in capitulis nuptialibus contracta naturam matrimonii sequantur.*
49 *Limita tunc pacta irritari si lædere possent publicam utilitatem vel jura in pactum deducta ad paciscentes pleno jure non pertinerent.*
50 *Quæ limitatio non habet locum si agatur de jure privatorum cum quisque suo favori possit renunciare.*

Dubium, pro cujus resolutione requisita fuere Collegia nostra juris Pontificii, & juris Cæsarei, formatur super pacto in capitulis nuptialibus firmatis Parisiis; & in Etruria ratificatis stipulato hisce verbis „ *E se la Signora Principessa morisse la prima* (idest in matrimonio) *lasciando figliuoli maschi, o femmine, la detta somma intera di scudi trecentomila* (idest pars dotis constituta in pecunia) *ed il soprappiù della prefata costituzione dotale, resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli, come beni propri materni* „ Et dubium est.

An hoc pactum intelligi debeat, ut impleta conditione obitus D. Principissæ in matrimonio, superstitibus filiis, dos devolvatur istis uti filiis, seu potius uti heredibus matris, ita quod D. Principissa nequiverit, vel respective potuerit de ipsa dote disponere in præjudicium dictorum filiorum.

Ea, qua decet ponderata attentione singuli Patres utriusque Collegii ad trutinam revocaverunt hoc dubium, & postea omnes simul de more coadunati, communicato colloquio, ac rimatis pluribus juris allegationibus, super resolutione ipsius dubii exaratis ab aliquibus Patrum, in eum concordi animo devenerunt sensum, quod prænarratum pactum intelligi debeat, ut dos D. Principissæ devolvatur filiis, uti filiis, non uti heredibus, & propterea D. Principissam non potuisse de ipsa dote disponere in præjudicium dictorum filiorum, & ad ita sentiendum moti fuere, tum ex vi pacti independenter a formalitate verborum, tum ex significatione, quam se-

cundum Romanas Leges, & Doctores Italos, ac alios infra allegandos, habent verba, cum quibus pactum fuit conceptum; tum denique ex clara mente Dominae Principissae, quod sua dos in casu ejus mortis in matrimonio, devolvatur filiis superstitibus uti filiis, non uti heredibus.

Si quidem ex vi pacti independenter a formalitate verborum, arbitrati fuere Patres, quod dos D. Principissae devolvatur filiis, uti filiis, quia in pactis non intrat quaestio, quam moverunt antiqui Legum Interpretes Itali, super verbis plurium Statutorum vigentium in Provinciis, seu Civitatibus, aut Locis Italiae, & deferentium dotem mulieris, vel
1 totam, vel in parte filiis, ut videre est penes *Sabell. var. resol.* 77. *& D. Tartagl. de reservat. Statutar. honor. matris art.* 1. *&* 2. & alios ibi allegatos, disputando an verba dispositionis Statuti auferant matri facultatem testandi de dote, vel solum reservent filiis successionem in dote, si mater aliter non disposuerit, prout super antiquo Statuto Florentiae disponente, quod *succedant in dote ipsi liberi*, contigit disputari inter Doctores Florentinos, opinantes deberi filiis dotem uti filiis, non uti heredibus, ac Paulum de Castro firmantem contrarium jacto fundamento in illo verbo *succedant*, importante successionem filiorum uti heredum, cujus opinionem
2 approbavere sua subscriptione antiqui nostrorum Collegiorum Patres, ac alii, & eisdem adhaesit Judex in sententia super illo casu prolata, cui Florentini acquieverunt, sed ut deinceps dos matris obveniret filiis uti filiis, reformarunt Statutum, istud aliis verbis concipientes, ut legitur in moderno Statuto Florentiae Rub. *Qualiter succedatur in dotem &c.* de quibus disputatione, sententia, & reformatione Statuti, testatur idem *Paul. de Castro in L. Si cum dotem num.* 10. 11. *&* 12. *ff. solut. matr.* Et in Consilio suo impresso penes *Cuman. cons.*
3 48. incipiente: *Statutum Florentiae*, & refert *D. Tartagl. de reservat. Statut. art.* 1. *num.* 1.

Talis inquam quaestio non intrat in pactis, quorum verba etiam si successionem filiorum uti heredum importarent, nihilominus sonus verborum attendi non deberet, sed ex peculiari natura pacti talia verba capienda forent pro successione singulari per viam contractus donationis inter vivos irrevocabilis, inducentis necessitatem relinquendi dotem filiis tamquam filiis, quorum successio ex vi pacti necessaria diceretur, & esset, ut notant *Soccin. Sen. cons.* 102. *num.* 6. *cum seqq. libr.* 3. *Aym. cons.* 139 *sub num.* 6. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. 4
gloss. 9. *num.* 107. *&* 111. *cum seqq. part.* 4. quos & alios refert, ac sequitur *Rot. decis.* 290. *num.* 16. ubi mulier pacta fuerat, „ *Che li figliuoli ereditino ogni cosa* „ *part.* 9. *tit.* 1. *rec.* atque hanc distinctionem inter Statutum, & pactum, collaudant, 5
ac amplectuntur *Fontanell. d. claus.* 4. *gloss.* 6. *num.* 8. *& Rot. cit. decis* 290. *num.* 17.

Idque est adeo verum, ut etiam si mulier simpliciter paciscatur dotem sibi restitui soluto matrimonio nullis superstitibus liberis, quorum aliquam ulteriorem mentionem non faciat, adhuc censeatur voluisse liberos positos in supradicta conditione acquirere suam dotem velut ipsis donatam, si post ejus mortem supersint, ut punctualiter docet *Castrens. in cit. L. Si cum dotem sub num.* 9. *vers.* 1. *casu ff. solut. matrim.* 6

Quapropter multo magis censeri debet, quod mulier expresse paciscendo dotem remanere, & pertinere ad filios superstites post ejus mortem in matrimonio voluerit filios succedere in dote uti filios, non uti heredes, ne pactum sit inutile, & superfluum, juxta communiorem Interpretum sententiam, quam rejectis contrariis tuentur *Fontanell. de pactis nuptial. claus.* 7
4. *part.* 4. *gloss.* 19. *num.* 64. *& plur. seqq. ac Cutel. de donat. tom.* 2. *special.* 17. *a num.* 28. *ad* 33.

Progrediendo autem ad examen (licet ex praemissis superfluum) significationis verborum, cum quibus conceptum fuit pactum praenarratum, fir-

firmiorem agnoverunt Patres eorum sensum, quod dos D. Principissæ devolvatur filiis, uti filiis, non uti heredibus, quia eadem pacti verba seorsim, & eo magis simul juncta important translationem dominii bonorum, & jurium Dotalium in filios, juxta significationem, quam habent in Romanis legibus, & apud Italos Doctores, ac alios infra allegandos; adeo ut, & si dicta verba essent non in pacto deducta, sed in lege scripta, adhuc ex ipsa eorum significatione intelligi deberet dotem devolvi ad filios uti filios, non uti heredes juxta distinctionem *Paul. de Cast. d. L. Si cum dotem num.* 10. *cum duob. seqq.* inter Statuta disponentia per verba vel
8 successionem, vel lucrum, aut pertinentiam importantia.

Etenim verbum *resteranno* Italici sermonis & *remanebunt* in Latino idiomate; duplicem habere potest significationem, alteram directam, ut si ille, apud quem ex pacto res debet restare, eam rem possideat, tunc ex vi pacti res remanet apud illum; alteram obliquam, ut si non possideat, tunc virtute pacti petere valet rem sibi restitui, juxta theoricam *Bartol. in L. Prætor.* 3. *num.* 2. *ff. de collat. bonor.* quam passim sequuntur Docto-
9 res in *L. Centurio ff. de vulgar. & pupillar. & in L. Precibus C. de Impuber. & aliis substit. & consonat Textus in eadem L. Prætor. post princ. ibique gloss. vers. remaneat L. Tale pactum* 41. *§. fin. ibique gloss. vers. remaneret, & Bart. in princ. ff. de pact. L. fin. §. ult. in fin. ff. de legat. & fideicomm.* 2. *& L. Si cum ante* 7. *ibique gloss. vers. remanerent C. de donat. ante nupt. & notat Rot. Genuens. apud Balducc. dec. & res judic. tit.* 3. *dec.* 21. *a num.* 19.

Idcirco in quacumque significatione accipiatur illud verbum *resteranno*, semper verum erit importare dominium in eum, apud quem res ex pacto remanere debet, quia apud possidentem, non dominum res invito domino remanere non potest, & solus dominus rem sibi restitui a posses-
10 sore non domino petere valet, ut sancitum legitur in toto *tit. ff. & C. de rei vindicat.*

Et propterea optime tradit *Bartol. in L. Centurio n.* 51. *ff. de vulg. & pupill.* quod verbum *remaneat* intelligitur *habeat*, cum istud verbum *habeat* positum in Statuto, importet necessitatem habendi; adeo ut mater non possit per actum sive inter vivos, sive ultimæ voluntatis auferre filiis dotem, quam Statutum istis defert, disponendo, quod dotem *habeant* filii, juxta *dist. d. Pauli de Castro loco mox cit. & per Textum in L. Stipulatio ista* 38. *§. Habere, licere ff. de verb. oblig.* notat *Sabell. d. resol.* 11
77. *num.* 16.

Verbum *apparterranno*, quod in idiomate Latino sonat *pertinebunt*, significat dominium rei esse illius, ad quem res pertinet, prout in significationem dominii, legitur positum verbum *pertinet in L. Non solum* 39. *§. Qui alieno, & §. Quæritur vers. & ait ff. de procurat. L. Bona fide vers. incurrit ibique gloss. vers. pertinet ff. deposit. L. Cum mater.* 28. *ff. de inoffic. testam. L. Ait Prætor. ejus rei* 8. 12
ibique gloss. vers. pertinet ff. de jur. jur. L. Sciendum 70. *in fine* ibique *gloss. vers. verba hæc ii ff. de verb. & rer. signif. L.* 1. *§. Illud tenendum vers. prodest autem ff. quar. legator. L. Si sine Judice* 22. *§. Si in stipul. ff. rem rat. habere L. etiam si non dotem* 8. *ibique Bart. num.* 1. & in eadem significatione dominii sumunt idem verbum *pertinet* Doctores Itali, inter quos *Phannuc. de lucr. dot. gloss.* 11. *sub num.* 10. *vers. aliud dicunt Bonden. collect. legal.* 49. *n.* 81. *& Rot.* post eum *dec.* 39. *n.* 1. *tom.* 1. *Ansald. de commerc. & mercat. disc.* 12. *num.* 5. *Rot. post Adden. ad cons. Ramon. dec.* 11. *num.* 10. *libr.* 4. & quidem etiam in Gallia verbum *pertinere* significat dominium teste *Rebuff. in L. Verbum illud.* 181. *in princ. ff. de verb. & rer. signif.*

Et quamvis Pomponius in *dicta L. Verbum illud* 181. intelligat verbum *pertinere* adaptari, tam rebus, quæ dominii nostri sint, quam rebus in nostro dominio non existentibus,

a no-

a nobis tamen possessis, vel aliquo ju-
re nobis debendis, hinc tamen non
excludit a verbo *pertinere* significatio-
nem dominii, quod si non cadit in
re, verificatur in jure, vel possessio-
nis, vel hypothecæ, seu in alio jure
super ipsa re, & proinde innegabile
redditur verbum *pertinere* semper si-
gnificare dominium, ut docet *Bald.*
13 *in L. 3. num. 1. & seqq. ff. si usufr.
pet. Merlin. de pignor. libr. 4. quæst.
105. num. 1. 2. Bonden. cit. collect.
49. num. 81. & Vibell. de contract.
mulier. cap. 3. §. 6. num. 81. cum
aliis per eos citat.*

Clausula illa *come beni proprj* sua-
pte natura habet significationem trans-
lativam dominii, ut advertunt *Crott.*
14 *in L. Qui Roma §. Duo fratres n.
133. ff. de verb. oblig. & Mart. de
clauf. part. 1. clausul. 212. num. 2.*

Namdictio *come*, Latine *ut*, deno-
tat vere translatum fuisse dominium bo-
norum, cum sit dictio indicativa ve-
ritatis, ut exponit *gloss. in L. Cum*
15 *aliis vers. ut a matre C. de sec. nupt.*

Et verbum *proprii* conversum in
Latinum idioma dicitur *propria*, at-
que est demonstrativum dominii apud
eum, cujus res *propria* nuncupatur,
sicuti in hoc sensu legitur in Textu,
16 tum juris Pontificii *in c. nolo caus.
12. quæst. 1. cap. expendit, & cap.
nulla eadem caus & q.* tum juris
Cæsarei *in L. Si id quod 15 in princ.
ibique gloss. vers. proprium ff. de duob.
reis, & L. Fœnerator ibique gloss. vers.
propria ff. de probat. & L. penult. §.
1. ff. de via public. & L. 1. §. Pro-
priam causam, & §. seqq. ff. quand.
appellat. sit*, & tradunt *Bertazzol. in
L. Si quis major num. 630. cum seqq.
C. de transact. Castill. de usufruct. cap.
75. sub num. 36. vers. dominium, &
num. 37. cum seqq. & Rebuff. in L.
Interdum proprietatem ff. de verb. &
rer. signific.*

Si quidem istud verbum *proprii*
æquivollet verbo *suoi*, atque parem,
17 & uniformem habet utrumque ver-
bum, significationem. *Text. in cap.
unic. de for. compet. in 6. & in L. Si
mariti ff. de injur. L. Uti frui 5. in
princ. vers. quia ff. si usufr. petat. L.
Pronunciatio §. Familiæ ibique gloss.
vers. propriam familiam ff. de verb. &
rer. signif. &* firmant *Alberic. de Ro-
sat. in ejus dictionario vers. suum, ac
Rebuff. loco mox. cit.* Idcirco sicuti
verbum *suoi*, ostendit dominium esse
ejus, cujus res sua dicitur *Text. in L.
Quintus Mutius 29. & L. scribit 36.* 18
*in princ. vers. id enim ff. de aur. &
arg. leg. &* notant *Roland. a Vall.
cons. 71. num. 28. vol. 2. Tusc. pra-
ctic. concl. litera N. concl. 59. num. 1.
Card. de Luc. de jurisdict. disc. 48.
num. 11.* Ita fateri oportet, quod
verbum *proprii* parem habeat dominii
significationem, immo etiam majo-
rem, quia verbum *suoi*, convenit e-
tiam dominin communi cum aliis, *L.* 19
*Pupillus est 239. §. Verbum suum ff.
de verb. & rerum signific.* Verbum au-
tem *proprii*, excludit quamcumque com-
munionem dominii significando domi-
nium totum esse penes illos, quorum
res *propria* dicitur *Text. in L. In Pro-* 20
*vincial. §. Quod si socius meus ff. de
oper. nov. nunc. L. 1. §. Per comm.
serv. ff. de acquir. vel ammit. possess.
L. Si id quod contendis ff. Familia er-
cisc.* & optime advertit *Rub. de con-
fus. & distinct. jur. defunct. & hered.
cap. 3. a num. 53. ad 59.*

Certius etiam quia res dici ne-
quit propria alicujus non habentis rei
dominium, quod non potest esse pe-
nes carentem proprietate, unde neces-
sario consequitur, quod ille, cujus
propria res dicitur, sit etiam domi-
nus ipsius rei, nam dominium causa-
tur ex proprietate, sicque ex eo quod
res sit propria, ut advertunt *Rip. &* 21
*Alciat. in L. Naturaliter §. Nihil
commune*, ille *num. 8.* iste *num. 18. ff.
de acquir. possess. Faber. in §. Omnium
num. 21. Inst. de act.* optime *Castill.
de usufr. d. cap. 75. num. 38.* Et pro-
pterea legum latores, & Jurisconsulti
plerumque appellatione dominii intelli-
gunt proprietatem, & appellatione
proprietatis dominium, ut habetur in
*L. Si Procurator 13. ff. de acquir. rer.
dominio L. Ordinarii 13. C. de rei vin-
dicat. L. Si quis conductionis ibique
gloss. vers. restituere C. locat.* & in aliis jur. 22
allegat. a *Castill. cit. cap. 75. n. 19. & 41.*

De-

Denique verbum *materni*, Latine *materna*, evidentiſſime ſuadet acquiſitionem bonorum promiſſorum, eorumque collationem in filios matris promittentis, quia ſignificatio illius verbi, profecto verti nequit in ſenſum dictionis *della madre* ſive *matris*, ſed retinet ſuum proprium ſenſum indicantem derivationem a matre, juxta communiorem uſum loquendi, nam quando loquimur de bonis in dominio matris exiſtentibus, dicimus *beni della madre*, ſive *bona matris*, non autem *beni materni*, ſive *bona materna*, quando vero exprimere volumus bona, quæ fuerunt matris, utimur verbis *beni materni*, ſive *bona materna*, numquam id exponendo per dictionem *della madre*, ſive *matris*, ut diſtinguamus bona in dominio matris extantia
23 a bonis translatis in dominium filiorum provenientibus a matre. *Text. in L. Cum aliis C. de ſecund. nupt. L. 1. & toto C. de bon. matern. & L. Cum non ſolum C. de bonis, quæ liber. Calvin. Lexicon. juriſdict. lit. M. verſ. Maternum*. Sicuti bona paterna dicuntur
24 ea, quæ a patre profecta ſunt *L. Sive poſſidetis C. de probat.*

Ulterius ad confirmandam in hac Theſi ſignificationem illius verbi *materni* indicantem derivationem bonorum a matre, non autem dominium ipſorum bonorum apud illam, additur animadverſio, quod capitulum, in quo poſitum eſt illud prædictum verbum *materni* diſponit de dote in caſu mortis matris, non ea vivente; ideoque dicendo: *resteranno, ed apparterranno ad eſſi figliuoli, come beni pro-*
25 *prj materni*, iſtud verbum *materni* ſumi nequit, ut ſignificativum dominii matris, ſed per neceſſe accipi debet, ut ſignificativum dominii filiorum in dictis bonis, & iſtorum derivationis a matre.

Aſt ſi ex verbis prænarrati pacti ſingillatim perpenſis, conſtat dominium bonorum, & jurium dotalium D. Principiſſæ fuiſſe translatum in filios, tanto magis id autumarunt Patres patefieri ex iiſdem verbis ſimul ſumptis.

Non enim verificari poteſt, quod moriente in matrimonio D. Principiſſa iſtius bona dotalia remanerent, & pertinerent ad filios uti bona propria materna, juxta pactum conventum, niſi concedatur dominium eorundem bonorum in eoſdem filios translatum, jure pacti præfati, non autem jure ſucceſſionis inteſtatæ vel teſtatæ, quia ſucceſſio novam adeptionem, ſeu acquiſitionem importat, juxta citatam theoricam *Caſtrenſ. in L. Si cum dotem ff. ſolut. matrim.* 26

Quapropter ſi hoc pactum intelligeretur reſervare filiis in iſtis bonis dotalibus ſucceſſionem teſtatam, vel inteſtatam, ut ex adverſo prætenditur, bona dotalia, non remanerent, ſed pervenirent ad filios poſt matris mortem, cum autem hæc bona debeant remanere, & pertinere ad filios, uti bona propria materna, ſic dictante ipſo pacto, inficiari nequit dominium eorumdem bonorum translatum fuiſſe in filios permanendum irrevocabiliter apud iſtos in morte matris; non vero tunc acquirendum jure ſucceſſionis teſtatæ, vel inteſtatæ; cum relata pacti verba præſeferant dominium bonorum fuiſſe filiis acquiſitum in ipſomet actu conventi pacti, continuandum, & perſeverandum apud eos poſt obitum matris, ut verificetur, quod bona dotalia apud filios, uti bona propria remanerent, juxta propriam ſignificationem illius verbi *resteranno* præſupponentem exiſtentiam juris jam acquiſiti non acquirendi. *Gloſſ. in L. Tale pactum §. ult. verſ.* 27
remaneret ff. de pactis. Quam ſequuntur. *Bero conſ. 204. num. 46. lib. 1. Menoch. conſ. 238. num. 34. Antonin. reſol. 87. num. 3. & Rot. coram Emerix Jun. dec 1025. num. 14.* & indigitantem continuationem cum perſeverantia in jure præcedenter acquiſito 28
Text. in cap. ſi ex bona de pœniten. diſtinct. 4. & in L. Sed hoc ita ff. de re judic. L. Ammiſſione ff. de cap. diminut. & L. Sed ſi manent ff. de precar. & tradunt *Lancellot. Gall. conſ. 114. n. 53. Menoch. conſ. 1155. num. 28. Manſ. conſult. 186. num. 5. Torr. de primog. Ital. part. 2. quæſt. 22. num. 3. Anſald. de commerc. & mercat. diſc. 6. num 16. Rot. in rec. dec. 630. n. 34. part.*

part. 4. tit. 6. & dec. 197. n. 79. part. 5. ad: coram Emerix Jun. dec. 1025. sub num. 14. verf. præfertim, & Rot. Genuen. apud Balducc. decif. & rer. judic tit. 3. dec. 21. num. 18.

Nec obſtare crediderunt Patres, quod bona dotalia D. Principiſſæ ipſa vivente, erant penes Principem virum non penes filios, & exceptis pecuniis in partem dotis ſolutis, extabant in dominio D. Principiſſæ, & proinde videatur dici non poſſe, eadem bona permanſura in filiis tempore obitus D. Principiſſæ in matrimonio, &
29 conſequenter illud verbum *reſteranno*, importare debeat, ſi non connaturaliter, ſaltem attenta hac circumſtantia novam acquiſitionem ipſorum bonorum filiis.

Etenim Patres animadverterunt non deficere magis connaturalem explicationem effectus verbi *reſteranno* quæ potius capi debet, quam recurrere ad faciendam vim ſignificationi ejusdem verbi, immo ad iſtius ſignificationem evertendam. *Text. in L. Non aliter ff. de legat. 3. L. Si alii ff. de uſufr. legat. Handed. conſ. 46.*
30 *n. 53. libr. 2. Giurb. dec. 32. n. 1. Theſaur. decif. 270. num. 21. & Rot. decif. 365. num. 7. part. 16. rec.*

Naturalis ſiquidem ſignificatio verbi *reſteranno*, ut fuit ſupra probatum nil aliud importat, quam continuationem juris acquiſiti, cum perſeverantia in ipſo jure. Effectus autem hujus ſignificationis, optime verificatur in dicto pacto, quod fuit conditionaliter initum ibi „ *E ſe la Signora Principeſſa moriſſe la prima laſciando dei figliuoli* „ quæ verba inducunt conditionem eventualem, ſeu cauſalem, cujus natura ea eſt, ut licet purificetur poſt initum pactum, attamen purificata, retrotractionem facit temporis ſuæ purificationis ad tempus ipſum, in quo facta eſt conventio ſeu obligatio conditionalis *l. cedere diem ff. de verb. & rer ſignif. L. Potior verſ. videamus, & L. Qui balneum verſ. amplius ff. qui potior in pign. habeantur*
31 *Bart. in L. Filius ff. de verb. obligat. Sabell. var. reſol. reſ. 23. n. 1. D. Tartagl. de reſerv. Statut. art. 11. num. 10. cum ſeqq. Magon. dec. Luceuſ. 11. num. 13.*

Idcirco purificata conditione præmorientiæ uxoris ſuperſtitibus viro, & filiis illa acquiſitio, quam faciunt filii ob conditionem purificatam, retrotrahitur (non curato medio tempore, in quo uxor erat domina bonorum dotalium, & iſta extabant penes virum) ad tempus conventi pacti conditionalis, ac ſi de eo tempore abſque ulla conditione pactum fuiſſet ſtipulatum; adeo ut filii non dicantur acquirere dominium bonorum illa die purificatæ conditionis, ſed idem dominium jam acquiſiviſſe uſque a die pacti, ut explicant jura, & Doctores mox citati.

Hinc igitur tranſit in evidentiam, quod licet dominium bonorum dotalium exſtiterit penes D. Principiſſam iſta vivente, & eadem bona eſſent apud D. Principem virum, nihilominus prælatum verbum *reſteranno* habet effectum ſuæ connaturalis ſignificationis in hoc pacto ſub prænarrata conditione convento; ita quod nulla occurrit neceſſitas faciendi vim ſignificationi ipſius verbi, ut det acquiſitionem dominii dictorum bonorum filiis in morte matris per ſucceſſionem teſtatam, vel inteſtatam, dum virtute retrotractionis temporis purificatæ conditionis ad diem pacti, illud dominium in hac die acquiſitum cenſeatur ipſis filiis, ac in iſtis continuatum, & permanens tempore purificatæ conditionis iuxta germanam ſignificationem dicti verbi *reſteranno*.

Firmiſſimum tandem cenſuerunt Patres eorum ſenſum, quod dos D. Principiſſæ devolvatur filiis uti filiis, non uti heredibus, ſcrutando mentem D. Principiſſæ in dicto convento pacto, quæ Patribus viſa fuit manifeſta pro illius dotis devolutione filiis uti filiis, non uti heredibus.

Nam in iisdem capitulis nuptialibus D. Principiſſa, volens transferre in D. Principem virum lucrum tertiæ partis dotis, ſi illa ſine filiis præmoreretur, concepit pactum lucri dotalis cum hiſce verbis: *l'altro terzo reſtando ad eſſo Sig. Principe per guada-*

da-

dagno nuziale in piena proprietà.

Optans ulterius ipsa D. Principessa si superviveret viro, & postea decederet non superstitibus filiis ejusdem matrimonii sibi acquirere dominium augmenti dotis promissi a D. Principe viro, ab isto stipulata fuit, quod hoc augmentum „ *sarà ed apparterrà in piena proprietà a detta Signora Principessa*.

Intendens autem e converso D. Principissa in casu ejus super viventiæ viro, extantibus communibus filiis, habere solum usumfructum augmenti dotis prædicti, & istius dominium transferri in eosdem filios convenit: *Che ella non godrà, se non per usufrutto il detto augumento di dote, restando la proprietà di quello per il tutto a detti figliuoli*.

Dum igitur in hisce nuptialibus capitulis, in quibus certum est, D. Principissam voluisse transferre dominium, vel lucri dotalis in D. Principem virum, vel augmenti dotis, sive in se ipsam, sive in filios, ista dominii translatio concepta fuit cum illis verbis: *restando in piena proprietà: apparterrà in piena proprieta: restando la proprietà*: ambigi nequit, quod etiam in alio ex dictis nuptialibus capitulis, in quo conventum fuit pactum quod: *la detta somma intiera di trecentomila scudi, ed il soprappiù della prefata constituzione dotale, resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli, come beni propri materni*: hæc verba: *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come beni proprj*, fuerunt prolata ex mente D. Principissæ in sensu translativo dominii in filios, sicuti ex eadem D. Principissæ mente eadem verba *restando: apparterrà: proprietà*, fuere in aliis supradictis capitulis posita in hoc ipso sensu dominii translativo; cum explorati juris sit, quod verba in aliqua parte contractus prolata in uno sensu intelligi debeant posita cum eodem sensu in alia parte ipsius contractus, ut ex theorica *Bartol. in L. final. ff. de rebus dub.* firmant *Casanat. consf.* 15. *num.* 6. & *consf.* 47. & *num.* 60. & alii

32 quos refert eandem theoricam *Bartol.* amplectendo. *D. de Comit. dec. Florent.* 8. *num.* 7.

Nec obicem facere putaverunt Patres, quod in lucro dotali acquirendo D. Principi viro, si solveretur matrimonium per mortem D. Principissæ, nullis relictis filiis, & in augmento dotis lucrando per D. Principissam superviventem D. Principi viro, & postea decedentem sine filiis ejusdem matrimonii, fuerit quidem dictum, proprietatem lucri dotalis remanere D. Principi viro, & proprietatem augmenti dotis esse, & pertinere ad D. Principissam, sed proprietati additum fuit verbum *piena* ibi „ *in piena proprietà*; quod verbum *piena*, vel aliud verbum æquipollens non habetur in illo pacto „ *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come beni proprj materni*; unde forte videatur, quod verba hujus pacti, ob defectum dicti verbi *piena*, vel alterius verbi æquipollentis, nequeant intelligi in eo sensu, cum quo prolata fuere in aliis pactis prænarratis.

Cogitaverunt enim Patres objectionem prorsus eliminari, ex eo, quod illud verbum *proprii* per se, absque alio verbo illi adjuncto, ex sua connaturali significatione demonstrat dominium rei esse apud eum, cujus propria res dicitur, sicuti etiam verbum *proprietà*, simpliciter prolatum, non addita illa dictione *piena*, significat dominium, ut superius probatum fuit, idcirco, si in dictis aliis pactis non fuisset addita illa dictio *piena* verbo *proprietà*, adhuc inficiari non posset translationem dominii lucri dotalis, & respective augumenti dotis, 33 fuisse factam in verbis „ *restando in proprietà: sarà, ed apparterrà in proprietà* „, sicuti dubitari nequit dominium augumenti dotis in casu superviventiæ Dominæ Principissæ Domino Principi viro, tempore illius mortis relictis filiis ex eodem matrimonio, fuisse translatum in filios per illa verba „ *restando la proprietà di quello per il tutto a' detti figliuoli* „ simpliciter prolata absque illa dictione *piena*, cui dictioni non æquipollet illa dictio *per il tutto* quæ non ampliat signifi-

cationem verbi *proprietà*, sed indicat augmenti dotis totalitatem, ut totum remaneat filiis in proprietate; ideoque cum in illis aliis pactis mens Dominæ Principissæ fuerit, quod dominium foret translatum, non ex illa dictione *piena* sed ex aliis verbis superius perpensis, semper subsistit, quod eadem verba prolata sine ea dictione *piena* in pacto convento super dote favore filiorum, in eodem sensu translativo dominii intelligi debeant, eoque magis attento defectu dictionis *piena* in pacto translativo dominii augmenti dotis in filios, idque solum sufficere existimatur ad eliminationem objecti neutiquam applicabilis huic pacto.

Præterea ad omnimodam ipsius objecti eversionem satis superque efficax reputata fuit a Patribus animadversio, quod in illis pactis, in quibus addita fuit illa dictio *piena*, ista dictio importat dominium, seu proprietatem fuisse plene translatam, idest junctam cum usufructu, ad distinctionem nudæ proprietatis, quam habet
34 rei dominus sine usufructu, qui ad alium pertinet ut habetur *in L. Si ita stipulatus fuero*, *§. Titius ff. de verb. oblig. L. Si dominus ff. de usufr. L. Si aliis*, *& L. Sempronius ff. de usufruct. legat. L. Cum in fundo ff. de jur. dot. L. Fœminæ §. Illud C. de secund. nupt. & §. 1. ac §. finitur Instit. de usufr.* & his juribus citatis notat. *Castill. de usufr. cap. 75. num. 1. cum seqq.*

Si autem eadem dictio *piena*, vel alia æquipollens fuisset in pacto inito super dote favore filiorum tunc dubitari potuisset, an D. Principissa paciscens, intellexisset prohibere D. Principi viro usumfructum in bonis maternis translatis in dominium filiorum, quorum bona adventitia, qualia sunt materna ex legis dispositione subsunt servituti usufructus debitæ patri habenti filios in potestate, *Text. in L. Cum oportet*, & *in L. fin. C. de bonis quæ liber*, & in aliis juribus allegatis *a Castill. de usufr. cap. 3. n.*
35 *3.* Nolens autem D. Principissa prohibere usumfructum patri ideo omisit adjicere dictionem illam *piena*, vel aliam æquipollentem, & proinde omissio istius dictionis, vel alterius æquipollentis, non excludit, quin verba istius pacti sint intelligenda in eodem sensu translativo dominii, prout intelliguntur in aliis recensitis pactis, cum hac tamen modificatione in dicto pacto, quod ob defectum dictionis *piena*, vel alterius similis dictionis, intelligatur translatum dominium nudum nempe sine fructuum utilitate, in aliis vero pactis, ob additam illam dictionem *piena* intelligatur translatum dominium plenum, idest cum usufructu causali.

Ad comprobationem ejusdem mentis D. Principissæ, quod ejus dos devolveretur filiis, uti filiis, non uti heredibus, perpenderunt Patres illud aliud pactum in iisdem Capitulis nuptialibus contentum, *che tutte le gioje, ed altri mobili preziosi, che saranno dati a detta Signora Principessa, innanzi, e dopo la celebrazione del matrimonio, &c. resteranno in sua libera disposizione, anche durante il matrimonio medesimo*.

Quæ gemmæ, & mobilia pretiosa comprehendebantur sub dote constituta etiam in bonis mobilibus ad D. Principissam perventuris, ex titulo quoque donationis, juxta aliud pactum in præfatis capitulis stipulatum, & consequenter aderant sub pacto hodie controverso, quod bona dotalia remanerent ad filios, uti bona propria materna, nisi successive fuisset initum pactum mox relatum.

Ideoque D. Principissa volens habere facultatem disponendi de illa parte suæ dotis, consistente in dictis gemmis, & mobilibus pretiosis, ista exprefse excepit a præcedenti pacto, quod bona dotalia remanerent, & pertinerent ad filios; unde elucescit ejus mens transferendi per istud præcedens pactum dominium irrevocabile bonorum dotalium in filios, quia excipiendo ab hoc pacto per subsequentem conventionem gemmas, & mobilia prædicta, firmavit regulam in aliis bonis dotalibus non exceptis, ut non posset de istis disponere, veluti transla-

latis ex vi antecedentis pacti in do-
minium filiorum irrevocabile *Ad Text.
in cap. nonne in fin. de præsumpt. L.
Quæsitum §. Denique ibique gloss. vers.*
36 *non potest ff. de fund. instruct. L. Nam
quod liquide* 4. *ff. de pen. leg. Everard.
in loco ab exceptione ad regul. num.* 1.
cum seqq. D. de Comit. dec. Flor. 58.
num. 19.

Confirmatam ulterius eamdem D.
Principissæ mentem cognoverunt Pa-
tres, a discretivo loquendi modo ejus-
dem Dominæ Principissæ quæ inten-
dens habere facultatem disponendi de
aliquibus rebus dotalibus, id exponere
scivit, & explicavit, unde insurgit
validissimum argumentum, quod si
intellexisset, & voluisset sibi reserva-
re facultatem disponendi de aliis dota-
libus bonis, quæ illi placuit subjicere
pacto, quod remanerent, & pertine-
rent ad filios, id utique explicare sci-
visset, & expressisset, & propterea
cum non expresserit, censendum est
D. Principissam noluisse posse de illis
37 disponere *L. Unic. §. final. C. de ca-
duc. tollend. D. de Comit. dec. Flor.*
8. *num.* 8. *& dec.* 19. *num.* 16.

Constabiliri quoque mentem ipsam D. Principissæ putaverunt Patres a correspectivitate pactorum conventorum in iisdem capitulis nuptialibus. Hæc autem correspectivitas eruitur ab augumento dotis in tertia istius parte, promisso a D. Principe tunc Sponso, lucrando per D. Principissam superviventem viro, quo ad usum fructum; si postea decessisset relictis filiis ejusdem matrimonii, & etiam in plena proprietate non superstitibus hisce filiis, quod dotis augmentum, non fuisset aliquo modo recompensatum, si D. Principissa præmoriens viro relictis filiis, ut evenit, potuisset disponere de dote in præjudicium filiorum, qui, nec vir superstes, quidquam lucrarentur, unde omni jure præsumi debet, quod D. Principissa Sponsa intellexerit, & voluerit in isto casu ejus dotem devolvi ad filios uti filios, non uti heredes, & quod alias D. Princeps Sponsus non promisisset præfatum dotis augmentum, juxta propriam naturam contractus correspecti-
vi, qui dicitur existere, quando con
trahentes unum sine alio non fecissent 38
per *Text. in L. Cum ejusdem §. Inter
decem ff. de Ædilit. edic. Bart. in L.
Aurelius §. Idem queritur ff. de lib.
leg. Decian. cons.* 45. *num.* 5. *Peregr.
dec.* 81. *per tot.* cum aliis adductis *a
Giurb. dec. noviss.* 85. *sub num.* 19.

Demum ad majorem corrobora-
tionem hujusmodi mentis Dominæ
Principissæ animadverterunt Patres ma-
xime conferre Statutum Florentiæ sub.
Rub. *Qualiter succedatur in dotem
uxoris præmortuæ*, ubi sancitum est „
*Quod nulla mulier constante matrimo-
nio in dote, vel de dote, vel ejus par-
te, possit condere aliquam ultimam vo-
luntatem, nec aliquid etiam inter vi-
vos quoquomodo disponere de dicta dote,
vel ejus parte in præjudicium filiorum,
seu descendentium ex eis* „ quia sicuti
istud Statutum aufert mulieri morien-
ti in matrimonio relictis filiis facul- 39
tatem disponendi de dote, ita quoque
credendum est D. Principissam pacis-
centem, quod ejus bona dotalia rema-
nerent, & pertinerent ad filios, uti
bona propria, voluisse non posse de
istis bonis disponere in præjudicium
filiorum, cum illius mens debeat præ-
sumi uniformis Statuto prædicto. *Se-
natus Mantuæ in Voto impresso apud
Bonden. collect.* 48. *num.* 101. *vol.* 2. 40
Rot. coram Emerix Jun. dec. 57. *n.* 5.

Haud obstante, quod capitula
nuptialia fuerint firmata Parisiis, nam
ex eorum ratificatione facta Floren-
tiæ, ibi suam receperunt perfectio-
nem, & consequenter Statutum Flo-
rentiæ attendi debet, ut loquendo de
capitulis nuptialibus firmatis in Gal-
lia, & ratificatis in Urbe Roma,
quod Romanum Statutum sit atten-
dendum censuit *Rota dec.* 85. *num.* 7. 41
cum seqq. & dec. 155. *num.* 3. *part.*
14. *rec.* quia Statutum loci viri, &
non uxoris attendi debet *L. Exigere
ff. de Judic.* & firmant *Soccin. Sen.
cons.* 24. *col.* 2. *vers. sed defendendo* 42
libr. 1. *Tiraquell. de leg. connub. gloss.*
2. *num.* 45. *ad* 52. *Franc. Cremon,
not.* 66. *incip. Statuto Florentino. Card.
de Luc. de dote disc.* 1. *num.* 9. *&
disc.* 128. *num.* 10.

Firmato itaque ex præmissis, quod pactum conventum super dote mulieris favore filiorum, quibuscumque verbis conceptum, ex sua peculiari natura in hoc distincta a legum sanctionibus, semper facit devolvere dotem ad filios, uti filios, non uti heredes, & quod hanc ipsam dotis devolutionem præseferunt illa controversa pacti verba, *resteranno*, *ed apparterranno ad essi figli*, *come beni proprj materni*, sive seorsim, sive simul sumpta, veluti transferentia irrevocabile dominium bonorum dotalium in filios, juxta significationem, quam habent in Romanis Legibus superius citatis, & in populis jure scripto Romano utentibus, ut colligitur ex DD. supra allegatis, & quod mens D. Principissæ sic paciscendo, fuit transferendi irrevocabile dominium suæ dotis in filios, nil resisteret quod Parisiis, ubi firmata fuere pacta nuptialia, eadem pacti verba ex jure consuetudinario alium haberent significatum.

43 Tum quia quæstio super significatione verborum intrat quidem in Statutis, seu aliis legibus disponentibus de dote mulieris favore filiorum, non vero in pactis juxta superius firmata.

44 Tom quia ipsa verba intelligi debent in ea significatione, quam habent in loco D. Principis viri, ubi perfectionem suam receperunt capitula nuptialia, in ratificatione eorum ibi subsequuta, ut firmavit *Rota in cit. dec.* 85. & 115. *part.* 14. *rec.* & maxime cum eadem verba sint uniformia præcitato Statuto loci viri.

45 Tum etiam quia apertissima mens D. Principissæ paciscentis transferendi dominium irrevocabile in filios, attendi, & præferri debet cuicumque diversæ significationi, quam verba pacti habere possent *Text. in L. Eum qui* 56. *in princ. ff. de verb. oblig. L. In conventionibus* 219. *ff. de verb. & rer. signific L.* 3. *C. de liber. præter. L. Non aliter ff. de legat.* 3. & *L. Labeo in fin. ff. de suppellect. legat.*

Illud denique addendo, quod quidquid sit de quacumque consuetudine Parisiensi vigente pro interpretandis hujusmodi pactis; attamen dum D. Principissa deserebat patrios lares, & se conferebat ad extraneam viri regionem, in qua, vel jura Romanorum, vel jura municipalia domicilii viri servantur, exquirere tenebatur, an jura Romanorum, & municipalia pugnarent cum consuetudine prædicta, ad hoc ut sibi reservare posset beneficium hujus consuetudinis; unde imputandum est D. Principissæ si diligenter non perquisivie, quæ, & qualia fuerint jura Romanorum, & municipalia loci mariti, circa Interpretationem similium pactorum, occasione dotium, & quid disponeret Statutum loci mariti super dotibus, *juxta Text. in L. Qui cum alio ff. de regul. jur.* & probat *Roland. de lucr. dot. quæst.* 14. *per tot.* ubi respondet rationibus, & Auctoritatibus contrariis. 46

Ita ut etiam in casu dubio, qualis non est sane præsens, neque recurri valeret pro interpretatione, seu declaratione pacti ad consuetudines Parisienses, quia quoquomodo fuerint concepta capitula nuptialia, & non obstante, quod quibusvis generalibus verbis habita fuisset loquutio, veluti etiam si maritus promisisset restituere dotem in loco contractus, vel alibi, vel ubique locorum; adhuc tamen secundum Romanas leges, censenda foret promissa ad formam dispositionis Statuti loci viri, ut firmant *Alberic. de Rosat. tract. Statut. part.* 2. *quæst.* 8. *in fin. Campeg. de dot. part.* 5. *quæst. ult. Bald. consil.* 31. *vol.* 3. *Ruin. cons.* 58. *colum.* 3. *in fin. vol.* 3. cum aliis cit. *per Roland. de dot. quæst.* 19. *per tot.* 47

Sicque multo minus pactum D. Principissæ, quod bona dotalia remanerent, & pertinerent ad filios uti bona propria materna, intelligi poterit, jure successionis hereditariæ secundum consuetudinem Parisiensem: nam cum D. Principissa, & D. Princeps conjuges voluerint ex integro, & ex proposito dictum pactum concorditer stabilitum fuisse favore filiorum, omnis sane interpretatio, si quæ sumenda foret, regulari deberet a præcitato *Text. in L. Exigere ff. de Judic.* & ab

ab aliis legibus Romanis, superius allegatis, quia quæcumque pacta in capitulis nuptialibus contracta, naturam
48 matrimonii sequuntur *ad Text. in L. Si tibi rem ff. de præscrit. verb. & L. 1. C. de pactis*.

Et fortasse consuetudines, & leges Parisienses irritare valerent talia pacta, ubi tangerent publicam utilitatem, vel ubi jura in pactum deducta pleno jure non pertinerent ad paciscentes juxta casum relatum a Glossatore Consuetudinum Parisiensium in
49 *libr. 1. §. 8. gloss. 3. num. 8.*

Secus vero quando, ut in hac Thesi, agitur de Juribus Privatorum pleno jure spectantibus ad paciscentes, tunc enim pactum ubi etiam dici posset contrarium legibus, & consuetudinibus Parisiensibus, suum deberet sortiri effectum, quia quisque suo favori renunciare potest *ad Text. in L. penult. C. de probat. Roland. de lucr.*
50 *dot. quæst. 102. per tot,*

Nos infrascripti Notarii Almi Collegii Juris Pontificii, & Cæsarei Bononiæ accersiti ab Illustrissimis, & Excellentissimis DD. Dominico Maria Tocca *Priore Collegii Juris Pontificii, &* Hercule de Bettis *Priore Collegii Juris Cæsarei, existentibus in pleno Collegio, coram aliis Illustrissimis, & Excellentissimis DD. Patribus ejusdem Collegii, recepimus a dd. Illustrissimorum & Excellentissimorum DD. Priorum manibus suprascriptum Consilium nobis mandantium, ut illud reponamus in Scrineo, quo servantur similia Consilia, ejusque exemplar authenticum in forma consignemus iisdem Illustriss. & Excellentiss. DD. Prioribus, quod exemplar per nos cum suo originali collationatum est tenoris suprascripti; & de ordine dd. Illustrissimorum, & Excellentissimorum DD. Priorum Sigilla Collegii apposuimus; in quorum omnium fidem nos subscripsimus & subsignavimus hac die.*

Ita est

Augustinus ol. Caroli de Pedrettis Civis, & Notarius Publicus Bononiæ Colleg. Apostolicus, & Imperialis, ac Collegii Juris Pontificii Cancellarius, &c.

Et ita affirmo

Ego Joannes Cammillus Bartolotti ol. D. Dominici filius Civis, & Notar. Colleg. Bononiæ Apostolicus, & Imperialis, ac suprascripti Collegii Juris Cæsarei Cancellarius, &c.

RESPONSUM IX.

IN EADEM CAUSA

Consilia Approbata Mediolanensium.

SUMMARIUM.

1 *Statutum disponens de dote matris si loquatur per verba* succedant filii *& similia quæ filiis tantum præservant successionem juris communis, & tunc dos filiis debetur jure hereditario.*

2 *Si vero Statutum loquatur per verba dispositiva* lucrentur habeant *tunc filii habent dotem beneficio Statuti nec de ea mater potest disponere.*

3 *Verbum* pertinere *est de sui natura translativum, & dispositivum.*

4 *Idem est de verbo* remanere *quod est dispositivum.*

5 *Copula* & *de sui natura auget dispositionem, cui adicitur.*

6 *Valet argumentum de pacto ad Statutum.*

7 *Mater de dote nequit testari quando illa ex vi antecedentis conventionis alteri debetur.*

8 *Pacta conventa in tabulis nuptialibus non possunt immutari.*

Proprietas passim accipitur pro dominio usufructu carente.

10 *Superfluitas semper vitanda est in contractibus.*

11 *Si in stipulatione ut dos pertineat* ad

ad filios mortua matre, reservata esset legalis successio pactum esset superfluum.

12 *Quoad lucrum dotis attendi debet Statutum loci viri licet in alio loco sponsi matrimonium contraxerint.*

13 *Statutum Florentinum tollit mulieri etiam forensi facultatem testandi de dote in praejudicium filiorum.*

IN Tabulis nuptialibus nobilissimi conjugii, jam secuti de anno 1671. inter tunc Sponsos, origine diversos, sed pari sanguinis claritate conspicuos, de lucro egregiae dotis expressa fuit conventio in quocumque casu servanda, alterutro scilicet Conjugum praemoriente cum filiis, vel sine filiis.

Unico post se relicto filio, nuper praedecessit uxor, cui casui provisum legitur his verbis „ *E se la Signora N. N. Sposa morisse la prima, lasciando de' figliuoli maschi, o femmine, la detta somma intera dei trecentomila scudi, ed il soprappiù della prefata constituzione dotale resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come beni proprj materni*.

Controversia nunc exoritur, inter filium praedictum, & Legatarios, ab eadem nobili conjuge in ejus ultima voluntate honoratos, qui in bonis dotalibus, & praecipue in illis sitis extra Territorium mariti, satisfactionem Legatorum consequi praetendunt: qua in re juris inspectio ad id unice reducitur, utrum scilicet, dos, de qua agitur, filiis debeatur uti filiis, vel uti matris heredibus.

Hanc quaestionem favore filii superstitis expedivit celeberrimus Jureconsultus in suo legali responso, una cum facti serie mihi delato, & tantam in eo reperii doctrinae gravitatem, ut omnis fere respondendi facultas erepta mihi videretur. Ne tamen repetitis carissimi mihi, ac consultissimi Collegae mandatis omnino contumax videar, pauca in confirmationem subnectam, non in gratiam majoris claritatis, quae ultra nequit desiderari, sed ut aliquod potius observantiae meae, erga emeritum Collegam, extet argumentum.

In eumdem igitur sensum captivatur intellectus ex peculiaribus particulis, quibus concipitur relatum pactum, & praecipue ex illis verbis, a quibus conventio regulatur ibi *resteranno, ed apparterranno*, quae manifestam praeseferunt filii vocationem, & quidem dispositivam, ac independentem ab ulteriori matris judicio.

Celebris est apud DD. tam antiquos, quam modernos quaestio illa, an stante Statuto disponente de dote favore filiorum, dos ipsa debeatur jure hereditario, vel potius ex Statuti dispositione, & contrariae hinc inde opiniones conciliantur ex diverso verborum contextu, quibus concipitur Statutum; vel enim loquitur per verba *succedant*, & similia, quae filiis tantum praeservant juris communis successionem in dote materna, & tunc dos filiis debetur jure hereditario, ex Testamento scilicet, si iostituantur a matre, vel ab intestato, si illa non fecerit Testamentum. 1

E contra vero si Statutum loquatur per verba dispositiva, & dominii translativa *lucrentur*, *habeant*, & similia, tunc dotem maternam filii non consequuntur jure hereditario, sed beneficio Statuti, quod eis auferre nequit mater testando, juxta originalem distinctionem *Castrens. in L. Si eum dotem num. 12. ff. solut. matrimon.* quam communiter sequuntur DD. ut prae ceteris testantur *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quaest. 24. num. 17. Card. de Luc. de dot. disc. 105. num. 3. & disc. 108. num. 4. Torr. in Mantiss. ad tract. de pact. futur. success. cap. 18. num. 2. cum seqq. Caren. resol. 242. num. 3. Surd. cons. 81. num. 8. cum seqq.* 2

Hac distinctione retenta, patet matrem in casu praesenti non potuisse disponere in praejudicium filii, cujus favore verba conventionis sunt dispositiva, & dominii translativa, verbum enim *pertinere* ibi *apparterranno* de sui natura importat dispositivum, & translativum, ut generaliter statuitur in *L. Verbum illud ff. de verb. significat.* & tradunt *Barbos. de Diction. diction. 253. num. 3. Menoch. cons. 21. num.* 3

num. 4. & in præcisis terminis dotis maternæ favore filii *Torr. in Mantiss. dict. quæst.* 18. *num.* 6, ubi plures.

Ejusdem efficaciæ est etiam alterum verbum *remanebunt* antepositum in dicta conventione ibi *resteranno; remanere* enim idem significat, quod *obvenire*, & de verbo *obveniat* tradunt
4 *Torr. loc. citat. Merlin. de legitim. dict. libr.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 24. *n.* 17. *Surd. d. cons.* 81. *num.* 13.

Et quatenus per modum suppositi dictum verbum *remanebunt* æquivocam importaret ioterpretationem, quia tamen oratio concepta est duobus verbis ibi *rimarranno*, & *apparterranno* intermedia copula &, quæ de sui natura auget, & ampliat disposi-
5 tionem, cui adjicitur *L. Ea tamen adjectio ff. de legat.* 3. *Ludovis. dec.* 21. *num.* 3. ibique *Beltram. in addit. litter. B.* & quia postremum verbum *apparterranno* est absolute dispositivum, & translativum, ut supra dictum est, adhuc in hoc supposito facultas matri non superesset testandi *Caren. dict. resol.* 242. *num.* 3. *Surd. dict. cons.* 81. *num.* 17. *vers. responderi potest*.

Nec relevat, si dicatur, quod huc usque deducta sint in terminis Statuti disponentis de lucro dotis, non
6 vero in terminis conventionis, quia præterquam quod valet argumentum de pacto ad Statutum, & e contra *L. Non impossibile ff. de pact. cum concord. vulgatiss.* planum est, quod mater de dote, vel ejus parte nequit testari, quando illa ex vi antecedentis conventionis, certis casibus alteri debe-
7 tur *argum. text. in L. Cum maritus ff. de pact. dotal. Roland. a Valle de lucr. dot. quæst.* 82. *num.* 7. & 8. *Thesaur. Jun. in addit. ad decis. Patr.* 34. *litt. A.* qui testatur de veriori, & refert decisionem sui Senatus contra legatarios.

Quod eo magis locum obtinere debet in casu, de quo agitur, attentis aliis peculiaribus circumstantiis, & quidem urgentissimis, quarum.

Prima est, quod conventio favore filii comprehendit integram do-
8 tem; ibi *la detta somma intera di trecentomila scudi, ed il soprappiù della prefata constituzione dotale*, adeo ut quælibet matris dispositio etiam de minima parte violaret legem contractus alioquin indissolubilis, ut eleganter de more suo firmat *Ann. Robert. rer. judicat. libr.* 4. *cap.* 1 ibi *sciat uterque conjugum æternam esse Tabularum nuptialium auctoritatem, & legem societati in matrimonio dictam, neque rescindi deinceps, neque immutari posse*.

Altera est, quod in eadem conventione post verba *rimarranno, ed apparterranno* subsequitur clausula *come beni proprj materni*, pronomem enim *proprj* confirmat dominium in filium, quia proprietas a DD. passim accipi-
tur pro dominio usufructu carente 9
Mans. consult. 592. *num.* 15. *libr.* 6. & in eumdem univocum sensum pernecesse concludit etiam alterum adjectivum *materni*, ad illum finem superadditum, ut majori claritate intelligeretur proprietas ex tunc filio acquisita, & ususfructus patri, ut sunt noti termini *in L. Cum oportet, & in L. fin. C. de bon. quæ liber. in L.* 1. *C. de bon. matern. & in Auth. uxore mortua C. de secund. nupt.*

Et demum tertia resultat ex necessitate superfluitatis vitandæ præcipue in contractibus, cum lex, & na-
tura abhorreat a superfluo *Fontanell.* 10
de pact. nuptial. tom. 1. *claus.* 4. *gloss.* 9. *part.* 4. *num.* 65. late *Card. Mantic. de tacit. & ambig. convent. libr.* 2. *tit.* 12. *per tot.* Si enim ea pacti interpretatio introduci posset, quod ejus vigore inducta non esset dispositiva vocatio filii, sed tantum reservata legalis successio, pactum remaneret omnino superfluum, ut in præcisis
terminis ponderat *Fontanell. dict. part.* 11
4. *num.* 64. *in fin.* ibi „ *maxime ubi tenendo eam opinionem, necessum foret fateri hujusmodi pacta, de quibus agimus, superflua omnino esse, ac nihil prorsus operari, sed de vento servire, postquam juxta dictam opinionem, nihil filiis tribuitur nascituris, præter reservationem successionis legalis, quam jam habebant*.

Accedit tandem, quod quatenus contextus conventionis diversam pati posset interpretationem juxta Provincia-

cialem dispositionem, vel consuetudinem regionis uxoris, hæc tamen interpretatio in nihiloobesse posset filio, quia
12 planum est, quo ad lucrum dotis attendendam esse consuetudinem, ac Statutum domicilii mariti, licet Sponsi in alio loco matrimonium contraxerint *L. Exigere dotem ff. de judic.* & tradunt, præclarissimus olim Collega meus *Carpan. ad Statut. Patriæ tom. 1. cap. 298. num. 191. Larrea decis. Granaten. 62. per tot. Lel. Altograd. cons. 27. num. 52. & cons. 28. num. 1. lib. 2.*

Quin immo etiam ex Statuto domicilii mariti semper magis confirmatur jus filii, ibi enim adest Statutum, quod *nulla mulier constante matrimonio in dote, vel de dote, vel de ejus parte possit condere aliquam ultimam voluntatem, nec aliquid etiam inter vivos quoquomodo disponere de dicta dote, vel ejus parte in præjudicium filiorum*, quæ dispositio procul dubio
13 ligat mulierem origine forensem etiam respectu bonorum extra Territorium *Brunemann. in dict. L. Exigere dotem n. 5.* Cui addo in punctualibus terminis *De Marin. resol. jur. lib. 2. cap. 56. num. 13. Rovit. decis. 100. num. 6.* ibique *Altimar. in addit. Capyc. Latro consult. 91. num. 4. Card. de Luc. de dote disc. 102. num. 11.* qui ad propositum subdit, quo ad bona extra Territorium eo magis esse attendendam consuetudinem mariti, non tantum in ratione auctoritativa, sed etiam in ratione voluntatis, quorum utrumque concurrit in casu præsenti, Statutum scilicet domicilii mariti, ac clara Partium conventio expressa in Chirographo matrimoniali, ut supra dictum est.

Ex quibus in sensu veritatis constantissime sentio favore filii, quo ad integram proprietatem, & favore patris, quo ad usumfructum, me tamen &c.

Marchio Hieronymus Paravicinus J. C. ex Collegio Comitum Judicum, & Equitum Excell. Civitatis Mediolani.

RESPONSUM X.

IN EADEM CAUSA

SUMMARIUM.

1 *Proprietas, & dominium promiscue in jure accipiuntur & pro Synonimis.*
2 *Dos est patrimonium mulieris.*
3 *Facultas disponendi de re propria est effectus, sed non necessarius dominii.*
4 *Bona adventitia sunt in dominio filii sed de eis non potest disponere.*
5 *Et debitor est dominus rei oppignoratæ nec de ea potest disponere.*
6 *Item fideicommissarius quamvis sit dominus rei restituendæ non potest de ea disponere.*
7 *Et maritus non potest de dote disponere etsi ejus sit dominus.*
8 *Verior est Sententia ut dominium rerum dotalium resideat penes uxorem.*
9 *Et solum per fictionem juris maritus consideratur dominus dotis.*
10 *Statutum prohibens mulieri dispositionem de propria dote non tollit mulieri dominium dotis.*
11 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
12 *Ubi adest Statutum dicitur adesse casus legis, & inanis est omnis disputatio.*
13 *In matrimonio contracto cum extera, & in ejus patria spectandæ sunt consuetudines domicilii viri.*
14 *Verba* resteranno e apparterranno *important vocationem dispositivam, & necessariam.* Et num. 16.
15 *Ubi quid alieni defertur ex pacto & stipulatione non opus est ad acquisitionem titulo hereditario.*
17 *Proprium dicitur quod est privative in alicujus dominio, nec alteri commune.*
18 *Et bona materna quæ dicuntur in capitulis nuptialibus propria filiorum non possunt dici acquisita titulo hereditario.*
19 *Correctio in qualibet dispositione, est*

est evitanda interpretatione & in eodem dispositionis contextu absolute non admittenda, nec presumenda.

20 *Idem est pertinere in plena proprietate cum facultate disponendi.*

21 *Si ubi voluit expressit ergo voluit ubi non expressit.*

22 *Esset superfluum pactum ut mortua matre cum liberis dos ad eos perveniret si hoc pactum intelligendum esset de legali successione filiorum & non tolleret matri facultatem disponendi de dote.*

23 *Verba apposita in capitulis nuptialibus ut dos remaneat filiis uti bona propria materna, possent indicare quod ea bona etiam post mortem matris retineant qualitatem maternorum nec cum paternis confundantur.*

24 *Quando Statutum, vel pactum defert dotem maternam filiis in ea filii non succedunt uti heredes ita ut per matrem gravari non potest.*

25 *Ex Statuto rite arguitur ad pactum.*

26 *Statutum est quoddam pactum civium auctoritate firmatum.*

27 *Et in lucris dotalibus pactum, & Statutum æquiparantur.*

28 *Et etiamsi dictum fuerit in capitulis nuptialibus filii sint heredes, hoc importat necessariam vocationem filiorum, & adimit facultatem testandi.*

29 *Circa lucrum dotis debet attendi statutum domicilii viri etiam quoad bona alibi sita; maxime accedente pacto nuptiali*, n. 31.

30 *Statutum disponens quod mulier non possit disponere de dote in præjudicium filiorum, non exercet aliquam jurisdictionem in bonis, sed in actum personalem mulieris illum annullando.*

FActi series, in qua consultus sum ut respondeam pro veritate, quid sentio, talis est.

In tabulis nuptialibus exaratis occasione insignis matrimonii conciliati inter Dominum Titium Italum de loco, ubi viget Statutum, quod nulla *mulier constante matrimonio, in dote, vel de dote, vel ejus parte possit condere aliquam ultimam voluntatem, nec aliquid etiam inter vivos quoquomodo disponere de dicta dote, vel ejus parte in præjudicium filiorum, seu descendentium ex eis*, & Dominam Cajam Transalpinam de regione, in qua Statutum consimile non adest; fuerunt in Patria Sponsæ firmata sequentia capitula,

„ In favore di tal futuro matrimonio Sempronio Zio di detta „ Sig. Caja ha dato, e constituito in „ dote alla detta Sig. Caja Nipote la „ somma di ducati trecento mila, e „ mediante tale constituzione dotale „ la detta Signora Caja procedendo „ sotto l' autorità della Signora Delia sua Madre, e Tutrice, e del Signor Menio suo Tutore congiuntamente con detta Signora Delia sua „ Madre, e di più detta Signora Caja Sposa autorizzata, per quanto „ bisogno fosse dal Signor Tizio suo „ futuro sposo, ha rinunziato, e rinunzia per questi presenti articoli a „ profitto di detto Signor Sempronio suo Zio alla ragione successiva „ a Lei pervenuta per la morte del „ defunto Sig. Pietro suo Padre. Ed „ inoltre essa Signora Caja Sposa si „ è constituita in dote tutti gli altri „ beni mobili, e immobili, che le „ potranno pervenire da qui avanti „ a titolo successivo in linea diretta, „ o collaterale, o per donazione, o „ legato, o altra disposizione di qualunque natura, e qualità che fosse. „ Ed inoltre è stato convenuto, ed „ accordato, che premorendo detta „ Signora Caja futura Sposa senza figliuoli, il Signor Tizio futuro Sposo sarà tenuto restituire agli Eredi „ di detta Signora Caja Sposa, o a „ quelli, in favor dei quali Ella averà disposto de' suoi beni, li due „ terzi solamente, tanto della detta „ somma di trecentomila scudi, che „ del soprappiù dei beni, che allora „ le fossero pervenuti, l' altro terzo „ restando ad esso Signor Tizio futuro Sposo per guadagno nuziale in „ piena proprietà.

„ E se la Signora Caja Sposa „ morisse la prima lasciando de' figli- „ uoli maschi, o femmine, la detta „ somma intera di trecentomila scudi „ ed il soprappiù della prefata con- „ stituzione dotale resteranno, ed ap- „ parterranno ad essi figliuoli come „ beni proprj materni.

„ Ed in caso, che il Signor Ti- „ zio futuro Sposo premorisse alla „ Signora Caja, o vi fossero, o nò „ figlioli di loro matrimonio, gli Ere- „ di, e successori del medesimo Signor „ Tizio futuro Sposo saranno tenuti „ di restituire alla Signora Caja tutta „ la somma di trecentomila scudi, co- „ me gli altri beni mobili, ed immo- „ bili, che le fossero pervenuti, e di „ più pagarle per augumento di dote „ il terzo, tanto della detta somma „ di scudi trecentomila, che degli al- „ tri beni mentovati di sopra, de' quali „ il predetto Signor Tizio futuro Spo- „ so averà goduto; il quale augumen- „ to di dote, in caso che non restas- „ sero figliuoli procreati di detto ma- „ trimonio, o che venissero a premo- „ rire a detta Signora Caja senza la- „ sciar figliuoli da essi procreati in le- „ gittimo matrimonio sarà, ed appar- „ terrà in piena proprietà a detta „ Signora Caja, e se vi saranno figli- „ uoli discesi da detto matrimonio vi- „ venti all' ora della morte di detta Si- „ gnora Caja, Ella non goderà se non „ per usufrutto il detto augumento di „ dote, restando la proprietà di quello „ per il tutto agli detti figliuoli, non „ ostante tutte le leggi, consuetudini, e „ Statuti a ciò contrarj, ai quali è „ stato derogato, e si deroga per i pre- „ senti articoli.

„ E' stato similmente convenuto, „ che tutte le gioje, ed altri mobili pre- „ ziosi che saranno dati a detta Sig. Ca- „ ja innanzi, o dopo la celebrazione del „ matrimonio, tanto prima che entri „ in Italia, che dopo dalla parte del „ futuro Sposo, resteranno in sua li- „ bera disposizione, anco durante il „ matrimonio medesimo, con patto „ nondimeno, che di ciò le sarà dato „ dalla parte di detto Signore Sposo „ futuro, sarà fatto buono, e se- „ dele inventario per mano di No- „ tajo.

„ Per l' effetto di tutto quanto „ sopra, sarà espressamente, ancor coll' „ approvazione, ed autorità de' Sere- „ nissimi Principi Supremi de' prefati „ Signori Sposi, derogato, e rinunzia- „ to a tutte le Leggi, Consuetudini, „ Editti, Statuti, ed altre cose, che „ potessero essere contrarie alle clau- „ sule, e condizioni di questi arti- „ coli „.

Prout, exinde per Supremos Conjugum Principes fuerunt omnia approbata, & confirmata cum derogatione omnibus legibus, & consuetudibus contrariis.

Defuncta nuper D. Caja superstite adhuc D. Titio ejus viro, ac domino Laelio filio ex praefato matrimonio suscepto; cum ipsa Domina Caja in Codicillis plura legata reliquerit, sese opposuerunt legatarii, ne bona dotalia dictae Dominae Cajae posita ultra Montes acquiri, & occupari possint a D. Lelio filio dictae D. Cajae & a D. Titio ejus Patre, ac usufructuario; praetendentes, quod bona praedicta, etsi dotalia, sint tamen hereditaria matris, ponderando ad hunc effectum, quod in supra recensitis capitulis matrimonialibus, inter cetera conventum extitit, ut praemoriente dicta Domina Caja relictis filiis, aut filiabus bona ejus dotalia remanerent, & pertinerent ad ipsos filios, tamquam bona propria materna, ibi „ *come beni proprj materni*, ac si illud verbum *materni* non aliud indicare queat, quam hereditariam qualitatem in filiis respectu matris, & quod illa bona consequi debeant ex iisdem causis, quibus dantur hereditates, nempe ab intestato, si mater non disponat; ex testamento vero, aut codicillis, si ejusmodi dispositiones relinquat; & sic cum oneribus in testamento, vel codicillis appositis, quin intelligatur sublata matri facultas disponendi de ipsis bonis.

Quaeritur ergo quid juris? Et non Advocati, sed Jurisconsulti partes jussus exercere, censeo, respondendum esse contra Legatarios, nec eorum assumptum ullatenus sustineri posse.

Prae-

Præmisso enim, quod illa verba *tamquam bona propria materna*, *come beni propj materni* quo ad li *proprii* dupliciter in subjecta thesi exponi valeant, nimirum, vel relative ad matrem, ac si interjecta coma post verbum *beni* dictum fuerit tamquam bona propria materna hoc est tamquam bona, quæ fuerunt, & etiam, si placet quæ sunt, aç erunt propria, ideſt de
1 dominio matris; quippe *proprietas & dominium* promiscue, & pro Synonimis in jure accipiuntur, ut videre est in *L. 1. §. Hujus autem ff. uti possidet* & tradunt *Mynsinger. ad Institut. tit. de interdictis §. Retinendæ num.* 4. *Barbos. de appellativ. verbor. significat. appellat.* 225. *num.* 3. *Petra de fideicom. quæst.* 13. *num.* 4 Vel relative ad filios, quasi aç contrahentes senserint quod bona, de quibus ibi agebatur, præmortua uxore cum filis, remanerent, & pertinerent ad filios, tamquam bona ipsorum propria materna, ideſt a matre provenientia, & quæ donec mater vixit, fuerunt in ejus dominio, esto quod dos, utcumque constante matrimonio, quo ad usumfructum spectet ad virum, quoad tamen ad dominium directum, seu proprietatem pertinet ad mulierem, estque proprium ipsius patrimonium,
2 ut inquit *Text. in L. denique §. Sed utrum in fine ff. de minor.* ibi, *quoniam dos ipsius filiæ proprium patrimonium est, & L. in rebus C. de jure dot.* ac tradunt innumeri penes *Altimar. de nullitat. contract. rubr. 1. part. 3. quæst.* 35. *num.* 128. *&* 489.

Præmisso, inquam, quod prædicta verba in utrumque sensum supra expositum capi valeant, non per hoc sequitur, ut bona, de quibus ibi fit mentio, censenda sint hereditaria matris, & affecta oneribus, & legatis in ejus ultima voluntate relictis, quinimo ex pluribus, ni fallor, evincitur neutiquam potuisse matrem de talibus bonis, sive testando, sive codicillando disponere.

Probatur itaque primo, quia potestas disponendi ad placitum de re quæ in alicujus dominio est, & ideo ejus propria dicitur, est quidem effectus ipsius dominii, sed non necessarius neque inseparabilis a dominio quod stare potest etiam sine facultate disponendi, cum nempe lex, vel conventio obsistit, ut eruitur ex definitione ipsius dominii, quam tradunt communiter Institutistæ, & signanter *Myn- 3
singer. & Oynotom. in tit. de rer. divis. & acquir. ipsar. domin.* quod sit jus, seu potestas de re corporali perfecte disponendi, aut vindicandi, *nisi lege, aut conventione probibeatur*.

Sic licet bona adventitia sint
propria filiisfamilias, ac de ejus domi- 4
nio, non tamen potest de illis ad libitum vivente patre disponere *L. ult. §. Filiis autem C. de bonis quæ liber*.

Sic debitor pignoris, utcumque sit dominus rei pignoratæ, de illa tamen ob conventionem initam cum
creditore libere disponere non valet 5
Mynsinger. in rubric. Institut. de rer divis. num. 11.

Sic, etsi fideicommissarius sit verus dominus bonorum suppositorum fideicommisso, nec onus restituendi tollat ab eo dominium, & proprietatem bonorum, donec vixerit, ut optime
ratiocinatur *Castill. de usufruct. cap.* 6
5. *num.* 1. *& seqq.* & eo adducto *Mans. consult.* 204. *n.* 15. *& cons.* 321. *num* 35. nemo tamen dixerit, eum posse de talibus bonis pro libito suæ voluntatis disponere.

Sic, missis aliis exemplis, & proprius accedendo ad materiam, licet juxta quorumdam opinionem maritus constante matrimonio sit dominus dotis
Sadarin. respons. 36. *num.* 24. sola 7
manente penes uxorem habilitate ad recuperanda bona dntalia, casu quo maritus prædecesserit *de Luc. de Feud. discurs.* 90. *num.* 3. certum nihilominus est, non posse maritum de ipsis bonis dotalibus disponere *L. Lex. Julia ff. de fund. dotal. & §. Accidit aliquando Instit. quib. alien. lic. &c.*

E converso, quamvis juxta veriorem sententiam dominium rerum dotalium resideat penes uxorem, adeo ut dos proprium dicatur mulieris pa-
trimonium, dicta *L. denique §. Sed* 8
utrum ff. de minor. & solum per quam-

dam ſubtilem juris fictionem maritus
conſideretur tamquam dominus ipſius
dotis, cum revera, & naturaliter tale
dominium pertineat ad uxorem, dicta
L. in rebus C. de Jure dot. neque ejuſ-
modi dominium uxoris ſublatum re-
maneat a Statuto probibente, ne mu-
lier inter vivos, nec in ultima vo-
luntate diſponere poſſit de dote, que-
madmodum non tollitur pupillo do-
minium ſuorum bonorum, etſi per le-
gem probibitus ſit de illis diſponere
10 *§. Nunc admonendi Inſtit. quib. alien*
lic. exciperetur tamen uti paradoxum
ſi quis in conſpectu talis Statuti pro-
poneret, poſſe, mulierem, utpote do-
minam, de dote ſua diſponere.

Quamobrem in confeſſis eſſe de-
bet, quod etſi dictum fuerit bona do-
talia Dom. Cajæ ea prædecedente cum
filiis remanere debere, & pertinere ad
filios *tamquam bona propria materna*,
ſeu de dominio matris; non per hoc
bona eſt conſequentia, quod ergo de
illis potuerit diſponere, ſeu quod cen-
ſenda ſint hereditaria matris; quippe
obſtat regula, ut non probet hoc eſſe
quod ab hoc contingit abeſſe, de qua
11 in *L. neque Natales C. de probation.*
& in L. non hoc C. unde legitimi; quini-
mo verius dicendum eſt non potuiſſe
Dom. Cajam utcunque dominam, &
proprietariam eorundem bonorum, de
illis diſponere reſiſtente lege, & con-
ventione.

Lege quidem, nam ita præciſe
mandat Statutum domicilii mariti,
quod *nulla mulier conſtante matrimonio*
in dote, vel de dote, vel ejus parte
poſſit condere aliquam voluntatem, nec
aliquid etiam inter vivos, quoquomodo
diſponere de dicta dote, vel ejus parte
in præjudicium filiorum, ſeu deſcenden-
tium ex eis. Certum autem eſt, quod
ubi adeſt Statutum, dicitur adeſſe caſus
legis, & inanis eſt omnis diſputatio
12 *Bald. in L. gallus §. Si ejus. in ſe-*
cundo notab. ff. de liber. & poſtum.
Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 651. *n.*
30. & *cap.* 769. *n.* 24 *Magon. deciſ.*
Florent. 105. *num.* 3. *Rot. Rom. deciſ.*
511 *num.* 1. *part* 13. *& deciſ.*
157. *n.* 5. *part.* 14. *recent.* Quemad-
modum pariter certum eſt, quod quam-
vis matrimonium cum extera, & in
ejus patria contractum fuerit, atta-
men tam ad effectum lucri dotis, quam
ad alios effectus ſpectanda ſunt Statu-
ta, & conſuetudines Patriæ, ſeu do-
micilii viri, ut per *Textum expreſſum* 13
in L. exigere dotem ff. de judic. firmant
communiter ſcribentes, & ſignanter
Alexander conſ. 100. *num.* 8 *& ſeq.*
vol. 3. *De Luc. Mephitenſ. ad Gra-*
tian. diſcept. cap. 609. *num.* 10. *Alto*
grad. conſ. 27. *num.* 1. *& ſeqq. & conſ.*
28. *n.* 45. *lib.* 2. *Afflict. deciſ.* 226.
ſub num. 7. *Phanucc. de lucro dotis*
gloſ. 9 *num.* 1. *& ſeqq. Molpheſ. ad*
conſuetudin. Neapol. tom. 1. *part.* 2.
quæſt. 12. *num* 16. *Antonell. de loc.*
Legal. lib. 2. *cap.* 17. *num.* 71. *&*
ſeqq. Mantic. de tacit. & ambig. con-
vent. lib. 3. *tit.* 14. *Card. de Luc. de*
dot. diſc. 128. *num.* 10. ubi quod hæc
propoſitio hodie eſt indubitata.

Obſtat itidem pactum, nam ver-
ba remanebunt, & pertinebunt, *reſte-*
ranno ed apparterranno, quibus conce-
ptum legitur ſcriptum matrimoniale 14
non ſolum important vocationem præ-
ſervativam, ſed eam utique diſpoſiti-
vam inducunt, & neceſſariam, ut
aperte colligitur *ex Text. in L.* 27.
C. de Jur. dot L. ſi convenit 6. *C.*
de pact. convent. ſuper dot. L. 2. *L.* 12.
& L. 26 *ff. de pact. dotal.* & alibi paſ-
ſim, ex quibus apparet, quod ubicum-
que conventum exiſtit, ut dos vel e-
jus pars, aut quid aliud poſt mortem
uxoris *remanere* deberet, vel *pertinere*
ad maritum, ita remanet, ac pertinet 15
ut non poſſit auferri, & citra titu-
lum hereditarium, quo opus non eſt
ubi quid alieni defertur ex pacto, &
ſtipulatione, ut litteraliter definitum
legitur in *L. quodcunque* 45. *§. Si quis*
ff. de verbor. obligat. & in L. licet dos
27. *C. de jure dot.*

Et in terminis, quod verba *re-*
manebunt, & *pertinebunt* non conten-
tentur vocatione præſervativa, ſed il- 16
lam importent neceſſariam, ac diſpo-
ſitivam, bene *Caſanat. conſ.* 45. *n.* 5.
& ſeqq. & conſ. 51. *num.* 18. ubi di-
ſtinguit, an Statutum, vel pactum
aliquid deferens filiis, aut marito,
conceptum fuerit per verba formia,

an

an per informia (vocat autem formia ea verba, quæ sunt conformia legitimæ successioni, & æquiparantur, seu conformantur terminis, quibus jus solet filios ad successionem alicujus vocare, informia vero, quæ non conformantur terminis, quibus filii ad successionem a jure invitantur) ut primo in casu, quando scilicet Statuentes, aut contrahentes adhibuerunt verba formia, qualia sunt *succedat*, *sit heres*, *præferatur*, *anteponatur*, & alia hujusmodi, solum intelligatur reservatum jus succedendi, prout de jure competit ab intestato, vel ex testamento. Contra vero in secundo casu, ubi Statutum, vel pactum conceptum legitur per verba informia, qualia esse inquit, *quod bona dividantur*, *pertineant*, *quod filii debeant succedere*, *bona lucrentur*, *habeant*, *debeant habere*, & similia quibus *Cavalcan. dec.* 18. *num.* 68. *p.* 3. addit verba *remaneant*, *permaneant*, *deveniant*, *conserventur*; ut hæc verba necessitatem inducant, & novam vocationem filiorum dispositivam, & necessariam inferant: sequitur *Fontanell. de pact. Nuptial. clauf.* 4. *glos.* 9. *part.* 4. *num.* 59. & clarius hæc veritas ex infra dicendis apparebit.

Probatur igitur secundo, quia *proprium* rigorose loquendo illud dicitur, quod est privative in alicujus dominio, & ita ut non sit alteri commune *Pardulph. Pratei in suo Lexicon. Jur. verb. proprium* ibi *proprium suum cujusque dicitur* (ut N. Mar-
17 cellus exemplis confirmat) *quod non est cum aliis commune: & quamvis quod commune est, nostrum dicere usurpemus, non tamen quod commune est, dicere valemus proprium. Plus quidem est proprium quam meum, vel nostrum. Illud excludit communionem, hoc admittit.* Hinc est, quod filii cujuslibet matrimonii *suam propriam* dicunt dotem maternam, quia communis non est, nec communicanda cum filiis alterius matrimonii. Socius similiter vocat *rem propriam*, quæ communis non est cum aliis sociis. Et; quia Monaci vivere debent in perfecta communione, & omnia habere communia, ideo prohibentur habere aliquid proprium, & *Proprietarii* appellantur qui contra institutum aliquid citra communionem retinent, tamquam privative suum; unde Honorius III. libr. 4. Epistol. 536. inquit. *Et quicumque de cetero inventus fuerit habere proprium pœnæ subjaceat regulari, & semel in anno in Proprietarios solemnis excommunicatio proferatur.* Sic etiam vetus Statutum Monasticum in additamentis *ad Matth. Paris. pag.* 115. Io hæc verba loquitur: *Excommunicationis sententiam in Proprietarios semel in anno, scilicet in Ramis palmarum solemniter in capitulo publicavit. Etsi post aliquis inventus fuerit habere proprium &c.* mox: *Proprium autem intelligimus secundum B. Benedicti Regulam, si nec accomodatum, nec locatum, nec depositum aliquis omnino Monachus, vel Conversus nomine suo recipiat, nec etiam Monasterii nomine, nisi de Abbatis, vel Conventus licentia speciali*, quod pluribus aliis exemplis confirmant *Carol. du Fresne in suo glossar. verb. Proprietarii tom.* 3.

Retenta hac vera, & propria significatione verbi *proprium*, clausula illa qua de agitur, *come beni proprj materni*, quod ad ly *proprj* haud capi potest relative ad matrem, quippe quæ per matrimonium bona dotalia communicat, seu communia facit marito; eoque magis, quia verba illa, *come beni proprj materni* conferuntur in tempus, quo mater supponitur præmortua, ideoque in tempus, quo non amplius habere potest bona, nec tamquam communia, nec tamquam propria. Relata autem ad filios excludunt a matre omnem potestatem disponendi de dictis bonis, esto, quod data tali facultate disponendi, & gravandi filios uti heredes erga Legatarios, nequaquam verificaretur ea bona esse *propria* filiorum, hoc est de eorum privativo dominio, seclusa communione, & comparticipatione Legatariorum. Si itaque propria filiorum, ergo non ex titulo hereditario, neque cum onere satisfaciendi Legatariis; egregie ad rem *Speculum Saxo-* 18
nicum libr. 1. *art.* 8. *§.* 1. ibi *pro-*

prie-

prietas, *& proprium appellatur possessio, seu fundus, qui a nullo recipitur in feudum, vel hereditatem, sed per successionem devolvitur absque aliquo tributo successoris* prout illud refert *Carol. du Fresne* ubi supra.

Probatur tertio; quia pro plena, & perfecta intelligentia orationis, de qua agitur, aliquid necessario subaudiendum, & supplendum est, cum ea nondum satis determinata sit, sed aliquid aliud expectet pro integrali sua determinatione: dicit enim solummodo, *e se la Signora Caja Sposa morisse la prima lasciando de' figliuoli maschi, o femmine la detta somma di trecentomila scudi, ed il soprappiù della prefata costituzione dotale resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come beni proprj materni*. Profecto adhuc declaranda, & patefacienda superest qualitas horum bonorum, quæ dicuntur remanere, & pertinere debere ad filios, *come beni proprj materni*, & sic quæro, num remanere debebunt, & pertinere ad filios, *come beni proprj materni dotali*, an vero *come beni proprj materni extradotali?* Qualitas ista *extradotalium* non illa est, quæ suppleri, & subaudiri debeat; alioquin induceretur correctio antecedentium dispositionum, ex quibus constat, ea bona data fuisse in dotem, quinimmo induceretur correctio in eadem oratione, eodemque contextu, cum in eadem oratione dictum fuerit *il soprappiù della prefata constituzione dotale*, & regula juris est, quod correctio in qualibet dispositione, omni possibili interpretatione evitanda venit, & in eodem dispositionis contextu absolute non admittenda, nec præsumenda *Glos. in L. Non ad ea, verb. præsens ff. de condit. & demonstr. Surd. cons. 313. n. 17. Mans. consult. 487. num. 18. Rota Romana decis. 516. n. 93. part. 14. & decis. 396. num. 8. coram Dunozz.* igitur supplendo quod in veritate subaudiendum est, & percunctanti, qualiter accipi debeant ea verba, *come beni proprj materni*, num scilicet cum qualitate dotalium, an extradotalium, respondendum erit, quod *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli come beni proprj materni dotali*, consequenter obnoxia Legibus, & Statutis disponentibus de dote, & bonis dotalibus, sicque non remanentia sub dispositione matris, cum ut supra visum fuit, Statutum domicilii mariti quod in hac materia dotis observandum est, adimat mulieri facultatem disponendi, constante matrimonio, de dote, vel ejus parte in præjudicium filiorum, & descendentium ab eis.

Alia adhuc suppeterent argumenta ducta, vel ex eo, quod ubi Domina Caja Sponsa voluit, aliquid remanere sub libera dispositione, & transitorium ad heredes, id opportunis verbis expressit ibi *sarà tenuto restituire agli eredi di detta Signora Caja Sposa, o quelli in favore de' quali Ella averà disposto*, iterum ibi *sarà, ed apparterrà in piena proprietà a detta Signora Caja*, idem namque est pertinere *in piena proprietà*, ac cum fa- 20
cultate disponendi, ad late tradita per *Barbos. de clausul. usufrequen. claus. 101. & de diction. usufreq. dict. 261.* ubi quod dictio *plenum*, & clausula *pleno jure* idem important ac *liberum*, & *sine diminutione*, sicque dominium non diminutum, nec carens suo effectu circa facultatem disponendi, & demum ibi *resteranno in sua libera disposizione*; unde cum tale quid non dixerit in casu suæ præmorientiæ cum liberis, noluisse dicenda est, argumen- 21
to *L. Unic. §. Sin autem ad deficientis C. de caducitat. tollend.*

Vel ex eo, quod concessa matri facultate disponendi, & intelligendo reservatam filiis solam successionem Legalem, quam jam habebant, superfluum omnino esset pactum, de quo agitur, nihilque prorsus operaretur, sed de vento serviret; ut proinde ad evitandam superfluitatem, non unius quidem verbi, sed totius integræ orationis, necesse omnino sit admittere, volitam fuisse per Dominos Jugales necessariam filiorum successionem, seclusa facultate aliter disponendi, ut 22
bene in proposito considerat *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 9. part. 4. num. 64. & seqq.* quin metuenda

sit

sit retorsio hujus argumenti vitandæ
superfluitatis in ea clausula, *come be-
ni proprj materni*, nam satis illa ope-
ratur indicando, quod ea bona penes
filios etiam post mortem matris reti-
nere debeant qualitatem bonorum ma-
ternorum, ad effectum, ut decedente
ex post filio concurrentibus ad here-
ditatem successoribus de linea tum ma-
23 terna, tum paterna, fieri debeat se-
paratio bonorum, ut maternis cedant
materna, paterna paternis, de qua
conclusione late agit *Bitsch. in deca-
de casuum pro amico spec.* 1. *& Mar-
ta de succession. Legal. part.* 2. *quæst.*
1. *art.* 1. absque eo quod ideo opus
sit, ut contra præcisum, & natura-
lem sensum dispositionis immediate præ-
cedentis inducat favore matris liberta-
tem disponendi de bonis dotalibus.

Hæc tamen, & alia, quæ in
confirmationem afferri possent, data
opera omittuntur, quia omnibus ob-
via, & fieri nequit, ut sapientissimo-
rum Dominorum Judicum mentem
effugiant.

Eadem ratione omittitur hoc lo-
ci cumulare auctoritates Doctorum
firmantium, quod ubi Statutum vel
pactum deferunt dotem maternam fi-
liis ea per matrem gravari non pos-
sit, cum in ea filii succedant uti filii,
24 non uti heredes. Videri poterunt su-
per hac conclusione *De Luc. de dot.
disc.* 103. *num.* 6. *disc.* 105. *num.* 3.
& disc. 106. *num.* 2. *Merlin. de legi-
tim. libr.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 24. *per tot.
Thesaur. decis.* 34. *num.* 1. *& seq.
Mart. Medic. decis. Rot. Senens. exam.*
29. *num.* 5. *& seqq. Peregrin. decis.*
68. *& decis.* 79. *per tot.* qui licet lo-
quantur in terminis Statuti, attamen
idem procedit etiam in pacto, cum
a Statuto rite arguatur ad pactum
25 *Barbos. in loc. commun. argum. jur. lo-
co* 105. *num.* 1. Statutum enim est
26 quoddam pactum civium legis aucto-
ritate firmatum *L. Legitima, & in
L. Non impossibile ff. de pact. Bald.
in L.* 3. *num.* 18. *C. de non numera-
ta pecunia Bellon. cons.* 17. *sub n.* 4.
quodque in lucris matrimonii pactum,
& Statutum æquiparentur *Surd. cons.*
27 164. *num.* 15. *& Fenzon. ad Statut.
Urbis libr.* 1. *cap.* 141. *num.* 47. *&*
48. Et in terminis pacti initi in ca-
pitulis matrimonialibus videndus pro
omnibus *Fontanell. de pact. nuptial.
claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 4. *a num.* 46.
ad plures seqq. ubi constanter firmat
similia pacta, etsi concepta per ver-
ba *filii sint heredes*, importare neces-
sariam vocationem filiorum, nec pa-
ciscentem posse aliter in eorum præ- 28
judicium disponere; solumque dubitat
de validitate similium pactorum utpo-
te adimentium facultatem testandi;
quod tamen in casu, de quo hic agi-
tur, ex pluribus obesse non potest,
& signanter quia pactum, sicut &
constitutio dotalis non fuere concepta
de omnibus bonis præsentibus, & fu-
turis, & indubium est præ cæteris
non fuisse comprehensa, quæ uxori
ex propria industria, aut ex benigni-
tate fortunæ obvenire potuissent, &
omni in casu approbatio, & confir-
matio capitulorum matrimonialium
facta per Supremos Principes cum de-
rogatione omnium Legum, quæ in
contrarium disponere possent, plusquam
sufficiens esse deberet ad sanandum hu-
jusmodi vitium nullitatis.

Illud tamen omittendum non est,
quod ex quo bona sita reperiuntur in
Patria mulieris, & extra Territo-
rium Statuti prohibentis ne mulier
disponere possit de dote, vel ejus par-
te in præjudicium filiorum, & de-
scendentium ex eis; non per hoc se-
quitur, ut potuerit mater de dictis
bonis disponere, aut eorum respectu
filios gravare legatis, aliisque oneri-
bus in Codicillo dispositis.

Quidquid enim sit de ea quæstio-
ne, an circa lucrum dotis delatæ ma-
rito, vel filiis debeant attendi Statu-
ta domicilii viri, non solum quo ad
bona sita intra territorium Statuen-
tium, sed etiam quo ad bona alibi
jacentia, in qua quidem quæstione 29
Purpurat. in L. Cunctos populos num.
130. *vers. ex hac secunda ampliatione
C. de summa Trinit. Bald. cons.* 208.
vol. 3. *Ruin. cons.* 58. *num.* 12. *libr.*
3. *Urceol. consult. cap.* 18. *num.* 43.
*Mantic. de Tacit. & ambig. convent.
libr.* 3. *tit.* 14. *num.* 10. *Molfes. ad*

con-

consuetud. Neapolitan. tom. 1. part. 2. quæst. 3. & alii renent Statutum indistincte, & generaliter servandum esse quo ad omnia bona, ubicumque posita reperiantur; ea præ cæteris allata ratione, quod talia Statuta non disponunt circa bona, sed circa dotem, quæ est jus universale, ac nomen juris sub sui universitate comprehendens omnia bona, ubicumque sint, ut in his terminis observat *Franc. decis. 472. num. 6. Apont. de potest proreg. tit. de success. mulier. num.* 8. aliis contra substinentibus, quod prædicta Statuta ex defectu jurisdictionis non operantur quo ad bona sita extra territorium Statuentium, quæ tamen ratio levis admodum videtur, aut non applicabilis in hoc casu, ubi Staturum disponendo, quod mulier non possit disponere de ejus dote in præjudicium filiorum, non dicitur exercere aliquam jurisdictionem in bona,
30 sed solum in mulierem post matrimonium effectam de jurisdictione Statuentium, & adversus actum personalem ipsius mulieris, illum annullando *Gallia ad consuetud. Alexand. in verb. non possit in princip. num.* 4. *& seqq.*

Quidquid inquam sit de ea quæstione: præcipuum fundamentum pro exclusione DD. Legatariorum, non in eo solum reponitur, quod Statutum domicilii viri prohibeat mulierem, ne constante matrimonio disponere valeat de dote; sed quidem in
31 eo, quod in capitulis matrimonialibus expresse per pactum complexivum bonorum ubicumque existentium etiam in Territorio uxoris ibi, *ed il soprappiù della prefata constituzione dotale*, conventum fuit, ut prædicta bona matre præmoriente cum liberis ad ipsos filios pertinerent, quod non potest esse dubium, operari debere etiam pro bonis existentibus extra Territorium, in quo maritus habet domicilium ad *Text. in L. 1. C. de Contrah. empt.*

Concludo igitur D. Lælium, non obstante oppositione Dom. Legatariorum, omnino immittendum esse in possessionem bonorum dotalium matris suæ existentium ultra Montes, cum illa ad ipsum pertineant tamquam bona propria materna. Et si quis percunctetur quid intelligatur ly *tamquam bona propria materna?* Respondeo, me intelligere idem quod quilibet Italicæ Linguæ non ignarus in subjecta thesi intelliget per verba *come beni proprj materni*; nimirum tamquam bona propria D. Lælii a matre ipsi obventa, nusquam vero quod mater potuerit, aut quod idemmet D. Lælius possit de illis disponere, cum sibi resistat dispositio *Textus in L. Cum non solum §. Filiis autem familias C. de bon. quæ liber.* unde manifestum est, non satis ad facultatem disponendi esse, quod aliquid sit proprium alicujus, sed illud aliunde esse desumendum, scilicet ex qualitate personarum, bonorum, & ex præscripto legis, vel pacti; prout ita &c. me tamen &c.

Ludovicus Eraudius J. C. & Advocatus Mediolanensis.

RESPONSUM XI.

IN EADEM CAUSA

SUMMARIUM.

1 *In casu mulieris dote, & coniuge viduatæ minus interest Reipublicæ pacta servari quam dotium indemnitati consulere.*
2 *Legatarij obesse non possunt in paritate concursus filiis jus metientibus ab oneroso contractu inter parentes inito occasione matrimonij.*
3 *Non obstat, quod pactum ut filii habeant bona in dotem data, sit appositum ad præservandam filiis maternam successionem ab intestato.*
4 *Natura pacti dotalis a superfluitate est aliena.*
5 *Descendentium causa prima est in successione ascendentium.*

6 *Pa-*

6 *Pacta ad exclusionem parentum e chirographo matrimoniali prætensa, expressa esse debent.*
7 *Successio Patris una cum filio in hereditate uxoris prædefunctæ non excludit imo supponit dominium, & pertinentiam bonorum in prædefuncta.*
8 *Usus Capuanæ excludens Parentes a successione filiorum habet vim Legis inter nobiles & vim pacti inter exteros.*
9 *Nulla conventio efficax esse potest sine expresso partium consensu.*
10 Proprium *idem est ac* suum.
11 *Pacta dotalia sunt immutabilia quoties veri contractus naturam induunt.*
12 *Non licet matri spem & institutionem filiorum fraudare per adiectionem onerum, & legatorum.*
13 *Pacta dotalia per privilegium executionem habent ad terminos statuti cui maritus subjicitur ratione domicilij.*
14 *Dos est nomen juris universale comprehendens bona ubicumque posita.*
15 *Amor parentum ut plurimum dat filiis bona uti filiis non uti heredibus.*
16 *Filiorum existentia deteriorem reddit conditionem dotis.*
17 *Pactum dotale inter coniuges non est interpretandum, ut reddat afflictionem afflicto.*
18 *Proprietas; altera plena, altera nuda dicitur.*
19 *Et plenitudinem dominij importat.*

Filiorum conditio deterior esset in favorabiliori causa, quoties peracta utiliter stipulatione in tabulis nuptialibus, de quibus agitur, tum pro marito in casu præmorientiæ uxoris absque filiis, tum pro eadem uxore marito prædecedente; angustior ramen interpretatio succederet pro filiis superviventibus, licet ad bona matris tamquam propria præcise vocatis, ita quod isti portionem in metipsis tabulis eorum contemplatione conventam, non aliter percepturi forent, quam, vel delata ab intestato universali successione, aut confirmata per Testamentum matris stipulatione.

Quaotum religionis præseferant Pacta dotalia, & apud omnes obtineant supra Juris communis, & municipalis obsequium, nemo ignorat, solo cadente validitatis articulo huic alioquin facto non applicabili, quoties scilicet eorum observantia mulierem & dote, & conjuge viduatam aggrederetur, cum In hac specie minus Reipublicæ intersit pacta servari, quam dotium indemnitati consulere *L. 1. §. 1. versic. nam quod est ff. de dote præleg. Rocc. disput. select. cap. 112. num.* 1
30.

Equidem proposita hypotesis mulierem prædefunctam supponit, nec filius superstes alios habet in concursu præter Legatarins, quorum causa cum sit mere lucrativa, juxta tritum axioma, de quo cæteris omissis, *Cardinal. de Luc. de donat. disc. 1. num.* 2
21. obesse nequit, in paritate concursus cum filio jus suum metiente ab oneroso contractu inter parentes inito occasione matrimonii.

Nimium vero affectata videbatur obiectio sub eodem Legatariorum nomine elevata, quod scilicet pactum illud, cujus virtute conventum fuit remanere, & pertinere debere filiis prædefuncta matre bona in dotem data veluti propria materna, non aliter retinendum sit, quam per modum præservandæ iisdem filiis maternæ 3
successionis ab intestato, Patre penitus excluso.

Etenim hujusmodi interpretatio ex uno latere otiosa contra naturam pacti dotalis a superfluitate alienam ut observat *Tabor in tract. var. ad* 4
L. 10. de pact. dotal. ex alia parte jurgiis plena deprehendebatur, animadverso, quod in ordine ad præservationem inutilis erat partium sollicitudo in re jam a legum dispositione perspicua, quod prima sit descendentium causa in successione ascendentium, ut post *Text. in §. Intestatorum autem Instit. de heredit. quæ ab intestato defer.* concludunt omnia successorii edicti principia: si autem loquimur de excludendo sub dicto verborum involucro

cro patris concursu una cum filio in casu alterius filii prædefuncti, non una insurgere potuisset quæstio, an scilicet dicta exclusio obesset patri etiam in legitima, vel in usufructu, vel in eadem universali successione, ubi ordine naturæ penitus inverso omnes filii prædecederent? Maxime quia regulare est, ut Pacta ad exclusionem parentum e chyrographo matrimoniali prætensa expressa esse debeant, ut
6 admonet *Quæsada in alleganda inferius controv.* 15. *num.* 7.

Quod si absurda hactenus indicata evitare putant Legatarii sub clypeo consuetudinis, quam ultra Montes vigere prætendunt, alia non minus notabilia occurrerent.

Primo quia asperum videtur transire cum supposito assertæ consuetudinis, nec data ejusdem probatione, & quidem in individuo, seu ad terminos per Scribentes in hac materia propugnatos, nec præmissa solutione objecti in ipso exceptionis limine occurrentis quod ad repellendum patrem a concursu eidem competente ex præcisa voluntate legis, selecta fuerit clausula nihil commune habens cum effectu prædicto, quia scilicet tantum abest, quod successio patris una cum filio in hereditate prædefuncti, aliquid detrahat
7 præexistentiæ bonorum veluti propriorum ejusdem prædefuncti, quinimo talem pertinentiam, & jus dominii expresse supponit.

Secundo loco, cum nulla in tabulis nuptialibus mentio facta fuerit prætensæ consuetudinis, sive dispositive, sive per relationem, quiquid forte dicendum esset in terminis conventionum procedentium a partibus æqualiter suppositis dictæ consuetudini, neque tamen eadem ratio militat, ubi principaliter contrahens dictam consuetudinem non agnoscit, nec eidem per modum regulæ obtemperat, aut se conformare præsumitur; quemadmodum enim apud Neapolitanos in terminis novi usus Capuanæ, & Nidi parentes inter extera excludentis a successione filiorum, regula est, ut usus prædictus inter Nobiles dictorum Sedilium prærogativam habentes veræ consuetudinis legem faciat, inter Exteros pacti tantummodo vim præseferat, *Merlin. Pignatell. controv. for.* 8
libr. 2. *cap.* 49. *num.* 19. & ibidem *Scoppa in scholiis num.* 6. ita ut consuetudo eosdem Exteros non afficiat nisi de pacto constet; cum nulla conventio efficax esse possit, nisi partes expresse contraxerint, ut præmonebat laudatus *Scoppa dicto cap.* 49. *sub num.* 9
5. quin immo in casu a metipsis *Merlino*, & *Scoppa* discusso, dubitatum fuit utrum sufficeret generica ejusdem consuetudinis mentio inter Exteros emissa? Ita in nostra specie, cum ageretur de Sponso Extero impossibilis redditur applicatio consuetudinis, nec explicite, neque per relationem in tabulis nuptialibus volitam, ut superius.

Terrio hæc omnia confirmat proportio, quam successio filii in bonis maternis, citra qualitatem hereditariam, habet in ordine ad varias juris conclusiones in proposito convolantes, quasve angustia temporis exemplificare non finit.

Quamobrem primo loco vindicatum remanet verbum *propria* ab irrationabili, & disparata significatione superius perpensa, restituendo alteram quæ ex jure Romano, & Italicis moribus definit, *proprium* esse idem ac *suum*, quod simpliciter tale non secundum quid uni soli præcipue, & peculiariter convenit, & denique quo nihil in jure significantius dici possit
ad ea, quæ respective colligimus a 10
Textu in L. proprium ff. comm. præd. L. hoc Legatum de legat. 3. *L. omnes populi ff. de just. & jure. Ponte Consil.* 144. *num.* 50. *& seqq. Soccin. Sen. consf.* 1. *n.* 3. *vol.* 1. *Cacheran. decis.* 120. *num.* 9. *Redenasch. consil.* 41. *num.* 15. *Castill. quotid. controv. libr.* 4. *cap.* 10. *sub num.* 23.

Pactorum dotalium salva itidem est firmitas, & religio, cum enim illa immutabilia esse debeant quoties veri contractus naturam induunt, ut
in hypotesi, *Ponte consil.* 9. *num.* 33. 11
Staiban. Junior. resolut. forens. 75. *num.* 16. *& seqq. Quæsada controvers. forens.* 15. *n.* 6. *Galeotta controv.* 30. *n.* 58.

58. *Berlich. dec.* 51. *n.* 25. *Tabor de*
pactis dotalibus cap. 7. *n.* 2. *Cache-*
ran. decis. 20. *num.* 6. *Sanfelic. decis.*
128. *num.* 4. contrarium sequeretur,
ubi liceret matri stipulationem revo-
care, vel alios heredes instituendo,
vel spem simul, & institutionem fi-
liorum fraudando per adjectionem o-
nerum, & legatorum juxta casum
præcise improbatum a *L. cum mari-*
tus §. mulier 2. *ff. de pactis dotali-*
12 *bus, ibique Tabor, & Brunemann.*

Nulla quoque fieret injuria fami-
gerato dotis privilegio, primum in
corpore juris per *Textum in L. exi-*
gere ff. de Judiciis: mox a Scribenti-
bus communiter approbato, & præ
cæteris a *Carpano nostro ad Statut.*
Mediolani cap. 298. *vol. prim. num.*
199. *& seqq. ac Alderan Mascard. de*
interpretat. Statut. conclus. 7. *num.* 5.
13 *per plures sequent.* ut regulariter pacta
dotalia exequutionem habeant ad ter-
minos Statuti, cui maritus subjicitur
ratione domicilii, quæ prærogativa
nullam in veriori doctrina distinctio-
nem admittit inter bona sita in ejus-
dem mariti domicilio, vel in alia
Provincia, cum dos sit nomen juris
universale, non circumscriptum loco,
& comprehendens bona ubicumque
posita, sive intra, sive extra distri-
14 ctum ut late, & docte probat *Mascard.*
dict. conclus. 7. *num.* 65. *post Carpan.*
ubi supra *num.* 200. sequitur *Scoppa*
ad Merlin. dicto cap. 49. *libr.* 2. *num.*
27. quæ ratio fortius urget in hypo-
tesi, in qua ex parte Legatariorum
sola insurgit dubitatio respectu bono-
rum ultra montes a nobili defuncta
relictorum, adeo ut de facto scindere-
tur illa jurium dotalium unitas, quæ
de sui natura indivisibilis est, & quo-
cunque extenditur.

Tandem retinebatur stipulationis
ordo, & stipulantium Amor erga so-
bolem, ex communi conjugio propa-
gandam, non equidem, ut sarta; te-
ctaque maneret legalis successio, sed in
causam lucri filiis, uti filiis, debiti,
15 juxta casus, quos enumerant *Menoch.*
de præsumpt. lib. 3. *præsumpt.* 48. *n.*
7. *& seqq. Bruneman. ad L. quod-*
cumque §. 2. *ff. de verb. oblig.* Præ-
ootavimus portiones marito, & uxo-
ri designatas in suis casibus libere re-
servatas, adeo ut filiorum existentia
qua posita citra mulieris divortium
vel viri prædecessum deterior fieri
potest conditio dotis, juxta laudatam
L. 1. *§.* 1. *ff. de dote prælegat.* nimis 16
infelicem, & dubiam stipulationem
obtinuisset, quoties utilitas pactorum
dotalium, quo ad ipsos nihil ultra
procederet, quam ad reddendam affli-
ctionem afflicto, privando scilicet
patrem illo levi solatio lucri filiorum
quod maximus ejusdem mœror ex lu-
ctuoso obitu uxoris exposcit, ut ad-
vertebat *D. Jo. Stephanus Mirabilia*
Nobilissimum Collegii nostri lumen de 17
success. ab intest. cap. 3 *in princ.*

Quidquid autem discretiva videa-
tur formula per paciscentes adhibita
ubi ne dum tertia pars marito resti-
tuenda, quam augmentum mulieri ac-
quirendum respective præmorientibus
& marito, & filiis expresse cantent in
terminis plenæ proprietatis dicta am-
pliori clausula respectu filiorum omis-
sa: adhuc gemina prævalet objecti re-
solutio, & primum in facto, quod
præmoriente marito demandata sit
restitutio dotis favore mulieris, nullo
intercedente pacto de eadem dote in
plena proprietate restituenda, licet ne-
mo sanæ mentis de dicta restitutione
cum omni plenitudine facienda con-
tenderet; subordinate vero æquivoca
erat objectio, quod plena proprietas
plus in proposito innueret, quam *pro-*
prium absolute sumptum; tum quia nos
idem *proprium* retinemus, prout distin-
guitur ab alieno, communi cum alte-
ro, & a re, secundum quid tantum
nobis debita, non prout importat do-
minium, vel conjunctum cum utilitate
rei, in quo sensu dicitur plena, vel abs-
que tali utilitate, & nuda appellatur,
ut magistraliter distinguit *Castil. de* 18
usufruct. libr. 1. *cap.* 75. *num.* 1. tum
quia, referendo etiam proprietatem
ad dominium in dicto significatu,
semper verius est, quod verbum *pro-*
prietas plenitudinem dominii, posses-
sionem, usufructum, rem ipsam &
in summa omnem latitudinem impor-
tat *Castil. d. cap.* 75. *n.* 4. *& seqq.* 19

Ex his itaque, & aliis brevitatis gratia consulto omissis, pro acquirendis, filio superstiti, omnibus bonis in dotem datis citra obligationem aliquid Legatariis refundendi, etiam respectu bonorum ultra Montes relictorum a nobili prædefuncta, constantissime sentio, me tamen &c.

Franciscus Lampugnanus ex Collegio Mediolani J. C. Advocatus, & in eodem Statu Justitiæ Militaris Locum Tenens Gener.

RESPONSUM XII.

IN EADEM CAUSA.

SUMMARIUM.

1 *Nullam deminutionem pati potest dos quæ integra ad aliquem pertinere debet.*

2 *Dos restituenda est præcedente Marito.*

3 *Et lex improbat pacta contraria.*

4 *Contrahentes Conjuges Statuto domicilii viri se conformasse præsumuntur.*

5 *In pacto omnia bona comprehenduntur quocumque loco posita.*

VErba pacti connubialis, ac paciscentium mentem undequaque præclarissimam pro irrevocabilitate juris filiis quæsiti in nuptiali contractu ex solidissimis juris principiis plures alii doctissimi viri, inter quos Excellentissimus Dominus meus J. C. Collega Lampugnanus, adeo ab omnibus objectis vindicarunt, ut mihi nil ultra superfuerit, quam simplicis subscriptionis honor in manifestæ veritatis obsequium: cæterum observo verba pacti „ *resteranno, ed apparterranno &c.* „ *come beni proprj materni*, quorum effectus est, juxta legalem intellectum per scitissimos Scriptores patefactum, jus filiis ex illo conjugio susceptis irrevocabile quæsitum ostendere.

Maximæ potestatis agnosco ea verba „ *la detta somma intera di trecentomila scudi, ed il soprappiù &c.* „ si enim integra dos pertinere debet ad filios, profecto ex hoc sequitur, quod dos filiis applicata esset eo nexu, ut nullam diminutionem pati posset ad *Text. in L. Nomen debitoris 33. §.* 1 *fin. ff. de legat. 3. Peregrin. de fideicomm. artic. 3. num. 90. Samminiat. controv. 17. num. 12.* quod si nullam diminutionem pati poterat, ergo nullum superesse debuerat matri disponendi arbitrium, quia sic filii non integram dotem habere potuissent.

Animadverto insuper, quod casus prædecessus Dominæ Principissæ Sponsæ subdistinctus fuit in casum prædecessus sine liberis, & alterum prædecessus cum liberis: in primo casu data marito tertia parte dotis irrevocabili titulo nuptialis lucri: reliquæ duæ tertiæ partes reservatæ sunt heredibus ejusdem Dominæ Principissæ, seu aliis, quorum favore disposuisset. En igitur in hoc primo casu prædecessus sine liberis cogitatum de heredibus, & legatariis, & tamen in altero casu immediate sequenti nulla penitus exceptione, aut limitatione restricta sequitur stipulatio favore filiorum cum verbis integritatem dotalis compendii significantibus, patet igitur, quod in hoc casu mens paciscentium fuit stipulandi pro filiis ad exclusionem patris, & ipsorum Legatariorum, quorum favore disponere potuisset Domina Principissa in casu non existentiæ filiorum in præcedenti pacto considerato.

Pondero etiam inutilitatem, ac superfluitatem pacti favore filiorum, ubi accipiendum esset in sensu a Legatariis Dominæ Principissæ figurato, quod scilicet hereditario jure successuri essent; quæ enim esse potuisset operatio hujus pacti seclusa præsertim conjugalis societatis possibilitate? certe nulla; si enim matri supererat liberum disponendi arbitrium non obstante pacto, jam istud nil plus tribuere poterat, quam legum præscripto decerneretur.

Præterea in casu prædecessus mariti

riti extantibus, vel non, liberis ex illo conjugio, paciscita est libera totius dotis restitutio favore Dominæ Principissæ superstitis: quæ igitur fuit ratio hujus pacti? an pacto cavendum erat super restitutione dotis prædecedente marito? Non satis jure provisum, atque indubium *ex tot. tit. ff. solut. matrim. &c.*? Sane non su-
2 perflue appositum fuit hoc pactum; adverterant paciscentes, quod in præcedenti stipulatione quæsitum fuerat filiis jus irrevocabile in casu prædecessus matris, idcirco optimo jure addita fuit diversa pactio in casu diverso prædecessus mariti, quo expedit uxori dotem liberam habere, juxta censuram legis improbantis similia pacta in casu prædecessus mariti *L. Si convenerit 2. ff. de pact. dotal. cum concordantibus*, & sic patet adjectam fuisse hanc pactionem pro libertate dotalis compendii ad limitationem præ-
3 cedentis pacti favore filiorum in casu prædecessus eorum matris marito superstite cum ipsis filiis.

Nec minoris efficaciæ, ac virtutis video homogeneitatem pacti, de quo agitur, cum dispositione Statuti domicilii viri vetantis quamlibet dotis, vel ejus partis distractionem, vel dispositionem in præjudicium filiorum, eorumque descendentium, sive inter vivos, sive in ultima voluntate; quinimmo acuti superfluum erat pactum, quando matri eo non obstante superesset plena disponendi potestas: ita e converso maxima ratione nititur, si consideramus illud appositum fuisse ad denotandam conformitatem mentis contrahentium Statuto domicilii viri ju-
4 xta *Textum in L. Exigere 65. ff. de judic.* quippe cum Statutum vires extendere non posset ad bona in Territorio domicilii uxoris existentia, prudenter existimarunt pactum adjicere quod ad ea quoque extenderetur *Mantic. de tacit. & ambig. convent. libr. 3. tit. 14 sub n. 10. vers. neque obstat.*

Si itaque nihil pacto repugnat in casu prædecessus uxoris superstitibus liberis, si verba secundum eorum propriam genuinam Legalem significationem, & mens contrahentium juris irrevocabilitati conveniunt: si alioquin inutile esset pactum in adversario sensu: si idem pactum consonat Statuto, & rationabile est ad afficienda bona extra Territorium domicilii viri posita, profecto haud percipere possum, quomodo sumi velit ea interpretatio, cui verba non conveniunt, per quam pactum inutile, & elusorium reddatur, atque etiam contrarietur vulgatissimæ regulæ, quod attendi debeant in hac materia Statuta domicilii viri, cui partes se conformare voluisse præsumitur?

Quod autem attinet ad ea verba „ *come beni proprj materni* „ jam satis superque probatum in aliis scriptis, quod ly *proprj* perspicue denotet jus irrevocabile quæsitum filiis in casu prædecessus matris ut denotant alia verba „ *resteranno*, *apparterranno &c* „ Cæterum dato etiam non concesso, quod verbi hujus significatio dubia esset, sane nullum jus patitur, quod verbum dubium regulare debeat dispositionem per se claram; sufficeret non repugnantia: quid dicendum ubi potius cum cæteris verbis convenit, & in idem tendit? Præterea compatibile est, quod filii habituri essent ea bona uti propria materna, & tamen eisdem jus irrevocabile quæsitum esset ex contractu nuptiali, quippe adjectum fuerit ly *materni* ad denotandam originem, & qualitatem bonorum, vel ad effectum, ut consideranda essent tamquam materni generis, etsi ex contractu debita, ut patri quæreretur ususfructus. Plura raptim præ angustia temporis ponderanti occurrebant, verumtamen quia jam scio rem hanc plurium insignium J. CC. scriptis elucidatam fuisse, pauca hæc tantum adnectere volui, ut compertum esset me etiam cum sensu veritatis in hanc sententiam descendere.

Marchio Aloysius Mirabilia Mantegatia J. C. Coll. Mediolani Advocatus

RES-

RESPONSUM XIII.

IN EADEM CAUSA.

SUMMARIUM.

1 *Fides pacti semper est attendenda.*
2 *In pactis dotalibus Statutum domicilii Mariti, non locus celebrati contractus est attendendus.*
3 *Non extenditur tamen ad bona in alio loco sita etsi simul in dotem delata.* Contra num. 4.
4 *Maxime accedente voluntate partium.*
5 *Si Statutum uxoris adversetur capitulis matrimonialibus, verba contractus juxta sensum juris comunis sunt interpretanda.*
6 *Dictio* integra *nullam patitur diminutionem.*
7 *Dictio* & *juxta proprium significatum, stat conjunctive.*
8 *Verbum* pertinere *importat dominium vel possessionem, vel ea quæ ex aliquo contractu debentur.*
9 *Et verbum* tamquam *denotat fictionem & impropriatatem juris*
10 Proprium, *&* suum *idem sonant.*
11 *Tabelliones utuntur verbo* proprio *ad exprimendam omnimodam translationem domini.*
12 *Opinio, quod filii succedant in dote ab intestato, si mater non disponat, ex testamento vero si disponat est desumpta a traditione & reputatur valde periculosa.*
13 *Quando principalis intentio contrahentium fuit ut integra dos ad filios pertineat de necessaria, & expressa vocatione liberorum non est dubitandum.*
14 *Quia tunc stipulatur dos filiis nascituris, itaut ejus utilis actio adquiratur.*
15 *Consuetudo peregrina probanda est in specie, & casu.*
16 *Verborum conceptio nunquam tantum valet ut melior sensu existat.*
17 *Clausula in apocha matrimoniali adposita præoculis semper habendæ sunt.*
18 *Verba* tamquam propria *important translationem dominii maxime precedentibus verbis expresse indicantibus ut dos integra ad filios pertineat.*
19 *In lucro dotis Pater habet ex jure integrum usumfructum.*

STipulatas pactiones in Nuptialibus
tabulis inter nobilissimos Conju-
ges favore futuræ Prolis, purificatas
exinde in filio suscepto ex eodem con-
jugio, ac superstite una cum patre
prædefunctæ matri omnino servandas,
perempta ex præambulo contractu in
matre qualibet facultate de dote te-
standi, seu aliter disponendi, non mi-
nus docte, quam accurate, juxta ger-
manum Juris, & veritatis sensum
præclarissimi J. P. jam consuluere.
Fides enim pacto stipulata frangenda
non est, eamque semper attendendam
leges universæ mandant *L. Prima L.*
Jurisgentium §. Præter ait, ff. de 1
pactis.

Quod attinet ad dotem consi-
stentem in quantitate, nempe aureis
trecenis millibus res est in claris, ubi
etiam stipulatio ipsa defuisset, vigente
Statuto in Patria viri, per quod lu-
crum dotis totum filiis adscribitur,
interdicta præmorienti matri qualibet
dispositione, quibus in terminis at-
tendendum esse Statutum domicilii ma-
riti, non autem locum celebrati con-
tractus, præter apertum *Text. in L.*
Exigere dotem ff. de Judic. testantur
Doctores omnes cum *Bart. in L. cun-*
ctos populos C. de Summ. Trinit. & 2
Fid. Cathol. Bald. conf. 471. *libr.* 1.
& conf. 31. *libr.* 2.

Tota difficultas versatur circa
immobilia sita ultra Montes in Pa-
tria uxoris, & ipsa simul in dotem
delata, ad quæ non extendi legem mu-
nicipalem domicilii viri fuit sententia 3
Cæsaris Carenæ resol. 116. *num.* 4.

Verum, quidquid sit de fundamentis
hujus distinctionis, cujus examen angu-
stia temporis non permittit, ab innumeris
DD. cæteroquin reprobatæ, ut apud *Jo.*
Campeg. tract. de dote quæst. 69. *Card.* 4
Mantic de tac. & amb. libr. 3. *tit.*
14. *n.* 10. *Borgnin. dec.* 42. *n.* 42. *tom.* 1.
ma-

maxime accedente voluntate partium. per ratificationem habitam de ipsis capitulis in Patria viri *de Luc. de dote disc.* 102. *num.* 11. adhuc sola verba, quibus nuptialis contractus fuit conceptus, omne dubium prorsus eliminant, addito argumento a contrario sensu desumpto ex *L. Quamvis Pater tuus C. de pact. convent.*

Qualis enim sit dispositio legis municipalis vigentis in Patria uxoris ultra Montes, nobis non innotuit; veritas tamen est, quod ubi Statutum aliud disponeret, quod capitulis matrimonialibus adversaretur, afficere nusquam posset maritum originarium alterius regionis, qui ea municipali lege sibi incognita non ligaretur, eoque in casu sumenda esse verba nuptialis contractus juxta sensum juris communis recepta, tradit idem *Carena dicta resol.* 116. *num.* 6.

5 Clausulæ, quibus Nobilissimi Conjuges in illis pactionibus usi sunt, nullam patiuntur difficultatem, quin filiis, uti filiis, non uti heredibus bona, & jura dotalia, præmortua matre debeantur. Ubi enim convenerunt de lucro dotis favore liberorum, ad removendum omne dubium expresse pepigerunt, ut integra summa aureorum tercentorum millium, & reliqua, remanerent filiis, ac ad eos pertinerent. Dictio *Integra* per se patet, illiusque tanta est vis, ut nullam patiatur diminutionem *L.* 2. *§.*
6 *Ad filiorum, C. quando, & quibus &c. quar. par. deb. &c. libr.* 10. *L. Si quando C. de bon. vac. eodem libr.* 10. *L. Decem §. fin. ff. de fideicomm. libert.* Verbum *&* hoc loco retinet proprium significatum, ut nempe conjungat *L. ea tamen adjectio ff. de*
7 *legat.* 3. subsequuntur alia verba, scilicet *remanebunt*, & *pertinebunt*, ad denotandam translationem dominii in filios illico exercibilis, ubi casus evenisset, præciso quolibet titulo hereditario cum verbum *pertinere* importet vel dominium, vel possessionem, vel ea, quæ ex aliquo contractu nobis deben-
8 tur. *L. Verbum illud* 181. *juncta gloss. in verbo possint ff. de verbor. significat.* Clauditur demum oratio postremis verbis *tamquam bona propria materna* denotans ly *tamquam* fictionem, & impropriatatem juris *L.* 1. *§.* 1. *ff. Quod cujus univers. nom.* nempe bona 9
ipsa dotalia spectare debere ad filios, quasi bona propria materna, quia derivabant a matre, ad judicandam eorum originem, quemadmodum derivantia a patre, paterna dicuntur; & in hoc sensu, juxta germanum juris intellectum accipiendum venit verbum *propria*; cum proprium, & suum æquipolleant, ut tradit in illa dictione *Alberic. in suo diction. juris*, inspectis maxime antecedentibus, quibus subnectuntur, ac ad evitandam superfluitatem, ubi ad matrem referri dicerentur. Hinc extat inveterata consuetudo apud Tabelliones nostros utendi in instrumentis venditionum hoc verbo *proprium* ad exprimendam omnimodam dominii translationem in emptores per illam clausulam *cum constitutione missi, & procuratoris in rem propriam.* 11

Huic veritati, officere minime valent animadversiones, quæ pro parte DD. Legatariorum desuper afferuntur, utpote declinantes a legitima verborum significatione, dum primo loco tribuant filiis necessitatem succedendi in dote, tamquam heredibus ab intestato, si mater non disponat, ex testamento, & codicillis, si dispositiones relinquat; secundario autem asserant, quod in Patria uxoris ex usitata clausula ibi adhibita, stipulatum sit bona dotalia dari filiis tamquam bona propria materna, nempe tamquam heredibus matris, vel tanquam bona ipsorum propria materna, pro præservanda legali successione filiis ad exclusionem Patris.

Primum siquidem objectum desumptum fortassis a traditione *Castr. in L. Si cum dotem ff. solut. matrim. num.* 11. facillime diluitur, quia, & 12
si talis opinio valde periculosa reputetur a *Beccio consil.* 76. *num.* 7. *libr.* 1. adhuc tamen casui nostro non adaptatur, quum ibi caderet disputatio super Statutum antiquum Florentinum postmodum revocatum, disponens, quod præmortua uxore sine liberis, vir lucraretur dotem, si cum liberis, isti

citato succederent, & sic non ageretur
de vocatione expressa filiorum; sed
quidem principaliter de lucro mariti,
adversative vero, & per modum con-
ditionis de liberis. Hic autem diver-
sa prorsus est ratio, quum principa-
lis contrahentium intentio fuerit, ut
integra dos ad filios pertineret, &
sic contractus matrimonialis in hac
parte fuit stipulatus cum clausula se-
parata ad nullam aliam habente depen-
dentiam; unde de necessaria, & ex-
pressa vocatione liberorum non est du-
13 bitandum *Fontanell. de pact. nupt.
clauf. 4. glos. 9. part. 4. num. 73. cum
seq.* & præcipue *num.* 82. *tom.* 1.
Mantic. de tac. & amb. libr. 12. *tit.*
33. *num.* 41. *in fin. Bald. in L. Pro
hereditariis C. de hered. actio num.*
17. & 18. & *ipse Castr. in dicta L.
Si cum dotem num.* 9. & 12. quia
tunc stipulatur dos filiis nascituris,
ita ut eis utilis actio acquiratur. *L.
Pactum dotale* juncta *gloss. in verbo*
14 *actionem C. de pact. convent. Idem
Mantic. libr.* 14. *tit.* 21. *num.* 6.

Pari facilitate tollitur alterum
objectum desumptum ex usitata clau-
sula adhibita in Patria uxoris circa
verba *bona propria materna*. Ubi e-
nim ex recepta ibi peculiari consuetu-
dine, talia verba per se tribuere pos-
sent filiis necessitatem succedendi uti
matris heredibus, vel apponerentur
tantum pro præservanda in eis Legali
successione; talis peregrina consuetudo
probanda esset in specie, & casu, de
quo agitur, ac juncto toto contextu
15 nuptialis contractus, non autem in
genere, ut advertit *Cavaler. decis.* 172.
num. 5. & tunc etiam recurrerent,
quæ supra dicimus, quod scilicet in-
terpretatio a jure communi esset de-
sumenda, nec attendendus esset verbo-
rum cortex, sed voluntas, & sensus
contrahentium, quia verborum con-
ceptio numquam tantum valet, ut
16 melior sensu existat *Mantic. de tac.
libr.* 20. *tit.* 4. *num.* 8. & *seq.*

Si itaque perpendantur clausulæ,
tum antecedentes, tum concomitan-
tes, & subsequentes in apocha matri-
moniali appositæ, quæ præ oculis
semper habendæ sunt *L. Si servus plu-
rium §. fin. & L. Qui filiabus ff. de* 17
leg. 1. *Bimius cons.* 34 *n.* 4. *vol.* 1.
quis dubitare valet, quod verba *tam-
quam propria* non importent perfectam
translationem dominii in filios, præ-
cisa qualibet ulteriori dispositione in
matre, maxime præcedentibus verbis
expresse indicantibus totam, ac inte-
gram dotem ad filios pertinere? *Thes.* 18
quæst. 91. *libr.* 2. *num.* 3. *cum seq.*
Unde quæso verificari unquam possit,
quod integra dos extantibus liberis ad
eos spectaret, & pertineret, ubi præ-
morienti matri facultas de minima
parte dotis disponendi reservata intel-
ligeretur? Certum est, quod admissa
necessitate in filiis succedendi tamquam
heredibus, potuisset mater, salva por-
tione legitimæ, de reliquatu dotis li-
bere testari, quo nihil absurdius.

Neque latens extitit in patria
uxoris, imo ipsi uxori reservatio te-
standi, ac de dote disponendi, si illam
sibi expresse stipulavit in eisdem capi-
tulis tum in casu ipsius prædecessus si-
ne liberis, ubi tertiam partem dotis
maritus tantum lucrabatur, relictis
duabus partibus iis, quorum favore
uxor disposuisset, tum respectu Joca-
lium, ac Mobilium pretiosorum, quo-
rum dominium, etiam constante ma-
trimonio sibi sponsa dixerat, quibus
retentis, somnium est allegare, quod
ubi ageretur de lucro dotis, liberis
principaliter in totum stipulato, vo-
luerint exinde dubiæ interpretationi
decisionem committere, & pater sibi
præjudicium inferre, remittendo inte-
grum usufructum sibi de jure spectan-
tem ex *L. Generaliter, & Auth. ne-
que virum C. de secund. nupt.* Et ita
in obsequium veritatis sentio, sub 19
censura tamen &c.

*Carolus Antonius de Medicis J. C. C.
Mediolani.*

*Joseph Antonius Paravicinus Judex Si-
gni Equi J. C. C. Mediolani.*

*Jo. Gaspar Trimus J. C. C. & Judex
ad Signum Galli Mediolani.*

*Gaspar Marlianus J. C. C. Vicarius
Prætorius Mediolani.*

RES-

RESPONSUM XIV.

IN EADEM CAUSA.

SUMMARIUM.

1 *Permittitur fœminæ universa bona in dotem dare marito, non tantum præsentia, sed etiam futura.*
2 *Pactum de acquisitione dotis favore filiorum soluto matrimonio firmum, & usitatissimum est.*
3 *Pactum de succedendo favore matrimonii initum in connubialibus tabulis super hereditate a Lege improbatur, secus si super dote.*
4 *A proprietate verborum, quæ naturaliter mentis conceptum exprimit non est recedendum.*
5 *Statutum mandans dotem penes virum remanere nomine filiorum importat qualitatem hereditariam, si utatur verbo* succedant, *secus, si verbo* obtineant lucrentur habeant.
6 *Successio utcumque universalis aut particularis ad ultimam voluntatem refertur.*
7 *Dotem quam defert Statutum filiis mater non potest auferre.*
8 *A Statuto ad conventionem tenet illatio.*
9 *Verbum* remanere *importat translationem dominii.*
10 *Et in terminis contractus nuptialis inducit lucrum dotis.*
11 *Et si res absit ab eo in quem fistere debet idem importat ac reddi solvi.*
12 *Ubi vero res existat importat durationem.*
13 *Ideo remanere dicitur quod immutabiliter remanet, nec potest auferri.*
14 *Non est recedendum a sensu contrahentium in interpretatione verborum.*
15 *Verba* ad quam ea res pertinet *important dominium. Et in solo dominio cadunt.* Et num. 17.
16 Pertinere *stat etiam pro* deferri.
18 *Verba semper accipiuntur, & declarantur ex subiecta materia.*
19 *Stipulatio integræ dotis favore filiorum non potest verificari nisi adempto arbitrio aliter disponendi.*
20 *Verba* resteranno ed apparterranno *dicuntur directa, & rei acquisitionem immediatam important.*
21 *Et in casu dotis filiis per hæc verba relictæ acquiritur independenter a restitutione Patris.*
22 *Clausulæ omnes a principali dispositione regulandæ sunt.*
23 *Verbum* proprium *plenum & absolutum dominium significat.*
24 *Et pro suo accipitur, vel quod nostri juris sit.*
25 *Et sit proprium id cujus dominium transfertur.*
26 *Et contradistinguitur a comuni.*
27 *Proprietas idem est ac dominium.*
28 *Et a proprio derivatur.*
29 *Procurator in rem propriam habetur loco domini.*
30 *Clausula motu proprij significatur quod sponte, & nemine petente conceditur.*
31 *Bona materna ante Constantini tempora uti adventitia erant in plenissimo dominio Patris.*
32 *Et ab ipso Imperatore fuit constitutum quod proprietas bonorum maternorum pertineret ad filios.*
33 *Dictio* come *ubi nulla obstat ratio disparitatis denotat veritatis expressionem.*
34 *Verba intelligi debent, ut juri comuni derogent potius quam ut nihil operentur.*
35 *Copula* & *coniungit maxime si coniunctio veniat ex se.*
36 *Pater filiis uti filiis non uti heredibus stipulasse præsumitur.*
47 *Nega si sibi & filiis simul stipulaverit, concede, si tantum filiis.*
38 *Pactio obscura quoad fieri potest ad jus reducenda est.*
39 *Nempe municipale, & in ejus defectum comune.*
40 *In pactione dotali interpretatio sumenda est e Statuto domicilij viri non uxoris aut regionis, ubi fit stipulatio.*

41 *Item restitutio facienda ad præscriptum Statuti cui maritus subest,*

42 *Voluntas contrahentium loco non circumscribitur sed ad bona ubicumque sita porrigitur.*

43 *Prior substantia ab additamento non immutatur.*

PActum nuptialibus tabulis appositum quod enucleandum proponitur, ita vernaculo sermone conscriptum est:

E se la Signora Sposa morisse la prima, lasciando de' figliuoli maschi, o femmine, la detta somma intera de' trecentomila scudi, ed il soprappiù della prefata constituzione dotale resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli, come beni propri materni.

Prædefuncta in eo conjugio uxore, superstitibus liberis, factoque ideo casu eorum vocationis ex pacto, cum ipsamet Conjux plura legata in cocodicillis reliquerit, excitatur quæstio de illius potestate in hoc supremo voluntatis suæ judicio; si enim jus filiis quæsitum esse volumus irrevocabiliter ex hoc pacto, ut proinde tamquam filii, non uti heredes matris, dotalia bona consequantur: quemadmodum non erat in ejusdem matris potestate, ut quicquam disponeret de bonis, jam liberis ipsis ex stipulatu quæsitis, violata fide conventionis semel datum, ne postea legando adimeret, & imminueret; ita inania erunt legata, veluti super re aliena inconsulto relicta.

Hic itaque sistit cardo quæstionis, ut scilicet videamus, an ea fuerit Conjugum mens, & voluntas consulendi in dotalibus tabulis irrevocabiliter futuræ sobolis commodo super dote; idest, an filii proprio, vel tantum successionis jure isthæc materna bona hodie naneiscantur.

Elaborata consultatio incipiens: *Florentinorum Responsum*; quæ jura liberorum adversus insurgentes Legatarios nervose tuetur, quæque etsi careat auctoris nomine, auctorem sane Jurisperitissimum ostendit, magis jure subnixa est, quam quod indigeat confirmatione. Nihil enim asserit, quod legis auctoritate non probet, aut recte ex solidioribus juris principiis, ratiocinando non eliciat, ut proinde rebelles lumini esse oporteat, quos in eandem sententiam non trahat.

Postquam autem meum, qualecumque sit, votum super hac disceptatione expectatur, ut quid de hodierna quæstione sentiam, pro tenuitate mea, simulque pro veritate aperiam.

Præmitto ante omnia duo, quæ firmissima in jure existimo.

Primum, quod nulla lege prohibitum est, universa bona in dotem marito fœminam dare, ut rescripsit *Imper. Alex. A. Valent. in L. nulla C. de Jur. dot.* & ibi *Brunemann.* nec præsentia tantum, sed etiam futura, ut *ex Bald.* declarat *Gothofred.* ibidem 1
in notis lit. S.

Secundum est, firma esse ea usitatissima pacta, quibus stipulatur dotis acquisitio favore liberorum, soluto matrimonio: *Florentinus libr.* 3. 2
Instit. cujus est *Textus in L. si inter virum, & uxorem ff. de jure dot.* juncta *L. inter 26. ff. eodem, & Text. in L. D. Constantini C. de natur. liber.*

Hinc quidquid torqueantur Pragmaticorum ingenia in ea quæstione, an valeat favore matrimonii pactum de succedendo initum in connubialibus tabulis; nihilominus rem extra difficultatem agnoscunt, & planam esse fatentur, ubi non super hereditate (cujus pactum a jure improbatum est *L. hereditas C. de pact. convent. L. cum donationis 34. C. de transact.*) 3
verum super dote paciscitur. Quod discrimen vidit *Fachin. controver. jur. libr. 5. cap. 87.* nam quamvis I. C. & *Imperatores* improbent hujusmodi conventiones, etiam in dotali contractu, ut in *L. pactum quod dotali 15. C. de pact.* ideo tamen eas irritas faciunt, quia ibidem conveniat de paterna successione; cujus rei argumento sunt verba *d. L. cum hereditas*, ibi „*quæ dotis titulo tibi non sunt obligata*; sciebant enim *Imperatores*, isthæc pacta circa dotem inter Conjuges valere, & servanda esse.

Non

Non omnino supervacaneum mihi visum est hæc duo evidentialia, ut vocant, præmittere, ne dubitari forte contingeret de validitate istius pacti initi jam non super Conjugum hereditate, sed super dote, quæ amplectitur etiam bona Ultramontanæ Provinciæ, ex aperta lege nuptialis contractus.

Posita firmitate pacti, cum recto ordine ingrediatur quæstio proposita de voluntate paciscentium, constantissime sentio, eam fuisse Conjugum mentem, ut dotem filiis, uti filiis, ac ita irrevocabiliter stipularentur. Quam Coniugum voluntatem ex tribus velut fontibus apertissime prosilire arbitror.

1. Ex verbis pacti.
2. Ex conjecturis.
3. Ex Statuto vigente in Patria viri.

§. I.

De verbis pacti.

Quoniam sine caussa non debemus a proprietate verborum, quæ naturaliter mentis conceptum exprimunt in quacumque dispositione recedere, juxta monitum *Text. in L. 3. §. Hæc*
4 *verba ff. de Negot. gest. & in L. non aliter ff. de legat. 3.* res expedita est favore Liberorum in hodierna disputatione.

Nam, quando controvertitur, numquid Statutum mandans, quod dos remaneat penes virum nomine filiorum, inducat ita necessariam eorum vocationem, ut supremo matris judicio ea fraudari, ne in obolo quidem possint ipsimet filii; communis hodie invaluit distinctio cujus auctorem agnoscimus *Paulum de Castro in L. cum dotem num. 11. & 12. ff. solut. matrim.* cui adiciunt calculum *Jason. cons. 127. col. 3. vers. 7. Cagnol. in L. final. num. 100. Cod. de pact. Roland. de lucr. dot. quæst. 82. per tot. Osasch. decis. 20. per tot. Thesaur. decis 34. num. 2. & decis. 106. in*
5 *princ. Inter recentiores. De Luc. de dot. discurs. 198 num. 4.* invaluit, inquam, ea distinctio, ut si Statutum utatur verbo, *succedant*, hereditariam qualitatem importet, secus autem, ubi alio verbo utatur, puta *obtineant*, *lucrentur*, *habeant*.

Quæ sit discriminis ratio, facile ex eo intelligimus, quod successio utcumque universalis sit, aut singularis perpetuo in toto jure, ac apud omnes J. C. ad ultimam voluntatem refertur, in qua, cum sit verbum commune, plures instituuntur quæstiones in pluribus thesibus substitutionum; ideoque nequit verificari dispositio Statuti in translatione dotis irrevocabili extra jus successionis, postquam vocat filios dependenter ab ipsa successione. 6

Quotiescumque autem verba Statuti sonant in translationem dominii, citra hereditariam qualitatem, cui sane repugnant ea verba, *habeant*, *obtineant &c.* propria quidem contractus, incongrua tamen successioni, ex communi usu loquendi: quæ alia superest, quæso, interpretatio, nisi ut intelligamus, translatam esse dotem in filios irrevocabiliter, quin hoc jus lædere valeat mater legando, vel aliter disponendo? Quoties enim dos alicui ex Statuto defertur, aut reservatur, ea per dispositionem ipsius uxoris auferri non potest, per *Text. in* 7
L. Si arrogator ff. de adopt. & in Authen. præterea, ubi Bald. Fulgos. Castrens. & Alex. Cod. unde vir, & uxor.

Quæ si obtinent in Statuto, cur non & in pacto? Tenet siquidem a Statuto ad conventionem illatio *L.* 8
Non impossibile ff. de pact.

Imo si pactum, de quo sermo est, spectamus, perspicuis adeo verbis conscriptum est, ut locus superesse nequeat interpretationi. In casu etenim præmorientiæ uxoris cum prole, qui evenit, aperta est lex conventionis, quod bona dotalia *resteranno, ed apparterranno ad essi figliuoli, come beni proprj materni.*

Nemo non videt, universum hujus pacti contextum determinari, & regi ab iis verbis *resteranno, ed apparterranno*, in quibus proinde jacet substantia dispositionis.

Cum autem ea applicent dotem
filiis ex ſtipulatu, ac omnino heredi-
tariam qualitatem excludant, conſe-
quens eſt, jus ſemel quæſitum eisdem
filiis ex parentum providentia, in vim
nuptialis contractus, lædi non potuiſ-
ſe in ſupremis tabulis, a quibus iidem
mutuari non habent ſucceſſionem in
bonis dotalibus, ex pacto delatis.

Minor propoſitio ex utriuſque
verbi ſignificatione probatur.

Atque exordiendo a primo, tan-
ta illius vis eſt, ut in contractu im-
portet translationem dominii, quod
ſatis aperte elicitur *ex L. 2. ff. de*
9 *pact. dotal.*

Imo verbum *remanere* tabulis do-
talibus adjectum (ac ita in terminis,
ut ajunt, terminantibus) lucrum do-
tis inducit. Aperte loquitur *Ulpian.*
in L. Neratius ff. de religioſ. cujus
verba referre placet: *Si is, qui dotem*
dederat pro muliere, ſtipulatus eſt,
duas partes dotis reddi, tertiam apud
maritum remanere &c. Inde eveniebat,
ut ex hac ſtipulatione, quod dos a-
pud virum remaneret, is dotem lu-
10 crifaceret, ut obſervat *Briſſon. de for-*
mul. P. R. libr. 6. pag. 548.

Quod confirmatur ex ipſo textu
in *L. Cum ante Ced. eodem*, ubi ex
verbo *remanerent*, in pactione con-
ſcripto, datur actio ei, ad quem ver-
bum illud referebatur. Ex quo textu
habemus verbum *remanere* idem im-
11 portare, ac *reddi*, *ſolvi &c.* quotieſ-
cumque res, quæ debet remanere, ab-
ſit ab eo, in quo ſiſtere habet ex
convento, quod acceptum a *gloſ.* pro-
bavit *Barthol. in L. Tale pactum § fin.*
in princ. ff. de pact. E contra vero dura-
tionem importat, ubi res jam exiſtat
12 *L. Si ſuſpecta §. 1. de inoff. teſtam.*
L. Adeo §. 1. ff. de acquir. rer. do-
min. Sicque remanere illud dicitur,
quod immutabiliter remanet, nec au-
ferri poteſt *L. Aliud eſt capere ff. de*
verb. ſignif.

13 Porro ſi conſideremus in hoc pa-
cto hujuſmodi verbum *reſteranno* diri-
gi ad Liberos futuros, intelligimus ex
eo actionem Liberis ipſis conſurgere,
ut ſcilicet conſequantur bona dotalia,
quæ tunc tradebantur Sponſo, quæ-
que in filiis manere non poſſent, niſi
poſſent itidem a filiis peti, & vindi-
cari jure actionis.

Nec aliter contrahentes hoc ver-
bo uſi fuerunt, niſi ut deferrent Li-
beris ex ea conditionali ſtipulatione
dominium. Videmus enim in præce-
denti pacto conceptam hoc eodem ver-
bo ſtipulationem proprietatis lucri do-
talis ibi *reſtando ad eſſo futuro Spoſo*
per guadagno nuziale in piena proprie-
tà. Non eſt itaque cur ulterius talis
verbi ſignificationem perſcrutemur,
poſtquam videmus, quid ſignificaret
apud eosdem contrahentes in ipſomet
contractu, a quorum ſenſu recedendum
non eſt *L. Cum alimenta in princ.*
& ibi *Bart. ff. de alim. & cibar. le-*
gat. gloſſ. in L. Ille, a quo §. Si de 14
teſtam. verſ. verba ff. ad Trebell.

Vim huic verbo ſuperaddit vali-
diſſimam, quod immediate ſubſequitur,
nempe *apparterranno*; ut enim Sponſi
commune hoc votum luculentius ape-
rirent, non ſatis eis fuit expreſſiſſe,
quod ea bona in filiis remanerent, ni-
ſi eo addito efficaciſſimo verbo „ *ap-*
parterrano „ plenius applicarent, ſeu
reſervarent dotalem ſubſtantiam Libe-
ris ex eo conjugio deſcenſuris.

Innumera ſunt juris loca, in qui-
bus hæc clauſula: *is ad quem ea res*
pertinet, apponitur pro dominio; ut
nonnulla afferamus:

Ulpianus in L. Prima §. Ajunt
Ædiles ff. de Ædil. edict. ſcribit. *Æ-*
diles emptori, omnibuſque, ad quos ea
res pertizent; judicium dare, quibus
ſane verbis, *ad quos ea res pertinet*,
arguitur dominium, quod ſupponitur
translatum, ut detur actio redhibi-
toria.

Papinianus in L. Inter ff. de
pact. dotal. inter ſocerum, & generum,
ut ſi mortua filia, ſuperſtitem annicu-
lum filium habuiſſet, dos ad virum
pertineret, quibus verbis apertiſſimum
eſt, lucro mariti dotem ceſſuram ex
verbo *pertineret*. Habemus igitur in
ſubjecta materia germanam hujus ver-
bi ſignificationem.

J. C. in L. 1. §. Prodeſt ff. de
act. & obligat. ibi „ *Prodeſt autem*
poſſidere, quoties voluntate ejus ad quem
ea

ea res pertinet, *possidere cœptum est*.

Textus in L. Si ita stipulatus fuero §. Chrysogonus ff. de verbor. oblig. L. 3. ibi *hæresque ejus*, *aut is*, *ad quem ea res*, *qua de re agitur*, *pertinebit*.

Adhuc Ulpianus in L. Clam. ff de acquirend. posses. qui significaturus voluntatem Domini scribit: *Sciente*, *aut volente eo*, *ad quem ea res pertinet*.

Imper. Gord. A. Agrippino in L. Si super C. de transact. ibidem: *Te*, *ad quem res pertinet*, *vim ab eo pati non debere*.

Magis clare *Pomponius libr.* 3. *ad Sabinum in L. Liber homo* 19. *ff. de acquir. rer. domin.* iis verbis: *Liber bona fide mihi servit*, *idest*, *quod ex operis suis*, *aut ex re mea pararet*, *ad me pertinere sine dubio Aristo ait. Quod vero quis ei donaverit*, *aut ex negotio gesto acquisierit*, *ad ipsum pertinere*.

Pertinere pro deferri observat diligentissimus, ac de jurisprudentia optime meritus *Jacobus Cujacius in libr.* 19. *quæst. Papin. ad L.* 42. *§. Servus ad. S. C. Trebell. tom.* 1. *oper Posth.*

Quod iis verbis *ad quem ea res pertinet*, solus dominus contineatur, sensit etiam *Julianus*, ut patet *ex L. Non solum* 30. *§. Quæritur ff. de procurator auctoritate. L. Si ita scriptum §. Sub conditione de leg.* 2. *& l.* 14. *de liberis & posth.*

Satis jam de hujus verbi significatione, ut proprie dominium præseferat, & importet. In nostro autem casu, ubi ejusmodi verbum stat dispositive, imo dispositionem ipsam regit, nulli dubium esse potest, quin jus dominii in filios importet, sub conditione prædecessus matris.

Accedit hoc verbo usus ipsasmet Partes in iisdem nuptialibus tabulis, ad stipulandum proprietatem antephati mulieris favore, ut *in §. Et in caso &c.* ibi *il quale aumento &c. sarà*, *ed apparterrà &c.*

Confirmatur ex subjecta materia, juxta quam verba semper accipiuntur,

18 vel declarantur *L. Si uno ff. locati*.

Nam in pacto nullus sermo hereditatis maternæ irrepsit, sed tantummodo super rebus dotalibus paciscitur. Repugnant itaque verba successionis, quam neque a seipsis, neque ex subjecto dispositionis possunt habere; ideoque id unice important, ut bona dotalia remaneant, & pertineant, ad filios ex stipulatu.

Potissimum quia non indefinite quantitas dotis exprimitur, sed vocabulo strictiori ita circumscribitur, ut ne latum quidem unguem possit imminui. Verba sunt: *la detta somma intera dei trecentomila scudi &c.* Quod si integrum est, cui nihil deest, ut per se patet, integrum accipere nequeunt filii, si prædeducenda veniant legata a matre, contra fidem nuptialis promissionis relicta. Quomodo enim verificari potest, quod integra dos ad filios perveniat, nisi, intellexerint contrahentes adimere sibi arbitrium aliter de ea disponendi? Fatua erat stipulatio, quæ integrum dabat, quod poterat diminui.

Imo urget aliud argumentum, quod scilicet, ideo vocem hanc *intera*, qua usi non sunt conjuges in aliis 19
pactis, hic appofuerint, ut vividius, & efficacius Liberorum jus firmarent, cum enim integram dotem eisdem stipulaverint, abdicarunt a se ex necessario consequenti arbitrium disponendi super ea in postremis tabulis, ut filii integrum caperent ex tabulis dotalibus.

Præterea animadvertendum est, hæc verba *resteranno*, *ed apparterranno*, utpote ea, quæ immediate ad filios referuntur esse directa. Directa enim verba esse novimus, quæ ita diriguntur in personam nominatam, ut ad rei acquisitionem alterius ministerium non requiratur, juxta receptam theoricam *Bart. in L. Centurio* 20
num. 4. ubi *Jason. n.* 5. *ff. de vulg. & pupill.* quod docuit *gl'ss. in L. Precibus C. de Impub. & aliis subst.*

Si ergo sunt directa, consequens est, ut sint dispositiva, ideoque jus proprium filiorum inducant. Nec enim hic capiunt filii, quia eisdem restituere debeat pater; imo independenter a restitutione capiunt ipsi imme- 12
dia-

diate ea bona materna, quæ in eosdem translata sunt ex pacto.

Post ea verba *resteranno, ed apparterranno* subsequitur clausula: *come beni proprj materni*, quam sibi propitiam autumant Legatarii, perinde ac si videatur ex ea tantummodo præservatum jus intestatæ successionis, arguendo a significatione, quam eadem clausula obtinet in Patria uxoris, ubi contrahitur societas conjugalis.

Verum tantum abest, meo arbitratu, per hanc clausulam vim præcedentium verborum enervari, ac filiis jus tantum successionis reservatum iri, ut inxo magis aperte constet, stipulationem interpositam fuisse non in modum simplicis reservationis, sed promissionis in vim contractus.

Nec enim hujusmodi clausula retinenda est in abstracto, & præcisive a verbis pacti dispositivis, quibus adhæret, cum ipsa noo contineat perfectam orationem, ideoque per se nequeat subsistere. Cui illud consequens est, quod frequentissime residet in ore Pragmaticorum, oimirum clausulas omnes a principali dispositione regulari.

22 Hoc itaque ad evidentiorem confutationem objecti animadvertendum arbitror, quamvis doctissimus Consulens illud radicitus contundat. Nam argumentum illud, quod trahitur ex Regionis more, ut scilicet ibi adhiberi soleat verbum *propria* ad filios directum, ad præservandam successionem intestatam in filiis, excluso ipso patre ab hereditate alterius filii præfuncti: illud, inquam, argumentum, quod est Legatariorum Achilles, nihil probat. Ratio apertissima est, quia, si præcedentia verba, *resteranno, ed apparterranno*, quibus regitur integra pactionis oratio, & a quibus profluit dispositio, tantæ potestatis sunt, ut dotem in filios transfundant ex pacto, dissoluto matrimonio per mortem uxoris: quis oon videt clausulam adjectam: *uti bona propria materna*, tamquam accessoriam debere interpretari a parte dispositionis, cui adhæret; ac ita interpretari, ut propriam eis non auferat significationem? Hinc probare argumentum posset fortasse, quotiescumque hujusmodi clausula staret per se in pacto, & ab ea unice trahi vellet jus liberorum: non ita vero in sensu apposito, ubi clausula in ea significatione accepta, potioribus verbis, quibus innititur, repugnaret.

Denique multum addit ponderis, & momenti consideratio, quod, cessante in hypotesi ratione, ob quam isthæc clausula solet apponi, cessante inquam, societate conjugali, a qua partes recesserunt in dotali instrumento, noo amplius ab ea trahenda est interpretatio. Ut quid enim apponebatur clausula impediens ejusdem societatis effectum in successione filiorum, quando non aderat, nec adesse poterat ipsa conjugalis societas? Non erat cur impediretur effectus impossibilis ex defectu causæ.

Ergo alia fuit paciscentium intentio in hujusmodi clausulæ appositione. Quæ autem alia esse poterat, nisi, ut bonorum naturam, seu originem indicarent, ac ita tollerent omnem ambiguitatem super titulo?

Cæterum redeundo, unde paulo ante divertimus, constat vocem hanc *proprio*, juxta communem loquendi usum, cum apud Italos, tum apud ve- 23
teres Jurisconsultus, plenum, absolutumque dominium significare.

In hunc sensum *Paullus ad Plautium in L. Sane* 14. *ff. de injur.* utitur velut synonimo post verbum *proprium* verbo *suum* ad idem jus significandum.

Res propria dicitur sua etiam *in §. Si quis igitur Auth. de non alien. reb. Eccles. collat.* 2.

Javolenus in L. Proprium ff. com. prædior. ait *eum*, qui rem suam alteri tradit, ut ejus propriam faciat, sine controversia eum facere dominum.

Proprium pro suo accipit *Text. in L.* 1. *§. In propria causa ff. quemadmodum appelland. sit*, *&* *in L.* 24
Rei propriæ ff. de verb. signif. Proprium enim stricte loquendo appellatur, quod vere est nostrum, seu nostri juris est *L. ult. ff. de superfic. & L. Si id, quod ff. de duobus reis Bald. in L. Cum res in fin. ff. de probat.* id-

idque fit proprium, cujus dominium
transfertur *Text. in L. Bello §. Rur-*
25 *sus ff. de capt.* ibi *nisi constitutio eum*
proprium fecisset, usu capi non po-
tuisset.

Interdum J. C. utrumque expri-
mit ad majorem emphasim *L. fin. §.*
1. ibi *suum proprium ff. de except. rei*
judic. sua propria vocat. Textus *in L.*
Testatrix §. 1. si servit. vindic. res
tuas proprias; *Text. in L. fin. ff. de*
negot. gest. L. 13. C. de legat. ibi *pro-*
prias tuas res legari, vel fideicommit-
ti tibi non potuisse.

Proprium itaque tantam vim ha-
bet significandi dominium, ut contra
distinguatur a communi. Exemplum
habemus in *L. in Provincial. §. 1.*
ibi *quod si socius meus in communi in-*
sula opus novum faciat, & ego pro-
26 *prium &c. ff. de novi oper. nunciat. in*
L. 1. §. Per commun. ff. de acquir.
possess. in cap. sicut 2. dist. 47. in
cap. nulli verbo proprio juramento, &
cap. ut circa §. fin. de elect. in 6.

Non aliter sonat apud Italos,
etiam in contractibus ista vox *proprio*,
sive enim stet in oratione loco præ-
dicati, sive loco subjecti, constans hoc
unum est, semper ob eam explicari
dominium. Nam, cum in Latino i-
diomate proprietas, quæ idem est, ac
dominium *L. 8. & L. 36. ff. de ac-*
27 *quir. rer. domin.* a *proprio* derivetur,
quasi proprie nobis sit, & magis po-
testati nostræ accedat, juxta *Nonium*
Marcellum, qui teste *Brisson. de ver-*
28 *bor. jur. signif. verb. proprium*, definie-
bat, proprium esse suum cujusque;
optime consequitur eandem obtinere
significationem ly *proprio*, etiam apud
Italos, quorum sermonem a Latino
originem habuisse non est, qui ignoret.

Hinc clausula *dati ad proprium*
in venditionibus ad transferendum do-
minium. Hinc *Procurator. in rem pro-*
priam, quasi dicamus *in rem suam*, qui
29 habetur loco domini *L. Si cum emptore*
ff. de pact. glos. & DD. in L. Transactio-
nis Cod. de transact. Hinc scriptum *ma-*
nu propria. Hinc clausula *motus proprii*, de
30 qua est Text. *in cap. si motu proprio de*
Præbend. in 6. illaque significatur,
quod sponte, nemine petente concedi-
tur. Hinc denique proprium patri-
monium, propria res, propria obli-
gatio &c. Innumera suppeterent exem-
pla id genus, quæ in re omnino per-
spicua consultius omittuntur.

Videamus nunc, an congrueret
hoc prædicatum *proprii* relative ad
bona materna, quia si non repugnat
subjecta materia, accipiendum erit in
suo naturali, ac communiori signi-
ficatu:

Hujus dispositionis sedes est *in tit.*
Cod. de bon. mat. & matern. gener.
ad quem scribens *Cujac. oper. posth.*
tom. 4. sive *Cod. Justin.* observat, ut
ante *Constantinum* acquirerentur patri
pleno jure etiam bona materna, ut-
pote bona adventitia, quorum tunc
plenissimum erat apud patrem domi- 31
nium *L. 6. in princ. & L. Filius fa-*
mil. de acquir. heredit. concludit ideo,
primum esse *Constantinum*, qui *in L.*
1. cod. eodem definivit, ut bonorum
maternorum proprietas pertineret ad
filium, & fruendi facultatem dumta-
xat haberet pater; quæ propterea,
mortuo patre, retinet filius familias
præcipua, ut bona castrensia, nec
confert fratribus, ut in *L. 4. Cod.*
de bon. quæ liber. & in L. ult. de 32
collat.

Retento igitur, quod bona ma-
terna juris sunt Liberorum, planum
fuit verbum illud *proprj* magis qualifi-
care eorundem dominium.

Vel enim ita hoc verbum *proprj*
accipimus, ut referatur ad matrem, si-
gnificando ea bona, quæ erant ipsius
propria; vel intelligimus referri ad fi-
lios, ut scilicet eadem bona ad eos
spectarent, ut propria.

Si primum, inanis erat hujusmo-
di explicatio, quia stipulatio concepta
erat de dote, quæ devolvi non pote-
rat ad filios, quin devolveretur, ut
res propria matris.

Si vero secundum; quonam pa-
cto strictius poterat dos stipulari fa-
vore Liberorum, quam eis ipsam do-
tem applicando, velut propriam, fin-
gendo ita semper bona materna fuisse
in eorum dominio?

Hinc declaratur intellectus di-
ctionis *come*, quæ ubi disparitatis ra-
tio

tio nulla obstat (ut in hac specie ; quia bona vere erant materna, ideoque jure ac merito adjecta est clausula : *come beni proprj materni*) deno-
33 tat veritatis expressionem, ut *in L. Sæpe ff. de verbor. signif. in L. item Mela §. Si plures ff. ad Aquil. & in L. Si familiæ ff. de jurisdict. omn. judic. Bartol. in L. omnes Populi quæst. 5. princip. ff. de justit. & jur.*

§. 2.

Recensentur conjecturæ efficacius comprobantes stipulationem favore Liberorum.

Ex huc usque lato calamo deductis, facile erit cuipiam recte videnti judicare, non aliam fuisse conjugum voluntatem, quam ut Liberis quæreretur integra dos materna soluto matrimonio. Veritatem hanc apertius adhuc constare posse arbitror ex conjecturis.

Prima suppediatur a generali consuetudine stipulandi hujusmodi pacta, ut dos certo remaneat in familia viri, qui forte alias contracturus non erat. Novimus siquidem hujusmodi pactum, quo, si prædecedat uxor, dos adjudicatur Liberis, maximum ipsius viri favorem involuere, ideoque omnis ratio suadet, hoc voluisse contrahentes, ut quæ de jure facienda erat (præcisa conventione) heredibus mulieris restitutio dotis, ea ex pacto fieret solis Liberis, ne ipsius acquisitio ab incerto voluntatis maternæ exitu penderet, neve posset aliquando dos ipsa egredi e dono viri.

Secunda ex eo trahitur, quod supervacanea erat pactio, si ex ea intelligimus reservatum dumtaxat jus iostatæ successionis Liberorum favore, quæ pacto non indigebat, utpote providentia juris delata. Explorati autem juris est potius verba intelligi debere, ut juri communi derogent, quam ut
34 nihil operentur *L. 1. cod. de collat. L. Si quando de legat. 1. Bald. in rubr. Cod. de contrahend. empt. & glos. notabilis in cap. solitæ verb. tamquam de majorit. & obedient.* Credendum ne ideo, hujusmodi maritales tabulas, maximam redolentes solertiam, in quibus ne verbum quidem otiatur, inutile pactum in re tanti momenti ex placito stipulantium continere? Ut quid geminata verba propriam filiorum vocationem inducentia, ut quid clausula : *come beni proprj materni*, si præservanda tantum erat Legalis successio? Fortius, cur præservabatur eadem successio, ubi deficiente conjugali societate, nulla superat necessitas ex dictis, quod de hoc solliciti essent contrahentes?

Profluit tertia conjectura ex pacto immediate præambulo, in quo prædecedente uxore sine liberis, cautum est, „ *che il futuro Sposo sarà tenuto restituire agli Eredi di detta Signora Sposa, o a quelli, in favor de' quali Ella avrà disposto dei suoi beni, li due terzi solamente tanto della detta somma dei trecentomila scudi, che del soprappiù de' beni, che allora le fossero pervenuti &c.* „

Hinc evidentissime constat, mulierem, quando voluit sibi jus disponendi intactum remanere, id disertis verbis expressisse, ut proinde credendum sit noluisse, ubi non expressit.

Neque percipi valet, cur hæc mulier adeo aperte in eo pacto explicuerit, quibus facienda esset restitutio, deficientibus Liberis, ut satis ei non videretur stipulasse heredibus, nisi uberiorem adderet stipulationem in eos conceptam, quorum favore ipsa disponeret : in hoc autem ex animo providæ mulieris recesserit omnis cautela, qua libertatem disponendi super dote sibi præservaret.

Rursus hinc animadverto, quod verba diriguntur ad virum ibi „ *sarà tenuto restituire agli Eredi &c.* „ in secundo autem pacto, de quo agimus, jam non inflexa, sed directa sunt verba ad filios immediate; ex quo infertur filios in hac stipulatione consideratos fuisse discretive ab heredibus, quia primi directe vocantur, quod secundis non conceditur. Præsensit Sponsa naturalis amoris stimulos erga futuram prolem, se matrem sensit in ipso matrimonii ingressu, ideo-

deoque praecoci voluntate consuluit
speratae soboli ex stipulatu.

Accedit (& hoc, ni fallor, rem
ad evidentiam perducit) quod post-
quam in ea pactione conventum fue-
rat tertiam dotis partem cedere debe-
re lucro mariti, ibi „ *l' altro terzo
restando a esso futuro Sposo, per gua-
dagno nuziale in piena proprietà* „
immediate per continuatam oratio-
nem subnectitur providentia io casu
existentium Liberorum, & hic est,
ubi declaratur, integram dotem ad
Liberos ipsos pertinere. Sicut igitur
ea pars dotis in prima parte rema-
nebat penes virum certo certius jure
proprio ex stipulatu; ita integra dos
pariter ex stipulatu in secundo ora-
tionis membro intelligitur ad filios
translata. Quod sit oratio continua-
ta, aperte indicant ea verba: „ *E
se la Signora Sposa morisse la prima
&c.* „ quia copula *&* conjungit, prae-
35 terquam quod conjunctio venit ex se,
dum agitur de eodem casu praedecessus
Sponsae.

Quarto loco validissimam conje-
cturam habemus in sermone Italico
quo ratificatae sunt tabulae conjugales.
Videmus enim omnia verba, omnes-
que clausulas, quibus Itali hujusmodi
pactiones conscribunt. Absit ideo fu-
tilis ea interpretatio, ad quam, velut
ad Sacram Anchoram Legatarii con-
fugiunt, ut scilicet usurpatum fuerit
verbum *proprj* juxta significationem,
quam obtinuit in Patria uxoris. Pro-
fecto, quis poterit sibi umquam sua-
dere, partes voluisse clausulis peculia-
rem habentibus significationem uti in
ratificatione facta eo sermone, in quo
eadem aliter significabant?

Posset quidem huic interpretatio-
ni locus esse, quoties ea clausula esset
ita propria regionis, ut nihil extra
significaret. At cum ex dictis apertis-
simum sit, eam in jure Romano I-
talico significationem aptissimam ad
rem habere; quid ultra ambigimus in
claris?

Postremo loco urget juris prae-
sumptio, patrem stipulatum filiis, uti
filiis, Textus est apertissimus in *L.*
36 *quodcumque* 45. *§. Si quis ita sti-
pulatur ff. de verb. oblig.* ad quod e-
tiam scitissimus Consulens respexit.

Et quamvis communis sit DD. 37
sententia, patrem paciscendo filio,
praesumi stipulatum, ut heredi, secun-
dum *glos. in L. si tibi §. Si pactus ff.
de pact.* nihilominus id notabiliter de-
claratur; quando Pater sibi, filiisque
simultanee esset stipulatus. Quando e-
nim filiis tantummodo stipulatur pater,
stipulatio incipit ab eis, ut filiis licet
non sint heredes *L. filius fam. §. Cum
quis ff. de legat.* 1. Quae limitatio
post *Alex.* & *Jason.* tradita est a
doctissimo concive, & Collega meo,
Alciat. de praesumpt. 31.

§. 3.

De Statuto extante in Patria Viri.

Rem clariorem adhuc, si fieri
potest, evadere crediderim ex praesum-
pta conformitate voluntatis conjugum
ad Statutum viri.

Supponamus itaque ambiguam,
ac obscuram partium voluntatem, ut
proinde locus sit interpretationi pacti
connubialis. Vel in hac fictitia sup-
positione potiores sunt partes filiorum

Nam ubi subest dubitatio, quid-
nam intellexerint paciscendo contrahen-
tes, tenebras conventionis lux juris
illuminat. Cum enim urgeat semper
vehementissima ea praesumptio, quod
paciscentes noluerint a juris placito
discedere, nisi de expressa in oppositum
constet voluntate, consequitur, ita pa-
ctionem obscuram fore interpretandam
ut quoad fieri potest, ad jus reduca-
tur *L. quaero §. Inter locatorem ff.* 38
locat. Alciat. de praesumt. reg. 3. *prae-
sumpt.* 32. *num.* 1. *Molin. de Hispan.
Primog. libr.* 1. *cap.* 3. *num.* 4 *&* 5.
Quale autem jus in hoc spectandum sit
an commune, an municipale, facilis
est disquisitionis. Certo enim constat
apud omnes interpretandam esse quam-
cumque conventionem ex jure munici-
pali, solumque in ejus defectum ex com-
muni. *Bart. & DD. in L. heredes mei
§. Cum ita ff. ad Trebell. & in L. ut
juris jurandi §. Si liberi ff. de aper. li-* 39
ber. Ratio satis evidens est, quia ces-

sat

sat jus comune, ubi viget Statutum ideoque voluntas partium reseribilis non est ad illud jus, quod non obtinet in ea Regione.

Difficultas est, quando contrahentes non ejusdem Fori sunt, neque eidem Statuto subiciuntur.

Quidquid tamen firment DD. in aliis contractibus, explorati juris est, in dotali pactione, sumendam esse interpretationem a Statuto domicilii viri, non uxoris, aut regionis, ubi
40 fit stipulatio. *Ulpian. in L. exigere dotem* 65. *ff. de Judic. & ubi quisque ager.*; hujus specialitatis rationem assignat iis aureis verbis: *nec enim id genus contractus est, ut & eum locum spectari oporteat, in quo instrumentum dotis factum est, quam eum, in cujus domicilium & ipsa mulier per conditionem matrimonii erat reditura.*

Porro, si praeciso pacto, facienda esset dotis restitutio ad praescriptum Statuti, cui subest maritus, ut scribit *Ulpian.* & cum eo unanimi voto Pragmatici, quorum nonnullos
41 refert *Giurl. in consuetud. Messan. cap.* 1. *gloss.* 7. *num.* 57. Cur non itidem ex eodem Statuto idem pactum veniet interpretandum?

Mandat Statutum, quod *nulla mulier constante matrimonio in dote, vel de dote, vel ejus parte possit condere aliquam ultimam voluntatem, nec aliquid etiam inter vivos quoquomodo disponere de dicta dote, vel ejus parte in praejudicium filiorum, seu descendentium ex eis.*

Ergo, nisi aperte constet, conjuges voluisse ab hac dispositione resilire, standum erit Statuto.

Quae in hac hypothesi evidentiora fiunt, ex quo non unus fuit locus stipulationis, cum uterque ex sponsis in patria regione successivis temporibus, nuptiales tabulas firmaverit.

Quin subesse valeat difficultas, an isthaec interpretatio trahi debeat ex legibus Regionis Ultramontanae, ubi jacent bona, ad quae anhelant Legatarii.

Nec enim hic quaerimus de potestate Statuentium, ut eveniret, quotiescumque deficeret pactum; quaerimus taotummodo de voluntate contrahentium, quae sicuti ex dictis referenda est ad legem municipalem domicilii mariti, ita eorum voluntas circumscribi loco non debet, sed tamquam universalis ad integram dotem porrigitur ad quaecumque bona dotalia, potissimum quia caput dotis con- 42
stabat in quantitate tempore Conjugii, ideoque paciscendo super ea non poterat Sponsa non habere voluntatem, quod servarentur Statuta illius domicilii, ad quod properabat.

Quod autem adaucta fuerint post nuptias stabilia, quae ex lege dotalis pacti dotalia effecta sunt, hoc sane eam voluntatem, quae in primordio contractus elicita fuit, ex post immutare non potuit. Nec enim eapropter dici valet, quod in specie consistat, quando ea tradita fuit in quantitate tempore matrimonii. Quis enim ignorat, priorem substantiam ab 43
additamento immutari non posse?

Haec mihi veritatem inquirenti occurrebant. Post messem a scitissimo D. Consulente uberrime collectam, paucas has spicas a collectore in tanta rerum copia forte posthabitas, arripui, & velut in fasciculum collegi, ut si quae scribebam minus subtilia, & elaborata, nova saltem viderentur. Firmissime itaque adhaereo consultationi, ac jura Liberorum undique tuta existimo ex verbis, ex conjecturis, ex Statuto.

Et ita &c. sub Censura &c.

Mediolani 24. Februarii 1723.

Gabriel Comes Verrus J. C. ex Collegio Judicum, Equitum, & Comitum Mediolani.

RES-

RESPONSUM XV.

IN EADEM CAUSA.

SUMMARIUM.

1 *Dispensatio supponit impedimentum.*
2 *Pacta nuptialia debent interpretari secundum dispositionem Statuti viri.*
3 *Verbum* resteranno *importat perseverantiam, & continuationem in eodem Statu.*
4 *Et in Pacto nuptiali adjectum facit remanere penes filios bona quæ per Statutum & juris comunis dispositionem acceepissent.*

EA, quæ perpensis verbis, illorumque proprio significatu pactorum dotalium secutorum inter Dominum N. N. Italum, & Dominam N. N. Ultramontanam exarata fuerunt in elaboratissimo responso mihi exhibito, adeo perspicua sunt, & solidis juris principiis, ac rationibus innituntur, ut summopere ea commendare debeam, mirifice etenim ad propositum confert, non modo *Textus in L. Quodcumqu.* 45. *§. Si quis ff. de verb. obligat.* in enunciato responso laudatus, sed etiam Statutum ipsum domicilii viri, cui sicuti in ea parte, in qua disponit, quod *nulla mulier constante matrimonio in dote, vel de dote, vel ejus parte possit condere aliquam ultimam voluntatem, nec aliquid etiam inter vivos quoquomodo disponere de dicta dote, vel ejus parte in præjudicium filiorum, seu descendentium ex eis*, non adversantur immo congruunt conventa in secundo capite ipsarum tabularum Nuptialium ibi „ *resteranno ed apparterranno ad essi figliuoli come beni proprj materni*, ita eidem Statuto nullatenus per Supremos Conjugum Principes derogatum dici potest, inefficax etenim cessante contrarietate dispensatio efficitur cum impedimentum ea semper supponat ex
1 *Manfio consult.* 110. *sub num.* 9. & 10. *tom.* 2. cum aliis ibidem relatis.

Recte siquidem, ac proprie etiam in Italia, & inhærendo juri Romanorum, bona, quæ in filios derivarunt, ac derivant a matre ex causa ejus dotis, dicuntur bona filiorum propria materna, ita illa distinguendo ab illis, quæ ad eos a patre pervenerunt; ac propterea secundum dicti Statuti dispositionem pacta ipsa nuptialia, eorumque verba, ac Clausulæ interpretari debent ex claro Ulpiani responso relato *in L. Exigere dotem* 65. *ff. de Judic. ubi gloss. & Bart. & Crott. in L. Omnes populi vers. est Statutum ff. de Just. & Jur* 2
Caccialup. in repetitione L. Cunctos populos num. 117. *Cod. de summ. Trinit. & Fid. Cat.* ubi testatur esse casum indubitatum. Nam contrahentes dici debent se juris communis dispositioni conformare voluisse, qua nempe sancitum est viri Statutum servandum esse ex jam deductis. Et ita optime conciliatur illud verbum ipsorum pactorum nuptialium „ *resteranno* „, & rectum, germanumque ejusdem significatum habemus, cum per illud nihil de novo tributum dici possit prædictis filiis, ex quo verbum *resteranno*, est hujus naturæ, ut efficiat, quod actus censeatur factus secundum naturam juris præexistentis, & importat omnimodam perseverantiam, & continuationem in eodem statu, ut prius, ita quod sicuti bona dotalia inhærendo dicto Statuto, ac enuntiatæ dispositioni dicti *Textus* 3
in L. Quodcumq; 45. filiis stipulata jam erant, ita ea remanerent penes dictos filios post mortem matris ad tradita per *Manf. consult.* 380. *num.* 20. & *consultat.* 384. *n.* 66. *tom.* 5. 4
Fortius autem, quia si de facto in casu præmorientiæ ipsius matris cum filiis dos, & bona ejusdem dotalia dici non deberent stipulata pro filiis, sed de illis ipsa ad sui libitum potuisset disponere, concessa eidem diei deberet major, ac latior facultas disponendi in casu, quo ipsa prædecessisset marito relictis filiis, quam sine filiis, quod summopere incongruum videretur. Iis itaque, quæ doctissime, &

subtilissime in enunclato Juris Responso scripta sunt ad firmandum, quod bona dotalia existentia ultra Montes in Patria matris spectent ad filium dictæ matris prædefunctæ ad omnimodam exclusionem ipsius Legatariorum me libens, lubensque subscribo.

Julius Cæsar Pitius Advocatus, &c.

ARRESTO

Della Corte del Parlamento tradotto dal suo Originale Francese esistente nell' Archivio Segreto di S. A. R. in cui non atteso il Testamento della Gran-Duchessa la Corte ordina che sia eseguito il Contratto Matrimoniale, ed in conseguenza mantiene il Gran Principe di Toscana nella proprietà, e possesso di tutti i beni lasciati dalla Gran-Duchessa nel giorno della sua morte.

Del dì 8. Maggio 1723.

Luigi per la grazia d' Iddio Re di Francia, e di Navarra. Al primo Uffiziale di Giustizia della nostra Corte di Parlamento, od altro primo nostro Nunzio a ciò deputato, facciamo sapere, che fra Cosimo Terzo dei Medici Gran-Duca di Toscana Attore, in virtù della commissione, ed esecuzione del dì 10. Ottobre 1721. da una parte; e Donna Lisabetta di Lorena Vedova di Luigi di Melun, Principe dell'Epinoy, Legataria universale di Margherita Luisa d' Orleans Gran-Duchessa di Toscana, Rea dall' altra parte. E fra la detta Lisabetta di Lorena Attrice in vigore delle sue repliche del dì 16. del detto Mese di Ottobre 1721. da una parte, e 'l detto Cosimo Terzo dei Medici Gran-Duca di Toscana Reo dall'altra parte; ed ancora fra la detta di Lorena, Attrice come per la commissione, ed esecuzione de' 18. e 21. dello stesso mese d'Ottobre 1721. da una parte e Gian-Gastone de' Medici Gran-Principe di Toscana, Erede della predetta Margherita Luisa d'Orleans Gran-Duchessa di Toscana sua Madre, e Mari-Anna Luisa de' Medici Elettrice Palatina chiamata in giudizio in qualità d' erede della detta Gran-Duchessa di Toscana, parimente sua Madre, Rei dall'altra parte; e fra esso Gian-Gastone de' Medici, Gran-Principe di Toscana incidentemente Attore, secondo le sue istanze del dì 6. Febrajo 1722. da una parte; e la detta Principessa d'Epinoy. Rea dall'altra parte. E fra i Direttori dello Spedale Generale di questa Città di Parigi, stipulanti l'interesse dei Poveri del detto Spedale, Attori, a sequela della loro Domanda, e rapporto de' 19. e 20. Marzo 1724 da una parte; e lo stesso Gian-Gastone de' Medici Gran- Principe di Toscana la detta Mari-Anna Luisa dei Medici Elettrice Palatina, e detta Lisabetta di Lorena, Rei dall' altra parre. E tra Luigi Paplart d'Amosa, Scudier Ordinario della prefata Gran-Duchessa di Toscana, Vittoria Genevieva Paplart di Monte Leone sua Sposa, Dama d'onore della d. Gran-Duchessa di Toscana; Carlo Paplart d'Amosa Scudiere, già Luogo-Tenente di Vascello; Luigi Paplart de Maisonnette, Scudiere Capitano di Cavalleria nel Reggimento Reale; Margherita di Bas, Sposa di Niccolò Francesco Giordano Cittadino di Parigi, Vedova per lo avanti di Luigi Paplart de Maisonnette; Maria Filbert, Moglie di Stefano Moyon, Maestro di Casa; Marco Mesniero Cerusico; Maria Caterina Langlois figlia maggiore, Caterina Guitel Sposa del detto Mesniero: Piero Tibault Garzone degli Appartamenti; Filippo Alondò Capo di Dispenza; Piero Royer Garzon di Cucina; Gio. Battista Clens detto Sciattiglione, Staffiere; Paolo Votrein parimente Staffetta; Giovanna Luisa Girard figlia maggiore; Timoteo Gothier primo Cameriere; Gio. Battista Talot Computista della bocca; Francesco Turet Avvocato pel Parlamento; Elena Macosti, Vedova di Bernardo Mascevri Uffiziale d'Infanteria; Gio. Elia Cameriere; Pier Francesco detto Valery Cameriere;

Re-

Renato Carlè Portiere, Pietro Coscer Postiglione del Conte Francesco Ferretto, primo Staffetta, Ruberto Bolonghello, detto Santo Martino, Ruberto Burgioè Ajutante della Camera, Francesco Dalbost secondo Staffiere, Gio. Seguretre detto la Valle, Cocchiere; Nicolao della Gorga, detto Piccardo, Cocchiere; Vincensio Dalbelth, e Amante Lhuisier Staffieri; Antonio Lorenzo Capo d' Uffizio: Maria la Virtù, Damigella Maggiore coo alcuni altri, che nell' Arresto si esprimono, e quì per maggior brevità si tralasciano; Tutti Uffiziali, e Domestici della Gran-Duchessa di Toscana, Liti-Consorti, ed Attori in conformità della loro Dimanda del 4. Maggio 1722. da una parte: ed i predetti Gian-Gastone de' Medici Gran-Principe di Toscana, e Maria Anna Luisa de' Medici Elettrice Palatina, e Lisabetta di Lorena Rei dall' altra parte.

Vista dalla nostra Corte la Commissione di Cancelleria del 4. Ottobre 1721. ottenuta da Cosimo Terzo de' Medici Gran-Duca di Toscana, tanto in suo proprio nome, che come Padre, e legittimo Ammioistratore del Principe, e della Principessa suoi figliuoli, abili, e capaci di essere, e nominarsi eredi della prenominata Gran-Duchessa di Toscana loro Madre; ad effetto di citare in nostra Corte Lisabetta di Lorena Principessa d'Epinoy, per veder dire, che senza fermarsi al Testamento della detta Gran-Duchessa di Toscana, quale sarebbe dichiarato nullo; il Gran-Duca di Toscana in detti nomi averebbe piena, ed intera sicurezza dalla Opposizione fatta al Sigillo opposto di autorità della nostra Corte sopra i mobili, ed effetti della detta d' Orleans Gran-Duchessa di Toscana, dalla detta di Lorena, con spese. Rapporto del dì 6. ottobre 1721. di citazione fatta alla detta Lisabetta di Lorena Principessa d'Epinoy. Istanze di non ricevere e repliche della medesima di Lorena, del dì 16. Ottobre 1721 contenente domanda incidente; affine che dichiarando il Gran-Duca di Toscana non ammissibile nella sua dimanda; venisse ordinato, ch' ella conseguisse il legato universale, che l'era stato fatto dalla Gran-Duchessa di Toscana nel suo Testamento del 17. Luglio 1712. salvo il produrre tali altre difese, e prendere più ampie misure, se il caso si fosse dato, e protesta e spese. Commissione di Cancelleria del 18. ottobre 1721. ottenuta dalla suddetta Lisabetta di Lorena Principessa d' Epinoy, ad effetto di far citare in nostra Corte il Principe, e Principessa di Toscana, eredi presuntivi della Gran-Duchussa di Toscana loro Madre, per veder dichiarare comune con esso loro l'Arresto, che emanerebbe sopra la Domanda contro di Lei fatta dal Gran-Duca di Toscana, ed insieme sulla domanda incidente da essa fatta per mezzo di sue repliche del dì 16. ottobre 1721. *quatenus* ne fosse stato bisogno, contro il Gran-Duca di Toscana; affine di conseguire il Legato universale a lei fatto; e ciò facendo, a veder dire similmente che averebbe cooseguito il detto Legato universale ad essa fatto dalla detta d' Orleans Gran-Duchessa di Toscana, per suo Testamento del 17. Luglio 1712., rispondere, e procedere, sopra altri simili particolari, e conclusioni, che potrebbono esser prese in seguito incidentemente ed altrimente conforme è di ragione; e si protestava delle spese in caso di controversia. Visto il rapporto del 21. Ottobre 1721. di citazione fatta nella nostra Corte al predetto Gian-Gastone dei Medici Gran-Principe di Toscana, ed a Mari-Anna Luisa dei Medici Elettrice Palatina, al domicilio del nostro Procurator Generale, per rispondere, e procedere alle eccezioni della detta Commissione, e circostanze, e dipendenze, ed inoltre, come di ragione affine delle spese. Ragioni del suddetto Gian-Gastone Principe di Toscana del 6. Febrajo 1722. contenenti la sua domanda incidente, che senza fermarsi al detto Testamento, il Contratto matrimoniale fra la detta d' Orleans, ed il Gran-Duca di Toscana, insieme col Trattato fatto

tra

tra loro per mezzo del Re defonto, del 26. Dicembre 1674. fossero eseguiti secondo la loro forma, e tenore; ed in conseguenza, che il Principe di Toscana fosse mantenuto nella proprietà, e possesso di tutti i beni lasciati dalla detta d'Orleans Gran-Duchessa al tempo della sua morte; e si protestava di ripeter le spese. Istanza, e Domanda dei Direttori dello Spedale generale di Parigi, stipulanti l'interesse dei Poveri del detto Spedale del 19. Marzo 1622. con le ragioni di far citare in nostra Corte i detti Principe, e Principessa di Toscana, eredi della detta Gran-Duchessa loro Madre, e la detta Principessa d'Epinoy, in qualità di sua Legataria universale; per veder dire, che sarebbe fatta la liberazione del Legato delle tre mila lire stato fatto allo Spedale dalla Gran-Duchessa nel suo Testamento del 17. Luglio 1712.; ed in conseguenza, che sarebbono condannati in detti nomi al pagamento della detta somma principale interessi, e spese; dichiarando i medesimi Direttori, che non intendevano in modo alcuno della Domanda, che avevano fatta precedentemente collo stesso motivo; in fondo alla quale Domanda la nostra Corte averebbe messo la sua Ordinazione concludente „ *Siano* Parti appellate. Altro rapporto del 20. Marzo 1722. di citazione fatta consecutivamente a' detti Principe, e Principessa di Toscana, ed alla detta di Lorena Principessa d' Epinoy. Comparsa d'intervenzione, cioè ammissione a Causa e Domanda del suddetti Luigi Paplart, d'Amosa ed altri Legatarj particolari della detta Margherita Luisa d'Orleans Gran-Duchessa di Toscana del 4. Maggio 1722. acciocchè copia fosse loro data degli atti per far vive le loro ragioni e facendo giustizia sopra quella, fosse ordinato, che venisse loro pagato i Legati particolari fatti a ciaschedun di loro nel Testamento della Gran-Duchessa del 17. Luglio 1718. e però i detti Principe, e Principessa di Toscana, e la detta di Lorena Principessa d' Epinoy in detti nomi fossero condannati a pagar loro le somme principali legate a' medesimi in detto Testamento, ed insieme gl'interessi da calcolarsi dal giorno della loro domanda; e l' Arresto, che emanasse, sopra la detta istanza, e domanda, fosse dichiarato comune col Gran-Duca di Toscana, ed i Contradittori condannati nelle spese.

Visto l'Arresto del 20. Maggio 1722. che ammette detti Luigi Paplart, d' Amosa, ed altri Legatarj particolari, come Parti vegnenti a Causa, per render ragione sopra tale Intervenzione, ed insieme sopra l'opposizione della detta di Lorena, e sopra le Domande di tutte le Parti, le avesse ridotte all'articolo di ragione, e riservate le spese; pronunziando contumacia contro la detta Mari-Anna Luisa de' Medici Elettrice Palatina, e per maggior comodo dichiarando il detto Arresto comune con lei. Informazione della predetta di Lorena del 13. Giugno 1722. contenente la sua intenzione, acciocchè coll'Arresto, che ne seguisse, senza fermarsi alle Domande di Cosimo Terzo Gran-Duca di Toscana, e di Gian-Gastone Gran-Principe di Toscana, le quali fossero rigettate, e non attese; facendo giustizia a quelle della detta di Lorena Principessa d'Epinoy, le fosse menato buono il Legato universale a lei fatto dalla detta d'Orleans Gran-Duchessa di Toscana nel suo Testamenro rogato da Fevre, e suo Confratello Notari nel Castelletto di Parigi il 17. Luglio 1712.; si determinasse, che per quanto a Lei si aspettava, in qualità di Legataria universale della detta d' Orleans Gran-Duchessa di Toscana; ella non era per impedire il pagamento de' Legati domandati dai Direttori dello Spedale Generale, e da Paplart, e Liti-Consorti, Ufficiali, e Domestici della detta Gran-Duchessa; e gli Avversarj fossero condannati nelle spese; con riserva di prendere successivamente, dedurre, ed allegare altre ragioni, che fossero bisognate. Produzione della detta di Lorena Principessa d'Epinoy. Informazione del Gran-Duca di Toscana, e di

e di Gian-Gastone Principe ereditario di Toscana del 9. Luglio 1722. e loro produzione in esecuzione del detto Arresto. Informazione de' Direttori dello Spedale generale, stipulanti l'interesse de' Poveri del detto Spedale del 11. Luglio 1722. e così la loro produzione secondo gli Arresti. Istanza dei suddetti Paplart, d' Amosa, e Consorti del 12. Novembre 1722. data in luogo d'Informazione. Scrittura, e produzione parimente per soddisfare a detto Arresto. Contradizione della detta di Lorena Principessa d' Epinoy del 29. Agosto 1722. contro la produzione fatta dal Gran-Duca, e Gran-Principe di Toscana del 18. Febraro 1723. contro le produzioni della stessa Principessa d'Epinoy, e dei Legatarj particolari della medesima Gran-Duchessa. Comparsa dei detti Paplart, e d'Amosa, e Consorti del 10. Marzo 1723. fatta per contradizione alla produzione della detta Principessa d'Epinoy. Istanza della medesima Principessa dello stesso dì 10. Marzo in luogo di contradizione alla produzione dei predetti Paplart, e d'Amosa, e Consorti. Altra Comparsa della detta di Lorena Principessa d' Epinoy dello stesso giorno 10. Maggio 1723. parimente per contradizione alla produzione dei suddetti Direttori dello Spedal Generale. Comparsa di essi Paplart, e Consorti, dello stesso dì 10. Maggio similmente per contradizione alla produzione dei prefati Gran-Duca, e Gran-Principe di Toscana. Monizione fatta a detti Direttori dello Spedal Generale di opporsi alla detta produzione, ed a quella della Principessa d'Epinoy. Manifesto delle Ragioni del Gran-Duca, e Gran-Principe di Toscana, stampato, esibito il dì 22. Aprile 1723. con loro Istanza dello stesso giorno in luogo di più ampie Scritture, produzioni, Contradizioni, e Confutazioni. Monizione generale dello stesso giorno, 22. Aprile 1723. di soddisfare a tutti gli atti, e formule dell' Istanza. Ragioni del nostro Procurator Generale. Tutto unitamente visto, e considerato.

La predetta nostra Corte rendendo ragione sopra tutto; avendo riguardo alla Domanda di Cosimo Terzo Gran-Duca di Toscana, esibita per Commissione, e rapporto del dì 4. e 6. Ottore 1721. e alla Domanda incidente di Gian-Gastone Gran-Principe ereditario di Toscana, risultante dalle sue Istanze del dì 6. Febbraro 1722. senza far conto del Testamento di Margherita Luisa d' Orleans Gran-Duchessa di Toscana del dì 17. Luglio 1712. Ordina, che il Contratto di Matrimonio fra Cosimo Terzo Gran-Duca di Toscana, e Margherita Luisa d' Orleans Gran-Duchessa di Toscana ed il Trattato seguito fra loro il dì 26. Dicembre 1674. siano eseguiti secondo la loro forma, e tenore. In conseguenza mantiene Gian-Gastone Gran-Principe di Toscana nella proprietà, e possesso di tutti i beni lasciati da Margherita Luisa d' Orleans sua Madre al tempo di sua morte. Rimuove, e toglie di mezzo l'opposizione fatta dalla detta Lisabetta di Lorena al Sigillo apposto d'autorità di nostra Corte sopra i mobili ed effetti di Margherita Luisa d'Orleans, Gran-Duchessa di Toscana. Rigetta la stessa Lisabetta di Lorena dalle sue domande, e pretensioni quanto al Legato universale fatto a di lei favore nel Testamento di Margherita Luisa d' Orleans Granduchessa di Toscana dello stesso giorno 17. Luglio 1712. Rigetta parimente i Direttori dello Spedale Generale di Parigi, stipulanti l' interesse de' Poveri di detto Spedale, dalla loro domanda per conseguimento del Legato fatto loro in detto Testamento; siccome ancora i predetti Luigi Paplart, d' Amosa, ed altri Legatarj particolari di Margherita Luisa d'Orleans Gran-Duchessa di Toscana; dalla loro Intervenzione, ed Istanza per ottenere i Legati particolari nella stessa maniera fatti loro in detto Testamento. E quanto al soprappiù delle altre Domande Ragioni, ed Eccezioni delle Parti, le ha messe fuori di Corte; Tutte le spese Compensate.

Per-

Perciò ti ordiniamo mettere in esecuzione il presente Arresto, dandoti potere di farlo. Dato nella sopradetta nostra Corte di Parlamento il dì 8. Maggio l anno di grazia mille settecento ventitre, e del nostro Regno l'ottavo. Collazionato.

Firmato *Richard*.

Per la Camera, *Ysabeau*.

L'Arresto emanato a relazione del Sig. Abbate Mainguy.

Mr. *Le Roy*, il giovine Avvocato.

Michel, Procuratore.

RESPONSUM XVI.

PALATINA SUPER MUNERIBUS CONIUGALIBUS

Factum.

OCcasione Matrimonij olim contracti inter Serenissimum Io. Guglielmum Electorem Palatinum, & Serenissimam Annam Mariam Hetruriæ Principissam in Pactis, seu Capitulis antenuptialibus, post dotem constitutam in ingenti summa Florenorum septingentorum millium a Serenissimo Coniuge pro medietate lucrandam in casu prædecessus Serenissimæ Principissæ; in casu contrario, quo nempe Serenissimus Elector prædecessisset, ita conventum fuit. „ Quod ipsa Serenissima Electrice, quam diutissime Deus præservare dignetur, supervivente cum filiis, vel sine, tali casu, præter dotem ut supra restituendam, habere, & consequi debeat sponsalitiæ largitatis, seu contradotis, aut supradotis nomine, summam, & quantitatem Florenorum quinquaginta millium Rhenensium ad rationem sexaginta Cruciferorum pro Floreno computandorum, & quandiu sors ipsa non numeretur, interesse, seu fructus annuos ad rationem quatuor pro centenario. „

Duobus mensibus vix elapsis Serenissimus Elector in singulare signum dilectionis, sinceræque, & constantis affectionis erga Serenissimam Coniugem pactis prædictis in tribus punctis augumentum adiciendo, quoad primum punctum supradotis, seu contradotis hisce verbis sese expressit. „ Et quidem primo notum facimus licet præfatum Istrumentum Matrimoniale erectum, & confirmatum ad tenorem pactorum dotalium Œnipontanorum de anno millesimo sexcentesimo vigesimo sexto pro contradote, seu donatione proter nuptias tantum quinquaginta mille Florenorum comprehendat; Nos tamen adhuc alios quinquaginta mille Florenos Rhenenses præstituros & huius integræ summæ, centum nempe millium Florenorum Rhenensium Serenissimam Nostram Consortem dilectissimam, Nobis, ita Deo disponente, prius vita defunctis, annua pensione quatuor nempe per centum, augumento dictorum pactorum dotalium & quandiu in vivis superstes erit, & non ad secunda vota transibit quotannis libere fruituram. „

Soluto matrimonio per obitum Serenissimi Electoris, Serenissimus Frater illius hæres universalis, & successor in Statibus, & dignitate Electorali ex una, & Serenissima Electrix vidua superstes ex altera inter sese contendunt super modo solvendi supradotem, & illius augmentum; Pretendit enim Serenissimus Elector, quod vigore secundæ conventionis, defuncti Fratris obligatio restringatur ad annuos florenos quatuor mille, quos solvere non recusat, quousque Serenissima Electrix vixerit, & vidua permanserit. Ista autem e contra asserit, Serenissimum Heredem esse debitorem Florenorum centum millium in sorte & pro tempore dilatæ solutionis, annui etiam fructus, seu interesse ad rationem quatuor pro centenario, ea vivente in statu viduitatis.

In huiusmodi controversia cuique legenti tum Pacta antenuptialia, tum chirographum constante matrimonio consertum signanter in partibus superius enunciatis, & ad literam transcriptis, plana admodum, facilis, & secura videri potest resolutio: Verum quia partium hinc inde disceptantium dignitas, & amplitudo non permittit quod rationum momenta, quibus nititur unius, & alterius pretensio qua-

lia-

liacumque illa sint, sub silentio prætereantur; hinc præmissis rationibus ex quibus jus clarum, terque bonum Serenissimæ Electricis in dubium revocatur, ex ordine transibimus ad resolutionem propositæ quæstionis, ut inde resolutis contrariis, partes assumpti muneris pro viribus adimpleamus.

Jus igitur Serenissimi Electoris foveri contenditur primo, ex eo quod cum in capitulis antenuptialibus nedum conventum fuerit, quod Serenissima Electrix „ Habere, & consequi debeat summam, & quantitatem Florenorum quinquaginta millium „ Verum etiam promissum, quod quandiu sors ipsa non numeraretur, habere, & consequi debeat interesse, seu fructus annuos ad rationem quatuor pro centenario, omni, & quocumque tempore, & independenter a quacumque conditione; E contra vero in Instrumento posteriori de summa aucta usque ad centum mille Florenos, non nisi annua pensio promittatur, & hæc pro certo tempore durantis vitæ, & sub conditione viduitatis, intentui Serenissimæ Electricis obstat regula, quod pacta posteriora derogant prioribus *L.* 27. *§.* 2. *ff. de Pact. L.* 22. *Cod. Eod.*, maxime quando inter ea viget incompatibilitas, & repugnantia *Modest. P.flor. conf* 45. *num.* 11. *&* *Simon. Pistor. conf.* 20. *num.* 22. *vol. primo*.

Secundo, quia in posteriori instrumento quoad summam auctam, & una cum promissa in pactis dotalibus coacervatam, nec verbis directis, nec indirectis, vel æquipollentibus dictum unquam fuit, quod facienda esset illius solutio, vel numeratio; sed Elector Serenissimus in eo dumtaxat asseruit & voluit, ut illius integræ summæ annua pensione frueretur ad dies vitæ & viduitatis Serenissima Electrix. Instrumentum quippe pro regula, & indice respiciendum venit, & quod non cantat, nec nos cantare debemus, ad text. in *L. quicquid adstringendæ ff. de verb. oblig. cap. cum ordinem de rescriptis cap. tua de sponsalibus*.

Tertio demum, quod si adhuc res in dubio versari videretur, ad jus Commune semper esset recurrendum, stante potissimum quod in §. 11. Capitulorum Matrimonialium Serenissimi Contrahentes in casibus dubiis id observari voluerunt, quod juris dispositione cautum reperiretur, ex jure autem Communi, dissoluto matrimonio, sicuti dos viduæ restituitur, ita donatio propter nuptias remanet apud heredes viri *L.* 18. *Cod. de donat. ante nupt. L.* 29. *Cod. de Jure dot. Perez in Cod. num.* 2. *de donat. Manz. in commentar. institut. lib.* 2. *tit.* 7. *§.* 3. *de donat. num.* 26. *Christin. decis.* 126. *num.* 7. *vol.* 3. *Thesaur. quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 4.

Et quamvis unumquodque ex præhabitis fundamentis pertinere videatur ad summam auctam in secundo Instrumento, non autem ad Florenos quinquaginta mille antea promissos, circa quos conditio Serenissimæ Uxoris deterior fieri non potuit; Objecto tamen duplici responsione occurritur, Una videlicet, quod cum ab expressis in posteriori Instrumento clare constet de una, eademque voluntate Serenissimi Electoris tam respectu primæ summæ auctæ, quam respectu augmenti, Serenissima Electrix, quæ in aliis partibus sibi favorabilibus hujusmodi Instrumentum, acceptat, non potest illud respuere in odiosis, & præjudicialibus, *ad Text. in L. cum quæritur ff. de admin. tut. L. Nam absurdum ff. de bon. libert. Bartol. & DD. in L. quæsitum Cod. de Edendo Wesemb. conf.* 2. *num.* 27.

Altera autem, quod cum ex conventis in pactis antenuptialibus non omnino clara videatur promissio Florenorum quinquaginta millium in sorte, bene potuerit Serenissimus Elector per subsequens Instrumentum melius declarare, quod ipse voluerit, & intellexerit in præcedenti, idque prudenter egerit, ut inde quæcumque cessaret hæsitatio, iuxta regulam, quod per verba, & pacta sequentia passim declarantur præcedentia, signanter quando utraque versantur circa idem, & præcedentia sunt aliquo pacto dubia, ut indigeant declaratione *L. fin. Cod. de hered. inst. Auth. si*

quas in aliquo Cod. de edendo Ægid. Bellam. conf. 39. num. 4.

Obligatio Serenisf. Electoris Caroli Philippi favore Annæ M. Electricis Viduæ.

Nos Dei gratia Carolus Philippus Comes Palatinus Rheni, Sacri Romani Imperij Archithesaurarius, & Elector, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ, & Montium Dux, Princeps Mœrsiæ Comes Veldentiæ, Sponheimij, Marchiæ, & Ravensbergæ, Dominus in Ravenstein &c. Notum, testatumque facimus, quod ex singulari affectu, quo Serenissimam Dominam Annam Mariam Electricem Palatinam Viduam Natam Magnam Hetruriæ Principissam, Affinemque Nostram Charissimam prosequimur, declarare atque appromittere non dubitaverimus, prout virtute præsentium declaramus, ac appromittimus.

I. Quod omnia, & singula, quæ in pactis antenuptialibus Defunctum inter Dilectissimum Fratrem nostrum Serenissimum Principem ac Dominum Joannem Wilhelmum Electorem Palatinum, nec non alte nominatam Serenissimam Electricem modo Viduam, Florentiæ XXI. Aprilis Anni 1691. initis, ut & Instrumento extensionis die 7. Junij ejusdem Anni desuper hic confecto, religiose adimpleturi, & executioni daturi simus.

II. Hunc in finem restitutio Dotis trecentorum mille Scutorum de libris septem pro quolibet Scuto monetæ Florentinæ cum in modum præstabitur, ut Summa quadraginta millium ejusmodi Scutorum in æquo eorumdem valore ex singulari ratione, quod sæpe fata Domina Electrix Vidua, sumptibus nostris per integrum annum luctus, eodem quo in vivis Serenissimi sui Coniugis modo tractata & habita fuit, 15. hujus mensis, eidem Serenissimæ Electrici, vel ipsius Mandatario ad hoc sufficienter instructo, Dusseldorpij persolvantur, nec non.

III. De residuo sortis dictæ Dotis ducentorum & sexaginta nimirum Scutorum millium monetæ Florentinæ, deinde viginti Scutorum millia, si possibile fit, aliquot intra Menses, post primam solutionem, si vero modo dicta viginti millia adeo celeriter quoque restitui, ærarij vires nullatenus concedant, finito post primam restitutionem anno, una cum pensionibus ad quatuor in Centum, pro rata extantis sortis numerentur, taliterque circa finem cujuslibet Anni, usque ad integralem ejus ut & pensionum annuarum exolutionem, eodem modo & termino, decima quinta scilicet Julij, atque loco prænominato continuetur, ita tamen, ut

IV. Serenissima Electrix Vidua de ejusmodi solutionibus de tempore in tempus confessionem manu publici Notarij firmatam extradat, nec non perfecta integra restitutione dictorum Scutorum trecentorum millium, de tota Dote restituta confessionem similiter per publicum Instrumentum faciat, atque nobis extradi curet.

V. Eodem quoque modo termino, & loco altæ nominatæ Serenissimæ Electrici numerabuntur pensiones annuæ de sic nominata Contradote seu Donatione propter nuptias ad Summam centum millium Florenorum adaucta, quatuor nempe millia Florenorum, nec non triginta Florenorum millia eidem pro Dotalitio seu alimentatione Viduali assignata, cum adhuc aliis quatuor Florenorum millibus a nobis adiectis, ita ut prætactorum triginta octo Florenorum millium quarta pars, ipsi seu ejus Mandatario semper anticipato præstetur, dicta quartalis exolutio circa initium Mensis Septembris proxime instantis prima vice perficiatur, sicque singulis tribus Mensibus continuetur, quem in finem fundum ad hoc sufficientem assignari, & siquis in eo defectus reperiatur, aliunde ita suppleri curabimus, ut hæc anticipata quartalis solutio, quoad Eadem Serenissima Electrix vixerit, & in statu Viduitatis permanserit, in terminis accurate præstetur.

VI. Prætactæ solutiones in bona moneta Germaniæ Dusseldorpij perficientur, valorque Scutorum Floren-

rentinorum, ad modum duorum & tertiæ partis Floreni Rhenani pro quolibet Scuto computabitur, ea tamen conditione, ut si una, vel altera pars hunc valorem non ex integro æquum esse comperiat, de exactiori ejus computu conveniatur, nec persolutio hanc propter rationem protelctur, aut quidquam pro expensis in tractationem sæpe fatæ Serenissimæ Dominæ Electricis Viduæ pendente anno luctus a Nobis citra obligationem liberaliter elocatis, & usque sub initium proxime instantis mensis Septembris eodem modo ulterius impendendis, compensetur, vel deducatur.

VII. Quando quidem vero Serenissima Electrix Vidua, sibi de prætacta Contradote, seu Donatione propter nuptias ad centum millia Florenorum adaucta, ipsam quoque sortem deberi contendit, Nos tamen, ex rationibus hunc in finem adductis, Nos ad hoc nullatenus obligatos esse existimamus, hinc inter eandem & nos eatenus conventum est, ut dum sæpe fata Serenissima Electrix id desideraverit, casus quæstionis utriusque partis consensu in Scripturam redigatur, desuperque Celebris a Nobis independentis cujusdam Juridicæ Facultatis ab utraque parte eligendæ responsum expetatur, ita ut eidem pars succumbens omnimodo acquiescere, & sese conformiter gerere obligetur.

VIII. Atque cum præfata Serenissima Electrix adhuc alias, quamvis a Nobis nec expectatas, nec agnitas prætensiones ediderit, Nos quidem in hoc Juri & æquitati nos submittere nunquam recusabimus, in innata tamen sæpe tacte Serenissimæ Electricis animi æquitate confidimus, eandem ab iis imposterum destituram; quod si tamen ipsa quidquam desuper in futurum movere vellet, Nos exceptiones nobis in contrarium competentes non modo, sed & ea quæ citra obligationem, & ex mera liberalitate vi hujus Instrumenti concessimus, repetere, & revocare nobis reservamus.

IX. Cum Serenissima Electrix Vidua Florentiam redire statuerit, Eidem omnia & singula ejus ornamenta propria, mobilia, vestes, supellectilem, jocalia, clenodia, & alia quæcunque ad ipsam spectantia, relictis & exceptis tamen gemmis, & clenodiis, quæ penes Domum nostram ob singularem excellentiam proprio & hereditario Jure conservantur, ab Eadem adversus subscriptum debitre Inventarium restituendis, eo transmittendi fas erit.

X. Insuper sub verbo & fide Principis pro Nobis, Heredibus, & Successoribus Nostris appromittimus omnes & singulos articulos supra nominatos efficaciter & realiter fore adimplendos, solutionesque prædictas Dusseldorpij sine mora, & remoto quovis prætextu & ratione, sive in Germania, sive in Italia Domicilium agat, esse præstandas, nec non ultra securitates, & hypothecas tam generales, quam speciales Eidem a Defuncto Domino Serenissimo Electore Fratre nostro, Statibusque hujus Ducatus, ut & Juliæ, & Montium, atque super Dominiis Ravensteinii, & Megæ modo datas, & in suo robore, & vigore sine ulla mutatione, aut alteratione, intuitu hujus obligationis nostræ permanentes, ad majorem sinceri affectus, & propensissimi animi Nostri demonstrationem Serenissimos & Reverendissimos respective DD. Fratres, & Consanguineos nostros Electorem Trevirensem, Episcopum Augustanum, atque Comitem Palatinum Sulzbacensem requiremus, ac pro posse efficiemus, ut eidem hujus obligationis nostræ, seu potius anteriorum pactorum declarationis & extensionis tabulis, pro exactiori ejus observatione, & executione consensibus suis argumento ejusdem vinculi, quo nos eo obligatos esse censemus, accedant; In cujus fidem ac robur easdem propria manu subscripsimus, & Sigilli nostri Electoralis affixione muniri fecimus. Neoburgi 7. Julij 1717.

Carolus Elector Palatinus.

L. S.

V. Maij

Ad Mandatum Serenissimi Domini Electoris proprium

Hallbergh,

Nos Alexander Sigismundus Dei gratia Episcopus Augustanus, Comes Palatinus Rheni, Bavariæ, Juliæ, Ciiviæ, ac Montium Dux, Princeps Moersiæ, Comes Valdentiæ, Sponhemij, Marchiæ, & Ravensbergæ, Dominus in Ravenstein &c. omnibus, & singulis quibus id convenit notum esse volumus, quod cum Serenissimus Dominus Elector Palatinus Frater noster Colendissimus & dilectissimus, cum Serenissima Domina Electrice Vidua, nata Magna Hetruriæ Principissa Affine nostra Charissima, de subsequentibus declarationis tabulis convenerit.

Qui è inserita de verbo ad verbum la Obbligazione di S. A. Elettorale.

Insuperque Nos debite requisiti fuerimus, ut iisdem consensu nostro accedere non gravaremur, quod inspecto earundem tenore præfatam declarationem consensu nostro corroborare non dubitaverimus, prout virtute harum facimus, nec non in ejus fidem præsentes consensus nostri literas manu nostra subscriptas Sigilli nostri affixione muniri curavimus. Neoburgi ad Danubium hac Julij 1717.

Alexander Sigismundus Comes Palatinus Rheni &c. &c.

L. S.

ARGUMENTUM.

Facta a Viro uxori assignatione annui redditus pro mundo muliebri constante matrimonio, an hæc assignatio sit valida, & an omissa ab uxore exactione annuali redditus prefati possit integram quantitatem petere.

SUMMARIUM.

1 *Tradito Instrumento in quo annuus redditus assignatur per hanc traditionem possessio vel quasi redditus præfati translata censetur.*

2 *Pacta dotalia, & connubialia servanda sunt soluto matrimonio.*

3 *Accrescere res dicitur ei qui jam ejusdem rei partem, & portionem habet.*

4 *Præsertim quando augetur res ejusdem generis alterius praeexistentis nam res aucta sit una cum praeexistente.*

5 *Ut accidit in alluvione.*

6 *Et ideo privilegia, jura, & prærogativa rei principalis comprehendunt augumentum postea factum.* Et num. 86.

7 *Assignatio annui redditus facta uxori a Marito pro expensis etiam voluntariis transfert dominium rei assignatæ, in assignatariam.* Et num. 9.

8 *Ita ut si assignataria minus expendat reliqui annui redditus, quod superest cedit ejus lucro amplia* Ut num. 49.

10 *Hæc assignatio vigore pacti dotalis tamquam pars correspectiva contractus matrimonialis censetur augumentum dotis seu donationis propter nuptias*, num. 77.

11 *Quæ donatio sicut in gemmis &c. ita consistere potest in censibus vigore assignationis mariti exigendis.*

12 *Qui non cadunt sub prohibita donatione inter coniuges constante matrimonio.*

13 *Verbum addere importat translationem dominii.*

14 *Et nihil aliud significat, quam magis dare quod est accrescere.*

15 *Jus accrescendi omne dominium rei, quæ accrescit transfert.*

16 *Talis assignatio facta in contractu matrimoniali tamquam pars contractus dotalis reputatur sine qua uti matrimonio correspectiva matrimonium contractum non fuisse censeri debet*, contra num. 72. usque ad num. 75. declara ut num. seq.

17 *Ac proinde jure sponsalitiæ largitatis censeri debet*, num. 22.

18 *Pacta dotalia ante matrimonium contracta superant omne jus tam commune, quam municipale & illi derogant.*

19 *Et pactis matrimonialibus convenire licet quod omnia donata per* vi-

virum constante matrimonio uxori acquirantur, num. 35.

20 *Maxime si donans sit Princeps Supremus.*

21 *Non habet locus probibitio coniugalis donationis, quando donatio a cuniuge coniugi facta pendet a capitulis matrimonialibus.*

23 *Sponsalia largitas est specialis contractus jure civili introductus.*

24 *Cui non resistit jus Civile de probibita donatione inter couiuges.*

25 *Quia est donatio confirmata, & exequta ante matrimonium*, num. 27.

26 *Nec est donatio suspensa, sed resolubilis conditione nuptiarum, & de ratione* ibid.

28 *Perfectis nuptiis tollitur resolubilitas & acquiritur a muliere dominium irrevocabile.*

29 *Ita ut numquam redire possit ad virum nec ad ejus beredes.*

30 *Sponsalitiæ largitati nulla a legibus est taxa præfinita.*

31 *Et propterea distinguitur a donatione propter nuptias in securitatem dotis facta.*

32 *Quæ soluto matrimonio revertitur ad viri beredes.*

33 *Quamvis bæ donationes impropriè loqueudo confundantur.*

34 *Et Imperator in novell.* 129. *donationem propter nuptias sponsalitiam largitatem appellaverit.*

36 *Donatio propter nuptias potest ita pactis dotalibus promitti ut pleno jure uxori acquiratur.*

37 *Jus Civile non resistit donationi a marito factæ constante matrimonio annuæ præstationis pro expensis ab ipsa muliere quoquomodo faciendis.*

38 *Quæ præstatio cum mixtam babeat causam donationis, & alimentorum non continetur sub probibita donatione coniugali.*

39 *Et præsumitur correspondens alimentis, & bonoribus mulieri debitis.*

40 *Mulier Principis Augusta si voluntarie extra necessitatis, & utilitatis causam redditus a marito douatos expendat redargui non potest.*

41 *Ita si caute caveat redditus adsignatos conservet omne quod superest sibi acquirit.*

42 *Et est quædam transactio viri & uxoris super expensis a muliere faciendis, ita ut si mulier plus reddito assignato expendat non potest repetere a viri beredibus, & sibi acquirit reliquum quod ei superest.*

43 *Jura Civilia abborruerunt in probibitione donationis coniugalis de assignationibus uxori factis rationem babere.*

44 *Vir non fit pauperior in assignanda annua pensione uxori pro sustinendis oneribus coniugalibus.*

45 *Ut donatio inter coniuges sit probibita requiritur ut vir fiat pauperior, & uxor locupletior.*

46 *Ludorum & bonoris causa viro permissum est uxori donare.*

47 *Kalendæ Martii quondam, nunc Kalcudæ Januarii & dies Natalis Domini solemne fuit uxori ob fœminarum bonorem donare sicut diebus nominis, & natalitiis, & bæc munera sunt a jure permissa.*

48 *Mulier ad bonores, & dignitates viri adquirendas valide donat.*

50 *Germani qui secundas nuptias abborrent dotes uxoribus tribuunt cum viduili præstatione.*

51 *Et cum dotes a mulieribus datæ sint parvæ ideo immodicum uon est mensurandum a dote sed ex qualitate, & prærogativis viri, & mulieris.*

52 *Principes quamvis magna, & multa dent modicum, & parvum dare dicere solent.*

53 *Donatio facta a viro mulieri morte viri confirmatur.*

54 *Amplia etiamsi traditio sequta non fuerit, quamvis ex jure antiquo diversum fuit constitutum.*

55 *Jus digestorum non dat uxori actionem exigendi quod sola stipulatione fuit illi viro promissum.*

56 *Limita si vir promittens decesserit maneute matrimonio.*

57 *Hodie qualibet donatio inter coniuges babet principium validitatis cum facultate solum tacite, vel expresse revocandi.*

Pro-

58 *Sed si vir donans decedat & nil de donatione dicat silentio confirmatur donatio & retrotrahitur ad initium contractus.*

59 *Et res donata debetur una cum fructibus a die contractus decursis.*

60 *Elector Palatinus in suis Statibus omnia potest quæ Imperator in Imperio.*

61 *Imo potest plura, & majora in suis Statibus quam Imperator in Imperio.*

62 *Et ejus uxor juribus & prærogativis Augustæ fruitur.*

63 *Omnia acta, contractus, & decreta Principum vim legis habent.*

64 *Et eorum donationes non indigent insinuatione.*

65 *Ex Imperialibus constitutionibus Principes possunt valide donare uxoribus.*

66 *Et in his constitutionibus Electores comprehenduntur.*

67 *Principis rescriptum in ejus contractibus contentum tamquam lex omnes supplet solemnitates.*

68 *Et facit quod illico valeat ejus donatio facta uxori.*

69 *Et si donatio in sola promissione consistat habetur pro actuali, & de ratione ibid.*

70 *Si concessio Principis verbis ambiguis sit concepta sumenda est omnis interpretatio ut donationem contineat.*

71 *Indignus dicitur principatu qui divitiis a se acceptis neminem sibi conciliatur.*

73 *Donatio ante matrimonium collata in tempus matrimonii prohibitum est nulla, contra num. 78.*

76 *Constitutio annui redditus est actus reiterabilis nec facultas illum constituendi consumatur primo actu.*

79 *Prohibitio L. 1. & L. quod Sponsæ C. de don. ante nupt. procedit in simplici donatione extranea a pactis dotalibus collata in tempus matrimonii.*

80 *Donatio facta a viro uxori causa peculii muliebris constante matrimonio non prohibetur.*

81 *Magnificentia, & liberalitas nullis legibus possunt coerceri.*

82 *Promissio principis pro traditione habetur.*

83 *Donatio in promissione consistente facta a Supremo Principe uxori Augustæ illico valet & est irrevocabilis.*

84 *Facta a privato in quacumque quantitate morte mariti confirmatur.*

85 *Assignatio domus facta pro constitutione annuæ præstationis dicitur demonstrativa.*

87 *Quando annus redditus sit principaliter in obligatione.*

TAnta erat Serenissimæ Electricis Annæ Aloysiæ Medicææ apud Serenissimum Electorem Jo. Wilhelmum Palatinum conjugem virtus prudentia cura & solicitudo in illo unanimi & tam grato conjugio substinendo ut cum præclaras tantæ Conjugis dotes Serenissimus Elector Palatinus admiratus esset, dum vigore pactorum matrimonialium arbitrio suo tenebatur peculiaribus indigentiis, & voluntariis expensis Serenissimæ Conjugis consulere tam pro mundo muliebri quem Germani *Gerada* vocant substinendo, & maximo illo ut par erat cubiculari decore substentando, quam pro omni alio quod levandi animi causa piis operibus explendis tam eximiæ Principissæ donari opus erat. Idcirco postquam anno 1691. vix Serenissima Principissa in Germaniam perventa in Regia Neoburgica pacta matrimonialia augere & in pinguiorem formam favore Serenissimæ Sponsæ reducere curans *Deputatum* seu annuum redditum flor. 18. cum ipsis oneribus a Serenissima Archiducissa Austriæ Domina Maria Anna priori conjuge defuncta susceptis 7. Junii solemni decreto elargivit & auxit postea majoribus emergentibus opportunitatibus, & Conjugis virtutibus maximo semper decore sustinendis usque ad summam viginti quinque millium Imperialium pro quibus ex certis Dynasteriis & Præfecturis redditus assignavit

vit quos generali omnium bonorum, & Statuum obligatione cautela, & hypotheca 24. Julii 1698. decreto suo munivit.

Tandem quia quotidie benevolentia probitate, & unanimitate Serenissimæ Conjugis vinciebatur de anno 1709. 4. Augusti defuncta Serenissima Electrice Matre Serenissimi Wilhelmi Electoris cum vacaverit sive ad dispositionem Serenissimi Electoris redierit *deputatus* seu annuus redditus quo super domo regionis Neoburgicæ Serenissima ejus mater Electrix fruebatur.

Placuit Serenissimo Electori Palatino aliis deputationibus seu donationibus Serenissimæ Conjugi factis pro Electorali ejus decore augendo superaddere annuum redditum præfatum flor. triginta millium sub die 30. Augusti ejusdem anni hoc solemni, & peculiari decreto.

Estendosi messa l' A. S. E. di aggiungere all' A. E. della Serenissima Elettrice sua dilettissima Sig. Consorte il deputato goduto dall' A. E. della già Sig. sua Madre di f. m. fino al giorno della sua morte 4. di questo mese su la Casa del Paese di Neoburgo di 30. m. fiorini, onde con la presente si comanda benignamente al Commissario di S. A. E. del Paese di Neoburgo che in avvenire paghi puntualmente questi 30. m. fiorini da cominciarsi dal suddetto giorno 4. di questo mese di quartale in quartale con la ricevuta del Segretario della prefata A. S. E. sua Signora Consorte, e che in ciò in conto veruno non segua alcuno impedimento. Dusseldorff. 30. Agosto 1709.

Tradito igitur per Serenissimum Electorem Serenissimæ Conjugi in grati animi signum & benevolentiæ expressionem decreto præfato, & per eam cum summa animi benignitate, & gratiarum actione recepto, & acceptato, per hanc traditionem posses-
1 sione vel quasi redditus præfati in ipsam translata *arg. L. Quædam ff. de rei vindic. Lopez. in repert. rub. de donat. unde vir. & uxor. §. 76. n. 5.* Serenissima Electrix virtute & moderatione plena sciens jus suum salvum esse quia forsan pro quibusdam piis operibus partem quamdam pecuniæ reservabat, & Serenissimum Electorem bellis implicatum & maximis expensis oneratum videbat cogitavit exactionem annui redditus prædicti in felicius tempus differre.

Dum exactiones itaque differebantur defuncto interim de anno 1714. Serenissimo Electore conjuge dubium propositum fuit an introitus præfatos decursos, & non exactos de die 4. Augusti 1709. usque ad diem mortis Serenissimi Electoris, Serenissima Electrix vidua exigere a Comitatu Neoburgico præfato aut aliis Dynasteriis Præfecturis, & Statibus obligatis vel ab heredibus Serenissimi Electoris petere possit.

Et profecto veritate tantum inspecta sive jus gentium inspiciamus, sive Jus civile comune, & universale sive peculiare jus & privilegiativum Supremorum Principum omnia jura clamant, & volunt ut exactio præfata Serenissimæ Electrici viduæ sit permittenda vel a Statibus vel ab heredibus prædictis prout magis Serenissimæ placuerit.

Nam primum gentium jura urgent & ubique locorum clamitant pacta dotalia, & connubialia inter co-
njuges soluto matrimonio esse servan- 2
da ad *Text. in L. Ex ff. de capit. dim. L. Jurisgentium 7. ff. de pactis. L. 1. C. de pactis.* quia favorabilia maxime sunt, & specialem præcæteris habent securitatem ut dicit *Christin. dec. Belg. 135. num. 1. & seqq. Mevius ad jus Lubec. lib. 2. tit. 2. art. 12. num. 365. Hesser. loc. com. de bonor coniug. commun. part. 2. loc. 10. num. 9. & seqq.*

Cum igitur pactis dotalibus cautum sit quod Serenissimæ Electrici constituatur a Serenissimo Electore Conjuge annuus redditus „ pro impen„ sis necessariis, & voluntariis in „ ea quantitate quæ dicto Serenissimo „ Electori pro sua magnanimitate vi„ sa fuerit dando pro eodem particu„ larem assegnationem „ ut sunt verba pacti conventi in capitulis matrimonialibus.

Et

Et prius in ipsis firmatum fuerit. *quod semper in libera potestate dominio & absoluta dispositione & administratione Serenissimae Principissae remanere debeant, & remaneant omnia & singula ad ornatum muliebrem &c. Et postea & alia quaecumque ad dictam Serenissimam Principissam praeter dotem spectantia & tam ea quae de praesenti dicta Principissa habet quam etiam quae in futurum quomodocumque, & qualitercumque acquiret etiam per donationes eidem Serenissimae Principissae factas vel faciendas tam a Serenissimo Electore quam ab aliis Serenissimis Principibus Palatinis Cognatis affinibus ac propinquis, item Vassallis Communitatibus, ac subditis & aliis quibuscumque iis solum gemmis, & caenodiis exceptis quae penes Serenissimam Palatinam Domum ob singularem excellentiam proprio & hereditario jure censerentur: Quae omnia pro arbitrio suo eidem Serenissimae Principissae quomodocumque, & etiam in casu soluti matrimonii & quocumque alio transportare, & mutare de iisdemque absolute disponere suae Celsitudini licere convenerunt & paciscuntur.* Quomodocumque igitur se res habeat aut assignatio redditus super Domo Neoburgica est additamentum annuae praestationis seu *Deputati* constituti ad formam Capitulorum matrimonialium, qui secundum arbitrium profundae Magnanimitatis Serenissimi Electoris in dies crescere & augeri poterat prout in hujusmodi augumentum sonant verba illa. *Essendosi mossa S. A. E. di aggiungere all' A. E. della Serenissima Elettrice sua dilettissima Consorte il deputato goduto ec.* Superaddi enim non poterat annuus redditus Serenissimae E-
3 lectrici nisi in iis praestationibus quae jam constitutae erant quia accrescere res dicitur ei qui jam ejusdem rei partem, & portionem habet *ad Text. in L. Insula* 56. *L. Ergo ff. de acquirend. rer. dom.* praesertim quando augetur res ejusdem generis alterius
4 praeexistentis prout hic *il deputato goduto* qui cum sit ejusdem generis, & qualitatis ac alius *Deputatus* prius Serenissimae Conjugi assignatus, & auctus dum denuo eidem Serenissimae Uxori additur & adiungitur fit unus, & idem Deputatus cum iisdem qualitatibus & praerogativis prout *est Text. expressus in L. Etiam* 8. *C. de jure dotum L. Inter Socerum* 26. *§. Cum inter* 2. *ff. de pactis dotalib. & ibi Gothofred.* Incrementum enim videtur datum praestationibus praeexistentibus, non alia praestatio constituta quemadmodum si quid alluvione accessisset ut dicit *Paulus J. C. in L. Si proprietati* 4. *ff. de jur. dotium*, & 5
propterea fit cum omnibus qualitatibus rei praeexistentis *L. Item queritur §. Qui impleto ff. locat. L. Lae'es* 2. *in princ. ff. de arbitr.* & privilegia, jura & praerogativae rei principalis comprehendunt etiam augumentum postea factum *Cap. quia circa de privileg. cap. ex parte cap. pen. de decim. Mantic. de tacit. libr.* 3. *tit.* 3. *num.* 8. *vers. sed.* 6

Et certum est quod talis redditus transiverit in plenum dominium & dispositionem Serenissimae Electricis tam vigore ejusdem assignationis 7
pro expensis etiam voluntariis factae quae liberam dispositionem redditum ad libitum expendendarum importat, & perfectum dominium transfert *ad Text. in L. in re mandata C. mandat. L.* 2. *ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. L. Assignare* 106. *ff. de verb. significat. & ibi Rebuff. dec. cons.* 640. *num.* 6. *Paris. cons.* 33. *n.* 16. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 191. *num.* 8. *& de praesump. praesum.* 34. *num.* 31 *lib.* 3. & in puncto talis deputati pro expensis voluntariis decisum fuit a *Sacra Rota Romana dec.* 553. *num.* 8. 9. *par.* 19. *rec. tom.* 2: itaut si minus expendat, & moderate vivendo genium suum defraudando aliquid ei superfit omne reliquum post mortem 8
mariti ejus lucro cedat *Bruneman. in L. Ex annuo* 15. *& in L. Quod ergo ff. de donat. und. vir. & uxor. num.* 3. *Petrus Barbos. ad L. Quae dotis* 34. *num.* 68. *ff. solut. matrim. Connan. comm. jur. civil. lib.* 8. *cap.* 11. *n.* 7. tam vigore pacti matrimonialis quo omnia per Serenissimam Conjugem quomodocumque, & qualitercumque ac-

acquiſita ex donationibus etiam, &
elargitionibus Sereniſſimæ Electricis,
& conſequenter ex aſſignatione facien-
da pro expenſis voluntariis quæ ut
ſupra dictum eſt donationem, & li-
beram dominii translationem impor-
9 tat *ad Text. in L. in re mandata*
C. mandat. propria & libera Electri-
cis remanere debent & ſoluto matri-
monio ejus lucro cedere, ut ſecum
adſportare poſſit. Quod facit ut hu-
jusmodi donationes vigore pacti dota-
lis tamquam pars correſpectiva con-
tractus matrimonialis cenſeri debeant
10 quoddam augumentum dotis ſeu dona-
tionis propter nuptias, aut ſponſali-
tiæ largitatis uxori ſolvendum ſoluto
matrimonio *ad Text. in L. Cum ve-*
terum C. de donat. ante nuptias Man-
tic. de tacit. lib. 20. *tit.* 1. *num.* 2.
& ſeqq. & tit. 4. *num.* 13. 14. *Mo-*
lin. de contract. diſp. 29. *num.* 1. *&*
ſeq. Gomez. ad L. 50. *Tauri cum*
trib. ſeqq. num. 2. *Tondut. reſol. civil.*
cap. 55. *num.* 8. *de Pont. conſ.* 25.
num. 12. *& de poteſtat. Proreg. tit.* 6.
de aſſenſu reg. §. 2. *a num.* 21.
Quod ſicut eſſe poteſt in mobilibus
gemmis pecunia numerata ita & in
annuis cenſibus ſeu redditibus vigore
11 aſſignationis mariti exigendis ad *Text.*
in L. Ex annuo 15. *L. Si ſtipulata*
33. *verſ. ſed ſi manente ff. de donat.*
inter. vir. & uxor. qui nec etiam con-
ſtante matrimonio ſub prohibita do-
12 natione inter conjuges cadunt *ut eſt*
Text. in d. L. Ex annuo 15. *§.* 1.
L. de fructibus §. 17. *ff. de donat.*
inter vir. & uxor.

Aut vero talis aſſignatio facta
Sereniſſimæ Conjugi eſt independens,
& ſeparata ab aliis præſtationibus an-
tecedenter factis, & non jure ante-
cedentum præſtationum, ſed alio pro-
prio quodam jure tamque voluntaria
eſt recenſenda (quod minus recte di-
ci poteſt) & cum verba illa *aggiun-*
gere alla Sereniſſima Elettrice impor-
tent plenam dominii translationem,
addere enim tamquam compoſitum
13 verbo *dare* quod eſt dominium tranſ-
ferre *L. Sæpe* 53. *verſ. & cum dixi-*
mus L. Dediſſe 76. *ff. de v. ſign.* nil
aliud importat quam amplius, vel
magis dare quod eſt *accreſcere* ei qui
jam portionem ſeu partem habet *L.* 14
Si Titio §. fin. ff. de uſuf. L. Servus
67. *ff. de acquir. heredit.* prout eſt
de natura juris accreſcendi omne do-
minium rei quæ accreſcit transferre 15
L. Sive ex pluribus 9. *ff. de ſuis &*
legit. L. un. §. In his itaque C. de
cad. toll. L. 1. *in fin. ff. de uſuf. ad-*
creſc.

Et conſequens eſt quod eodem
modo hæc donatio, & aſſignatio vi-
gore ejusdem capitis matrimonialis quæ
omnia donata a Sereniſſimo Conjuge
ſecum adſportare permiſit jure proprio
ad Sereniſſimam Electricem ſpectet,
& ut propria ab ipſa ſit exigenda
tamquam pars contractus dotalis, &
conventionis matrimonialis cum ipſa
conſuta & in illa inſerta ſine qua uti
matrimonio correſpectiva matrimo-
nium contractum non fuiſſe cenſeri
debet *Text. eſt in L. Petens C. de pa-* 16
ctis & ibi Bald. Guid. Pap. dec. 45.
num. 2. *Franch. dec.* 205. *Mantic.*
de tacit. lib. 13. *tit.* 4 *n.* 12. *Fon-*
tanell. de pact. nupt. gloſſ. 9. *par.* 1.
cap. 4. *num.* 32. *& ſeqq. Caſtill. dec.*
51. *num.* 8. *& dec.* 106. *num.* 7. *&*
ſeqq. Merlin. Pignat. contr. 34. *num.*
1. *tom.* 2. ac proinde jure ſponſalitiæ
largitatis augumenti dotalis aut lucri
donationis propter nuptias ſeu quæ- 17
ſtus Conjugalis propter antecedentem
matrimonialem conventionem cenſeri
debeat *L. Si conſtante L. cum multæ in*
fin. Auth. eo decurſum C. de donationi-
bus ant. nuptias. Sanchez. de matrim.
lib. 2. *diſput.* 32. *num.* 3. 4. *Cancer.*
var. reſolut. par. 1. *cap.* 8. *num.* 44
Molin. de primogen. lib. 4. *cap.* 2. *n.*
17. 18. *Giurb. ad conſuet. Meſſan.*
par. 1. *gloſſ.* 8. *num.* 74. ſicut enim
pactis, & conventionibus nuptialibus
conjugalem ſocietatem contrahere licet
vel ad quæſtus conjugales ex ſocietati-
bus ex conſuetudine vel Statuto intro-
ductis dimittere, & renunciare quia
pacta dotalia ante matrimonium con-
tracta ſuperant omne jus tam com- 18
mune quam municipale & illi dero-
gant. *Gaill. lib.* 2. *obſerv.* 8. *num.* 15.
Heſter. in loc. com. de diverſ. acquæſt.
conjugal. par. 2. *loc.* 10. *num.* 16. 17.
&

& per tot. Mevius ad Jus lubecense lib. 2. tit. 2. art. 12. num. 3. Sanchez. de matrimon. lib. 6. disput. 5. in princ. Ita pactis matrimonialibus convenire licet contra jus comune quod omnia donata per virum constante
19 matrimonio uxori perfecte acquirantur & ejus lucro cedant ut respondit *Menoch. cons.* 496. *num.* 109. & melius *Paulus Christin. ad cons. Melchin. tit.* 17. *artic.* 3. *num.* 8. *vers. id tamen, & dec. curiae Belg.* 137. *num.* 2. *vol.* 3. *Rota Romana dec.* 80. *num* 66. *cor. Merlin.* facilius si Princeps Supremus promittat qui nulla juris communis prohibitione ligatur, & quocumque tempore etiam constante matrimonio libere in Serenissimam Au-
20 gustam donare potest *per Text. in L. Donationes quas divus C. de don. int. vir. & uxor.* Ac propterea quocumque tempore data, & acquisita per Serenissimam Conjugem continebunt quaestum Conjugalem vigore pactorum matrimonialium debitum, & jure gentium servandum constitutum pro quo sicut pro caeteris in capitulis matrimonialibus contentis non solum heredes, & bona Serenissimi Electoris Jo. Wilhelmi afficiuntur sed omnes Status, & Provinciae Electoratus Palatini expressa, & speciali obligatione cum consensu omnium interesse habentium obnoxiae remanent. Et in idipsum quod jus gentium servat consonat Jus Civile etiam comune & universale quia si hoc additamentum a capitulis matrimonialibus sive tamquam pars annui deputati prout verius est
21 sive tamquam quid independens donatum pendet ut supra fuit demonstratum, nulla intrat conjugalis donationis prohibitio *ex tit. ff. & C. de don. inter. vir. & ux.* dimanans quia antecedens conventio in pactis dotalibus firmata excludit donationem conjugalem etiamsi postea contracto matrimonio traditio, & assignatio sequatur quae dum fit in executionem praecedentium Capitulorum ex legibus congruentiae nobilitatis, & magnanimitatis, Principis Majestatem conservantibus quamvis Principi arbitraria dum tamen eam exercendo convenientem judicat dicitur quodammodo necessaria, & transfert in Conjugem rem certo modo eidem ex pactis dotalibus debitam & promissam quae propterea non dicitur donatio conjugalis sed sponsalitia 22
largitas ex *L. 1. §. Igitur ff. de donat. L. Si mater. L. Si Filiae C. de donat. ant. nupt. Tholos. Syntagm. jur. civil. lib. 9. cap. 25. num. 2.* & respondit *Rota Roman. d. dec.* 553. *n.* 13. 14. *par.* 19. *rec. tom.* 2. quae etsi specialis sit contractus jure civili introductus, *Auth. ut sponsal. largit. special.* attamen quando in pactis matrimonialibus continetur debetur etiam vigore contractus matrimonialis jure gentium tamquam pars illius, & propterea Jus Civile de prohibita donatione conjugali ei non resistit quia perficitur donatio conventione & promissione ante contractas nuptias, & quamvis postea traditio sequatur nil interest, ut respondit *Ulpianus in L.* 24
Si sponsus §. 1. in princ. ibi „quamvis contractis nuptiis tradiderit donationem valere ff. de donat. inter vir. & uxor. Mantic. de tacit. lib. 20. *tit.* 1. *n.* 12. Donatio enim jam facta confirmata,
& executa videtur non nova inchoata ut inquit *Text. in L. Si donatae §. 1. ff. de donat. inter. vir. & uxor.* 25
Nec dicitur dilata in tempus matrimonii prohibitum ex *L. Si sponsae C. de donat. ante nupt.* quia ab initio est perfecte quaesita, non suspensa, sed solubilis conditione nuptiarum si non sequantur *Garz.* 26
in L. si ita stipulatus §. Si ibi nupsero vers. hoc placet ff. de oblig. Sanchez. de matrim. lib. 6. *disp.* 1. *num.* 6. *& seqq. & disp.* 18. *num.* 3. alioquin hodie nulla daretur sponsalitia largitas, quia etsi ex jure antiquo illa libere, & pure, & simpliciter Sponsis acquirebatur ab initio, nullo casu retractanda ex *Text. in L. 1. §. Igitur ff. de donat. ant. nupt.* Hodie tamen ex jure novo in *L. Cum veterum C. de donat. ante nupt.* tacitam habet conditionem si nuptiae sequantur: Quae si esset suspensiva acquisitionis, perficeretur donatio in tempus matrimonii prohibitum ex *L. Cum Sponsae C. de don. ant. nupt.* ac propterea esset inutilis; sed quia contractus ab initio 27
pri-

pure, & ſimpliciter perficitur, & conditio tantum intrinſeca eſt reſolutiva juris quæſiti ad *Text. in L. 3. ff. de leg. 1. L. Conditiones extrinſeceas ff. de cond.* hoc facit quod nuptiis perfectis non fiat nova acquiſitio ſed tollatur tantum reſolubilitas, & revocabilitas & do-
28 minium corporis, ſive actionis quaſi dominium quod erat revocabile fiat perpetuum, & irreſolubile tranſitorium ad quoſcumque heredes etiam extraneos *d. L. Cum veterum Auth eo decurſum C. de donat. ante nupt. L. pen. ff. de donat. inter vir. & uxor. Lopez. in reper. rub. de donat. inter vir. & uxor. §. 4. Sanchez. de matrim. lib. 6. diſp. 18. n. 2. in fin. Napodan. ad conſuetud. &c. de contract. inter vir, & uxor. num. 25. pag. mihi 285. Klocb. in relat. Camer. Imper. relat. 101. num.* 10. ad liberam diſpoſitionem u-
29 xoris tam conſtante quam ſoluto matrimonio ita ut nullo caſu redeat ad viri heredes *L. Si a ſponſo C. de donat. ant. nupt.* & melius *L. Si mater. L. ult. C. de donat. ant. nupt. cap. ult. extr. de donat. int. vir. & uxor. Auth. ut ſponſalitia largitas collat. 9. Mantic. de tacit. lib. 20. tit. 1. num. 2. 3. Surd. conſ. 167. num. 17. Sanchez. de matrim. lib. 6. diſput. 18. num. 2. in fin. diſp. 19. num. 1. Molin. de contr. diſp. 29. n. 1. & ſeqq. Gomez. ad LL. Thauri 50. cum trib. ſeqq. num. 2. Fragoſ. de regim. reip.*
30 *par. 3. lib. 2. diſp. 4. num. 30. 31.* 34. Quamcumque quantitatem contineat eorum doti æqualem quia huic ſponſalitiæ largitati nulla jure communi eſt præfinita taxa. *Sanchez. de matrim. lib. 6. diſput. 24. num. 1. & ſeqq. Fragoſ. de regim. reip. par. 3. lib. 2. diſp. 4. num. 35. Bonaccin. de Contract. diſp. 3. quæſt. 13. pun. 4. n. 1. 2. fol.* 697. Et propterea diſtinguitur a donatione propter nuptias in com-
31 penſationem, & ſecuritatem dotis facta *Aut. dos data C. de donat. ant. nupt.* quæ ſoluto matrimonio revertitur ad viri heredes *L. Si liberis C.*
32 *de donat. ante nupt. Theſaur. lib. 2. quæſt. 9. per t. cap. 1. Thoſolan. ſyntagm. jur. lib. 8. cap. 5. Fragoſ. de reg. rep. par. 3. lib. 2. diſput. 4. num. 23. verſ. conveniunt 7. & num.* 47. Quamvis aliquando large & improprie in genere, vel ſpecie loquendo hæc voca-
buia confundantur a J. C. ut obſer- 33
vant ex *rub. & tot. tit. Auth. ut ſponſal. larg. ſpecial. &c. Mantic. de tacit. lib. 20. tit. 1. Tholoſan. ſyntagm. lib. 8. cap. 7. num.* 17. Et ipſemet Imperator in *Novell.* 119. donationem propter nuptias ſponſalitiam largita-
tem appellavit, improprie tamen ut 34
notat ibi *gloſſa & Thoſolan. ſyntagm. jur. lib. 8. cap. 7. num. 16. 17.* & *Antonius Faber. de error. pragm. Decad. 41. err. 2. num.* 1. pragmaticos carpit qui ſæpe unam ab altera non diſtinguant.

Sed quomodocumque ſit in caſu noſtro quando etiam donatio propter nuptias dicenda eſſet tamquam facta, conſtante matrimonio, tamen quia pendet a pactis dotalibus, in quibus reſervata eſt facultas coſtante matrimonio libere donandi, & conventum eſt, ut donata a Sereniſſimo Electore libere, & pleno jure Sereniſſimæ Electrici quærantur, dicenda erit donatio plene quæſita uxori, tum quia derogando juri comuni, pactis matrimonialibus facultas libere donandi poteſt reſervari, & conveniri ut donata uxori libere acquirantur ut ſupra
probatum eſt, & firmat *Chriſtin. dec.* 35
Belgic. 137. n. 2. vol. 3. Tum quia etiam donatio propter nuptias conſtante matrimonio facienda, poteſt pa-
ctis dotalibus ita promitti ut pleno 36
jure uxori acquiratur, & nullo caſu ad virum, vel ejus heredes redeat ut ſenſit *gloſſ. in L. fin. C. de donat. int. vir. & uxor. Mandell. Alba conſ. 68 num. 3. Surd. conſ. 196. n. 32. Rota Romana in Albanen. Donationis dec. 80. num. 14. cor. Merlino.*

At fruſtra pactis dotalibus laboramus ad Jus Civile ſubſtinendum; quia hoc jus non reſiſtit, Imo aſſi-
ſtit donationi a marito factæ coſtan- 37
te matrimonio annuæ præſtationis pro expenſis ab ipſa quoquo modo faciendis ut eſt *Text. in L. Ex annuo 15. & L. quod ergo 16. ff. de donat. inter vir. & uxor. L. Sicut 11. C. eodem.* Quæ præſtatio ſtatim ab initio inte-

38 gre acquiritur uxori, & io ejus do-
minium transfertur quia cum mixtam
habeat cauſam donationis, & alimen-
torum non continetur ſub prohibita
donatione conjugali mere lucrativa ut
bene explicat *Barboſa in L. quæ dotis
34. num. 66. verſ. quo præſuppoſito ff.
ſolut. matrim. Petrus Frejer. Tholoſan.
in ſyntagm. jur. lib. 9. cap. 25. num.
18. Gamera dec. 164. num. 3. Con-
nan. commen. jur. civil. lib. 12. cap.
11. num. 6. Brunemann. in L. Sicut.
11. C. de donat. int. vir. & uxor. &
in L. ex annuo 15. ff. eodem. Berlech.
concluſ. 15. num. 29. par. 2.*

Et propterea cum præſumatur
tale annuum datum uxori tamquam
39 correſpondens alimentis, & honori-
bus uxori debitis, ut conſiderat *Bar-
boſ. in d. L. Quæ dotis* 34. *num.* 68.
& conſequenter a marito datum ad
expendendum pro expenſis quibuscum-
que etiam voluntarius, in Auguſta
præſertim muliere Principis, quæ ſi-
cut, ſi voluntarie omnes redditus ex-
40 pendiſſet ad libitum extra neceſſitatis,
vel utilitatis cauſam vel illos ultra
donaſſet, de propriis pecuniis expen-
diſſe diceretur & redargui non poſſet
ex *Text. in L. Sed ſi vir* 31. *§.* 9.
ff. de donat. int. vir. & uxor.

Ita ſi magis caute caveat, &
luda, & alias voluptarias expenſas e-
41 vitando & genium ſuum defraudando
redditus adſignatos ad proprium com-
modum quaſi ſibi donando conſervet,
omne quod ſupereſt ſibi acquirit, &
ſecum ferre poteſt *Barboſa in L. Quæ
dotis 34. num. 68. ff. ſolut. matrim.
Brunemann. in L. Ex annuo 15. ff.
de donat. inter vir. & uxor. Connan.
comm. jur. civil. lib. 8. cap. 11. n. 6.*

Videtur enim facta quædam tran-
ſactio ad imponendum expenſarum mo-
42 dum inter virum, & uxorem ſuper
expenſis ab ipſa faciendis itaut ſicut
ſi redditus adſignatus pro voluntariis
expenſis non ſufficeret, mulierem viri
heredes reintegrare non tenerentur, ita
ſi minus expendat ſibi acquirit tam-
quam reliquum proprii peculii mulie-
bris in ejus dominium translati per
ſpeciem quamdam compenſationis one-
rum aſſumptorum per uxorem in ſub-
ſtinendo conjugio ut eſt *Text. in L. Si
id quod 28. §. 7. ff. de donat. int. vir.
& uxor. Connan. comm. jur. civil. lib.
8. cap. 11. num.* 6. & convenit cum
mixta illa donatione quam refert *Bar-
boſa in d. L. Quæ dotis 34. num. 66.
verſ. quo præſuppoſito.*

Tantæ enim ſunt expenſæ quæ
pro mundo muliebri ſubſtinendo, quem
Germani *Gerada* vocant erogantur,
tantæ quæ pro generoſitate exercenda,
pietatis operibus explendis Nobili Co-
njugi illuſtri, præſertim Magnati, 43
aut Principiſſæ conveniuot ut cum
jura honeſtatis, & nobilitatis non
permittant ab uxore de his rationem
exigere, jura ipſa civilia abhorruerunt
io prohibitione donationis Coojugalis
de his adſignationibus uxori factis ra-
tionem habere ut eſt *in d. L. Ex an-
nuo 15. & L. ſeq. ff. de don. int. vir.
& uxor.* quia ut inquit Paulus in *L.
Si id quod 28 §. 2. ff. de don. int.
vir. & uxor. Non eſt ita amare, nec
tamquam inter infeſtos jus probibitæ
donationis tractandum, ſed ut inter
conjunctos maximo affectu, & ſolum
inopiam timentes.*

Quare cum vir non fiat paupe-
rior in hujusmodi annuo, vel me-
ſtruo dato pro oneribus a viro ſub- 44
ſtinendis, tam ad neceſſitatem, com-
moditatem, & decus uxoris ad *Text.
in L. Si quis pro uxore 21. §. 1. in
fin. ff. de donat. int. vir. & uxor.* nec
mulier locupletior in illis *L. Quod
autem 7. §. 1. ff. de donat. int. vir.
& uxor.* nec in aliis, quæ a conve-
niente expenſa ſuperant datis ad ho-
norem, & dignitatem ſubſtinendam
Majeſtatem exercendam, ludos adhi-
bendos, & alias voluptarias expenſas,
exercendas, quæ extra Patrimonium
dicuntur ad *Text. in L.* 40. 41. 42.
ff. de don. int. vir. & uxor.

Hinc conſequens eſt quod ſub pro-
hibitione non cadant quia utrumque
requiritur, ut prohibitioni ſit locus
& quod vir pauperior, & quod uxor
locupletior ſit facta ut eſt *Text. in 45
L. Si ſponſus 5. §. 8. & §. fin. ff.
de don. int. vir. & uxor.*

Et propterea ludorum & hono-
ris cauſa viro permiſſum eſſe uxori
do-

46 donare dicunt *Connan. comm. jur. civil. lib.* 8. *cap.* 11. *num.* 5. *Carpzov. Defin. Eccl. lib.* 12. *tit.* 17. *defin.* 272. *num.* 9. *Harmann. Pistor. quæst.* 44. *num.* 12. *Mevius ad jus Lubecens. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 60.

Et ideo Kalendis Martiis quæ
47 fœmineæ dicebantur quia fœminis dicatæ erant quorum loco successerunt hodie Kalendæ Januarii, & dies Natalis Domini, solemne fuit uxori ob fœminarum honorem donare sicut diebus nominis, & Natalitiis, quæ munera nunc dicuntur a jure inter Conjuges permissa in *L. Sed si vir.* 31. §. 8. *ff. de don. int. vir. & uxor.* & ibi *Gothof. Brunemann. in L.* 1. *n.* 1. *ff. de donat. int. vir. & uxor.*

Sicut uxor ad processus viri l-
deft ad hooores, & dignitates acqui-
48 rendas quæ extra Patrimonium sunt valide donat *L. Nam, & Imperator.* 41. *& L. seq. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Quapropter cum hæc annua præstatio commixtas habeat tantas causas validas, & permissas, omnis ratio suadet ut tamquam mixta donatio prohibitiooi noo subjaceat & si quid defuncto viro ex hoc annuo uxori superfit quia voluntariis expensis parcendo quas profundere poterat sibi consulere putaverit, cum legitimus titulus mixtæ donationis præcesserit sibi acquirere debet ut ex *Text. in L. Ex annuo.* supra probatum est, etiamsi
49 quid immodicum sit quod superest, quando vires dotis, & fructuum non superat in magno excessu in congrue dotata *Connan. jur. civil. lib.* 8. *cap.* 11. *num.* 6. 7. *Brunnemann. in L. Sicut* 11. *C. de donat. int. vir. & uxor.*

In Germania vero ubi potius
50 dotes a viris mulieribus tribuuntur cum viduili præstatione quia secundas nuptias Germani haborrebant ut inquit *Tacit. de morib. German. cap.* 19. *Dresiellius in comm. jur. prin. Jo. Schœffen. lib.* 23. *tit.* 3. *ad rub. de jur. dot.* & parvæ propterea etiam hodie ex jure Romano in subsidium Juris Germanici recepto dotes assi-
51 gnantur, immodicum non est ex quantitate dotis mensurandum, quia ut dicit *Dresiel. d. tit.* 3. *de jur. dot.* Jus Romanorum in subsidium receptum ita est tractandum ne Jus Germanicum offendat; quare cum Jus Germanicum dotes ab uxoribus constitutas non agnoverit nec de illis etiam hodie si constituantur rationem habeat, potius ex qualitate, & prærogativis viri, & mulieris immodicum est dimetiendum.

Inter Principes igitur, & Magnates quibus numquam congruæ dotes ad substinendam tantam majestatem
dantur nec dari possunt nulla ratio 52
dotium haberi potest, sed generositatis, & majestatis viri, & uxoris, qui aliquid modicum, & parvum dare dicere solent, etiamsi multa, & magna concedant, ut exemplo Reginæ Mathildæ dicit *Glosf. in L. Sed & susceperit* §. 1. *verf. modica ff. de judic.*

Quod facilius procedit quando a viro ante mortem non fuit revoca-
tum, quia morte confirmatum in qua- 35
cumque quantitate ex oratione Antonini Imper. substineretur ut est *Text. in L. Cum hic* 32. §. 1. *ff. de donat. int. vir. & uxor. Brunemann. in L. Sicut* 11. *C. de donat. int. vir. & uxor.* quando etiam in sola promissione consisteret, quod in casu nostro dici non potest, tamquam ex traditione instrumenti datum & adquisitum etiam quoad possessionem uti supra
dictum est, quia etsi olim de jure an- 54
tiquo promissa a viro uxori morte non confirmabantur si non erant tradita ex *L. Papinianus* 23. *ff. de donat. int. vir. & uxor.*, ex *Novella* tamen 162. *cap.* 1. jus *ff.* correctum remansit, & promissiones donationis inter conjuges factas si silentio donantis in morte confirmentur eas habere vires voluit Imperator sicut cæteras donationes promissionibus in instrumentis relatas.

Qua etiam correctione in annuo promisso opus non est quia etiam de jure *ff.* illud obtinet quod etsi sola stipulatione promissum costante matrimonio ab uxore agendo exigi non
possit ex *Text. in L. Si stipulata* 33. 55
ff. de don. int. vir. & uxor.; Si manente tamen matrimonio vir, pro-
mit-

mittens decesserit stipulationem con-
56 firmari ex Senatus Consulto respon-
dit *Ulpian. in d. L. Si stipulata* 33.
vers. sed si manente, & rationem dif-
ferentiæ reddit *Barbosa in d. L. Quæ
dotis* 34. *num.* 66. *vers. secundo infer-
tur*. quia mixta donatio est.

Et hæc confirmatio tantæ po-
testatis est ut cum hodie ab initio in-
ter conjuges quælibet donatio habeat
57 principium validitatis cum facultate
solum tacite, vel expresse revocandi
ut est *Text. in L. Cum hoc* 32. *§.
Oratio* ibi *ut ipso jure res fiant ejus
cui donatæ sunt* & *§.* 2. *ait oratio ff.
de donat. int. vir. & uxor. Lopez. in
reper. rubr. de donat. int. vir. & uxor.
§.* 72. *ante num.* 2. si sequta morte
silentio fiat confirmatio illa retro-
trahitur ad initium contractus ut est
58 *Text. in L. Donationes C. de donat.
int. vir. &c. Novella* 162. *cap.* 1. *Dresse-
lius in comm. jur. Prin. Jo. Schopffen.
lib.* 24. *tit.* 1. *de don. int. vir. &
uxor. num.* 7. & res donata debetur
una cum fructibus, & præstationibus
59 a die contractus decursis, ut est *Text.
in L. de fructibus* 17. *ff. de donat.
int. vir. & uxor. Jo. Lopez. in reper.
rub. de donat. int. vir. & uxor. §.* 72.
num. 2. *& per tot. & §.* 76. *num.* 9.

Et demum peculiaria Principum
jura & privilegia rem omnino in tu-
to ponunt, & dubium proponere non
permittunt, quia cum Serenissimus
Elector in suis sit Statibus Supremus,
& omnia possit in illis saltem pro-
60 portione & similitudine juris quæ
Imperator in Imperio: *Bacovius ad
Treutler. tom.* 1. *disput.* 3. *Thes.* 6.
litt. E. vers. altera, & disp. 23. *Thes.*
1. *litt. C. Antunez. de donat. reg. lib.* 2.
cap. 11. *n.* 17. & prius *cap.* 3. *n.* 2. *Klo-
ck. de contrib. cap.* 4. *n.* 144. *& de Ærar.
lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 114. *& seqq. Peiler. ibidem
n.* 188. & in *relat. Camer. Imper. relat.*
3. *num.* 127. *Gaill. lib.* 1. *de Pace
pub. cap.* 6. *num.* 10. *& seqq. Scrader.
de feud. par.* 10. *sect.* 6. *num.* 87. *&
sect.* 17. *num.* 46. *Majens de Advoc.
Arma. cap.* 6. *num.* 74. 78. *Elserver.
in libro conscripto resp. & Stat. Imper.
par.* 2. *art.* 6. *Princip. Imper. dignit.
& jura*.

Imo multa plura & majora in Stati-
bus quam Imperator in Imperio *Ba-
covius ad Treutler. tom.* 1. *disp.* 3. 61
thes. 6. *litt. E. vers. altera ratio, &
disp.* 23. *thes.* 1. *litt. C. Elserver. in
libro rescripto resp. & Stat. Imper. par.*
2. *art.* 6. *Principum Imper. dignit. &
jura*. Hinc necessario sequitur quod
tamquam Supremus sit legibus solutus,
& quod Serenissima Electrix Augu- 62
stæ juribus & prærogativis fruatur
secundum *Text. in L. Princeps* 31.
*ff. de legib. §. Sed & quod Principi
inst. de jure nat. gen. & civil.* ut satis
abunde demonstratum fuit in altera
Dissert. inscripta *Palatina Testamen-
ti* super suprema & independenti po-
testate Serenissimi Principis Palatini
Rheni ubi omnibus ambagibus fuit
plene satisfactum ut nefas sit amplius
in quæstionem revocare.

Quare omnia acta, Principis con-
tractus & decreta vim legis habere
absque alia solemnitate toto jure teste 63
quod in Regiis Scriniis stat resposi-
tum necesse est *ex Text. in L. om-
nium C. de testamentis. Larrea alleg.
Fisc.* 3. *num.* 7., *& alleg.* 119. *num.*
9. *Gaill. lib.* 2. *observ.* 127. *num.* 8.
Antunez. de donat. reg. lib. 2. *cap.* 3.
num. 2., *& cap.* 11. *num.* 17.

Et donationes propterea nulla
insinuationis necessitate esse obnoxias
ex L. sancimus §. exceptis C. de do- 64
*nat. L. illud C. de Sacros. Eccles.
Harmann. Pistor. quæst. jur. lib.* 3.
quæst. 9. *num.* 2. 8. 22. *Barry de
success. legal. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 1.
Tiraquell. de nobilit. cap. 37. *num.*
47. *Molin. de Just. & jur. tract.* 2.
disp. 279. *num.* 4. *Antunez de donat.
Reg. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 18.

Et nulla prohibitione coerceri
erga Personas donatarias, ac proinde
in ipsam Coniugem Augustam Supre-
mum Principatum omni extrinseca 65
opitulatione neglecta libere donare pos-
se ipsis Imperialibus constitutionibus
est sancitum *in L. Donationes quas
Divus: pen. C. de don. int. vir. &
uxor.* his verbis *Donationes quas Di-
vus Imperator in piissimam Reginam
suam Coniugem vel Illa in Serenissi-
mum Maritum contulerit illico valere*

san-

sancimus & plenissimam habere firmitatem utpote Imperialibus contractibus legis vicem obtinentibus, minimeque opitulatione quadam extrinsecus egentibus, quam constitutionem Imperii E-
66 lectores comprehendere ostendit *Brunemann. in d. L. Donationes quas Divus num. 4. 5. C. de donat. int. vir. & uxor. Klocb. de contrib. cap. 4. num. 144.*, & generaliter profitentur *Pereg. de jur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 35. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 10. num. 52. 53., & lib. 21. tit. 3. num. 2. 4. 5. Jo. Lopez lib. 2. de contract. cap. 57. §. porro quoniam. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 3. num. 1. Gayll. lib. 2. observ. 28. num. 17. Antunez de donat Reg. lib. 1. cap. 3. num. 4. Scrader de feud. 2. part. 9. part. princ. sect. 10. num. 37. Pecchius de Testamentis Coniug. lib. 3. cap. 26. n. 4.*

Principis enim rescriptum in ejus contractibus contentum tamquam
67 Lex omnes supplet solemnitates *L. 2. C. quando decreto opus non est.*

Et facit quod illico valeat dona-
68 tio ut dicit *Text. in d. L. Donationes quas Divus* ibi *Illico valere sancimus*.

Et si in sola permissione consistat pro actuali donatione habetur quia promissa Principum pro factis
69 habentur *L. Nemo ff. de in integr. restit. Jo. Lopez in rubr. de donat. int. vir. &c. §. 9. num. 2.*

Et si verbis ambiguis concessio sit concepta sumenda est omnis interpretatio, ut donationem contineat ex
70 *L. Uxori 32. §. fin. de legat. 3. Barbos. in L. quæ dotis 34. num. 8. vers. secundo limita ff. solut. matrim. Lopez. in d. rubr. de donat. int. vir. & uxor. §. 8.*

Quia nil Principem ut inquit Cicero magis decet quam divitias, & opes ad benignitatem, liberalitatemque exercendam, ut indignus dicatur Prin-
71 cipatu qui divitiis a se acceptis neminem sibi conciliatur ut ex Dyonisio Siracusano refert *Jo. Lopez in d. rubr. de donat. int. vir. & uxor. §. 9.*

Quæ cum ita sint confirmantur, & in tuto ponuntur omnia supra constituta pro substinenda donatione additamenti prædicti: quia successit augumentum Deputati ab initio constituti & facilius poterat augeri constante matrimonio a Supremo Principe nullis legis vinculis astricto, sive sit independens a præstationibus Deputati præfati & eodem modo securius constante matrimonio poterat donari & comprehendi in pactis reservatis Capitulis matrimnonialibus pro libere acquirendis a Serenissima Coniuges donatis quæ conformia Principum auctoritati & Imperialibus Constitutionibus *in d. L. fin. C. de donat. int. vir. & uxor.* dignoscuntur. Sive demum sit alia quæcumque donatio independens ab omnibus pactis matrimonialibus aut pro Deputato augendo, aut quocumque alio modo pro benignitate, & liberalitate exercenda erga dilectissimam Conjugem & prima, secunda, tertia vel ulterior quæcumque sit Suprema Principis auctoritate substinebitur in quacumque quantitate immodica dici posset, cum nulla Lex inveniri possit Principum potestatem in donando coarctans, quorum munera immodica numquam dici possunt, ut dicebat magnus ille Alexander si ex eo quod illis dare congruat dimetiantur.

Ratio dubitandi.

Pro ratione tamen dubitandi contrarium videbatur dicendum.

Primo contra pacta conjugalia jure Gentium servanda.

Quod hæc adsignatio facta longe post matrimonium de anno 1709., & postquam Deputatum jam ab initio Serenissimus Elector dederat, & postea notabiliter auxerat, referri non posset ad unum & idem Deputatum vigore 72
Capitulorum matrimonialium constituendum quia eorum vigore semel constitutus omnis facultas expiraverat *ad Text. in L. Boves ff. de v. sign.* ac proinde quod tamquam concessio, & datio voluntaria, & independens a dicto capite matrimoniali pro Deputato faciendo stipulato sit recensenda.

Quæ nec etiam sub alio capite omnia donata a Serenissimo Conjuge libere Serenissimæ Electrici elargiendi sit

sit constituenda quia esset donatio an-
73 te matrimonium collata in tempus matrimonij prohibitum quæ non substinetur ex *Text. in L. quod sponsæ C. de donat. ant. nupt.*

Secundo contra Jus Civile commune, & universale quia si hæc adsignatio ad capitula matrimonialia referri non potest nec sponsalitiam largitatem continebit nec donationem propter nuptias ad lucrum uxoris libere con-
74 ventam. Et si annuus Deputatus ad alimenta fuit ab initio constitutus & postea auctus, hæc ultima & nova adsignatio non est ad illum ex potestate Juris Civilis in *d. L. ex annuo 15. ff. de don. int. vir. & uxor.* absque ulla necessitate referenda ut maximum Deputatum efficiat. Et quatenus referri posset, dum id quod superest est immodicum, & ultra vires dotis, posset ab uxore revocari si esset traditum
75 & consignatum ut est in *dicta L. ex annuo 15. in princ. ff. de donat int. vir. & uxor.*

Dum igitur annuus est tantum promissus in quacumque quantitate sit uxor petere non potest *L. si stipulata 33. ff. de donat. int. vir. & uxor. L. sicut 11. C. eodem.*

Tertio contra jura peculiaria & Suprema Principum, quia dum annuus redditus fuit tantum promissus & a Serenissima Electrice non exactus dici non potest datus, & donatus, & quod magis est nec ab ipsa receptus.

Imo potius non curatus, ac neglectus & per exactionem permissam Serenissimæ Electrici quodammodo recusatus.

Resolutio Dubii.

His tamen & similibus non obstantibus stat firma, & inconcussa supra dicta donatio tamquam pura simplex libera, & absoluta in liberum dominium, & potestatem Serenissimæ Electricis tradita, & translata tam jure Gentium quam Civili non solum communi, & universali, sed & peculiari Supremorum Principum exigenda ut supra probatum est: nec obstant contraria quia ad primum respondetur quod cum hic annuus reditus sit actus reiterabilis natura sua, & tractum temporis quousque matrimonium perdurabit respiciens, ut certum effectum producat splendoris, & decoris uxoris, qui quotidie secundum rerum vicissitudinem potest crescere auctis fa- 76
cultatibus vel temporum aut locorum vicissitudinibus, non consumatur hæc facultas primo actu ut limitando *Text. in L. Boves §. hoc sermone 89. ff. de v. signif.* bene ostendunt *Tiraquell. in d. L. Boves limit. 13. 17. 20. 22. Rebuff. in d. L. Boves §. hoc sermone limit. 2. Alciat. in d. L. Boves n. ... ff. de v. signif. Molin. de Primogen. libr. 2. cap. 11. n. 45. 46. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. Gloss. 11. n. 97. & seq.*

Sed sicut absque ulla matrimoniali conventione poterat maritus toties quoties ei placuerit augere cum non reperiatur a jure constituta aliqua taxa pro annuo redditu constituendo, facilius poterit id agere vigore pactorum dotalium quibus generosissimo arbitrio Serenissimi Electoris erat remissa quantitas declaranda, quæ cum reciperet tractum successivum secundum rei exigentiam variabilem non poterat unico actu declarari, sed natura sua plures actus reiteratos requirebat, ut de alimentorum taxa dicitur quod pluribus actibus sit reiterabilis.

Et propterea cum duabus vicibus Deputatum ab initio constituisset quia per mortem Serenissimæ Electricis matris devolutus fuit Serenissimo Electori redditus super Domo Neoburgica, ubi est jus quod prohibeat arbitrio suo augere & accrescere Serenissimæ Conjugi Deputatum iam constitutum cum redditu Neoburgico? qui cum efficiatur idem & unus Deputatus vigore pactorum matrimonialium dicitur consequenter additus & adiectus ut eodem jure censeatur ad *Text.* 77
in d. L. inter socerum 26. §. cum inter 2. ff. de pact.

Et quando vero hoc augumentum tamqum independens a dicta conventione deputati constituendi dijudicandum esset quod absque violatione verbi *accrescere* fieri no potest, percef-

necesse sequitur quod sub alio capite matrimoniali contineatur quo omnia donata a Serenissimo Electore dissoluto matrimonio lucro Serenissimæ Electricis cedere debere firmatur.

Quod dici non potest ut contineat donationem prohibitam tamquam
78 collatam in tempus matrimonii prohibitum tum quia Serenissimus Elector Supremus Princeps, ut supra probatum est nulla juris Civilis prohibitione ligatur ex *Text. in L. fin. C. de donat. int. vir. & uxor.* tum quia cum hæc donata acquirantur uxori vigore pactorum matrimonialium & facultatis in illis reservatæ, dicuntur pars contractus matrimonialis, & qualitates quæ dant causam contractui tempore habili, & propterea faciunt prohibitionem cessare constante matrimonio cui permissum est pactis dotalibus derogare posse ut supra *§. in pactis matrimonialibus* probatum est.

Tempus igitur matrimonii cum his pactis contractis non prohibitum sed permissum pro donationibus faciendis
79 dici debet, & hac ratione non intrat prohibitio *L. 1. & L. quod sponsæ C. de donat. ant. nupt.* quæ procedunt in simplici donatione extranea a pactis dotalibus collata in tempus matrimonii prohibitum ut in individuo obiecto occurrit *Jo. Lopez in reper. Rub. de don. int. vir. & uxor. num. 7.*

Ad secundum respondetur quod ad Capitula matrimonialia pernecesse hæc donatio est referenda ut supra probatum est sive ad caput assignationis pro deputato faciendæ prout verius est, sive ad alterum quo donata constante matrimonio ad perpetuum commodum uxoris cedere debere convenitur; & utraque causa sponsalitiam largitatem vel donationem propter nuptias perpetuam & irrevocabilem ita conventam jure civili continebit, tamquam pars contractus matrimonialis, nec in tempus prohibitum sed permissum erit collata ut supra dictum est præsertim inter Serenissimos Principes Supremos inter quos nullum tempus prohibitum, & nulla Legis resistentia potest adinveniri.

Et quando etiam ab omnibus pactis independens dici posset quod falsum est, adhuc jure Civili substineretur tamquam adsignatio facta causa peculii muliebris quæ costante matrimonio tamquam mixta & lucrativa 80
ex correspectivis causis non prohibetur etiam inter privatos ex *d. L. ex annuo 15. ff. de don. int. vir. & uxor*; facilius inter Regnantem & Augustam qui nullis vinculis coercentur.

Et semel data seu concessa potest pluries a privatis etiam augeri in re natura sua reiterabili tractum successivum variabilem continente, præsertim inter Generosissimos Principes quorum congruitatis, & decoris alimenta maximam habent extensionem, & augumentum perenne itaut largitiones & munera quæ plerumque uxori conveniunt dicantur expensæ necessariæ ad substinendam viri, & Domus Regalis magnificentiam.

Et propterea id quod superest immodicum non est dijudicandum inter Principes ex viribus dotis & fructuum (quamvis in casu nostro vires Dotis quæ secundum Germaniæ morem maxima dici potest non excedit) sed ex magnanimitate Principum, & moribus eorumdem: Unde cum omnes sciant quanta fuerit Serenissimi Principis Io: Wilhelmi Palatini generositas, & magnificentia, cum eadem ejus res gestæ mensurandæ sunt 81
quæ nulla lege poterat coerceri, & libere in *d. L. fin. C. de donat. int. vir. & uxor.* permittebatur.

Frustra igitur quæritur, an hic annuus redditus sit promissus tantum vel etiam traditus; quia prætermisso quod de traditione, & possessionis translatione abunde constat ex traditione decreti præfati, & mandati ad exigendum ut supra probatum est in *§. tradito igitur*; 82

Promissio Principis pro traditione habetur, ut dicit *Jo. Lopez. in Rub. de donat. int. vir. & uxor. §. 9. num. 2.* Et idcirco omnem donationem in Augustam etiam in promissionem consistentem illico valere dictum fuit in *d. L. fin. C. de donat. int. vir. &* 83
uxor. quæ tamquam costante matrimonio perfecta, & irrevocabilis con-

firmationem a morte donantis non expectat.

Et si tantum privata promissio habenda esset tam Jure *ff.* tamquam
84 mixta donatio quam jure *novellarum* tamquam simplex promissione consistens, morte mariti in quacumque quantitate remansisset confirmata, ut in *§. quod facilius procedit* fuit dictum.

Ad tertium demum eodem modo respondetur quod annuus redditus fuit traditus traditione decreti, & a Serenissima acceptatus acceptione & retentione ejusdem, quamquam etiam solum promissus verbis Principis pro tradito haberetur, & perfecte costante matrimonio Augustae acquireretur. Et si promissio privata annui praedicti in quacumque quantitate sit morte viri confirmatur, quid dicendum de promissione Principis quae tamquam ab initio perfecta confirmatione non eget, & quocumque tempore etiam post Principis donantis mortem potest acceptari quia ad ejus validitatem acceptatione non eget.

Cum igitur sciverit Serenissima Electrix jus suum salvum esse & perfecte ex decreto praefato redditum sibi esse quaesitum, per exactionem permissam seu toleratam Serenissimo Electori nec ab Electore dici potest redditus revocatus, quia nec poterat revocari nec qualitas exationis revocationem praeseferebat.

Nec a Serenissima Coniuge rejectus seu recusatus, sive retrodonatus. Quoniam cum adsignatio domus Neoburgicae stet
85 demonstrative pro redditu praefato exigendo secundum *Text. in L. Lucius* 12. *ff. de alim. & cibar. leg. L. Legatum ita* 17. *§.* 1. *ff. de ann. leg. L. quidam testamento* 96. *in princ. ff. de leg.* 1. *& L. Paul. Gallinico* 27. *§. fin. ff. de Leg.* 3., tum quia praefert augumentum antecedentium praestationum, quod eodem jure partium praecedentium, & ejusdem naturae censeri debet cum iisdem pactis qualitati-
86 bus, & condictionibus in primis praestationibus contentis adiectum ad *Text. in L. Etiam* 8. *ff. de jur. Dotium L. Item quaeritur §. qui impleto ff. locat.* quae repetitae in augumento censentur *d. L. Inter socerum* 26. *§.* 2. *ff. de pact. dot. cap. quia circa de privileg. cap. ex parte de decim.*

Tum quia fuit additus Deputatus quo fruebatur Serenissima Electrix pro exactione ejus Viduilis.

Dum igitur pro portionibus antecedenter in Deputato constitutis erant designatae & demonstratae Dynastiae, & Praefecturae, ex quibus annui redditus erant exigendi cum obligatione omnium bonorum & Provinciarum, quae supplere & satisdare deberent omne quod Praefecturis demonstratis deficeret pro adimplemento annui De- 87
putati constituti; Hinc consequens est quod annuus redditus sit principaliter in obligatione, & Praefecturae tantum in solutione ad *Text. in d. Leg. Lucius* 12. *ff. de alim. & cibar. Leg.* prout etiam vigore capitulorum matrimonialium erat ita annuus redditus constituendus pro quorum adimplemento censetur ad eorum mentem constitutus.

Augumentum itaque cum eamdem naturam sortiri debeat praesertim quia eodem modo pro solutione tantum erat Domus Neoburgica demonstrata Serenissimae Electrici Matri, hinc profecto sequitur quod nec exactio a Serenissimo Electore facta voluntatem revocabilem importare possit ex *Connan. Comm. Jur. Civil.* quae ulterius ob defectum potestatis fuisset inutilis, & quod nulla recusationis, seu retrodonationis Serenissimae Electricis coniectura sumi possit quia sciebat jus suum in obligatione Viri, & omnibus aliis Bonis, & Provinciis salvum esse.

RESPONSUM XVII.

PALATINA PACTI DOTALIS.

ARGUMENTUM.

Facta a viro mulieri donatione centum florenorum, postea facta a-

lia

lia donatione in qua vir promittit prestare usuras dictæ summæ donec mulier vixerit & Statum vidulem conservaverit, conditio apposita in donatione usurarum non qualificat promissionem sortis quæ acquiritur irrevocabiliter uxori, & transmittitur ad ejus heredes, ubi multa de donatione propter nuptias, & ejus effectus de consuetudine variarum regionum, & maxime Germaniæ.

SUMMARIUM.

1 *Donatio ante nuptias facta a viro mulieri post dissolutum matrimonium consideratur tamquam pars dotis, & ab ea non differt.*
2 *Et fructus hujus donationis debentur tamquam fructus dotis aucta.*
3 *Hæc donatio petitur eodem judicio de dote.*
4 *Et ejus fructus sequuntur taxam fructuum dotis.*
5 *Et debentur ex causa substentationis Status viduitatis.*
6 *Etiamsi deducti fuerint in pactum, cum in pactum censeatur constitutum quod ex natura dotis, aut lucri dotalis provenit.*
7 *Et id quod de jure communi debetur.*
8 *Non est in potestate promittentis ad nihilum reducere factam promissionem* 63. 65. *& potius præsumitur aucta* num. 64.
9 *Inspecta dispositione juris communis æquale lucrum conjugi superstiti debetur.*
10 *Qui sortem & usuras promittit duas res promittere dicitur.*
11 *Et alia dicitur stipulatio sortis alia usurarum.*
12 *Et diversa obligatione ab illa sortis continetur stipulatio usurarum.*
13 *Sors ex simplici donatione, seu promissione debetur.*
14 *Præstatio annua & usura idem ac interesse significant.*
15 *Et debentur ex causa extrinseca nempe ex retentione sortis.*
16 *Ideoque est incerta & conditionalis obligatio pendens a præstatione sortis.*
17 *Et est obligatio principalis quia principaliter in obligatione usura deducuntur.*
18 *Exceptio & qualitas quæ obstat usuris non obstat sorti etiamsi in eadem oratione utrumque sit promissum.*
19 *Et ideo dies qualitas, & conditio quæ apposita est usuris sortem non comprehendit*, num. 30. 31.
20 *Sicut si adjecta sit sorti usuris nihil adicit.*
21 *In secunda dispositione repetitio conditionis, & qualitatis expressæ in prima excluditur quando ex hac repetitione induceretur instantanea correctio.*
22 *Item si reddatur inutilis prima dispositio etiamsi generalitas verborum contrarium suaderet*, num. 23.
24 *Qualitas vitæ, & viduitatis apposita in conventione usurarum, non potest intelligi repetita in promissione sortis.*
25 *Maxime si diversæ sint orationes, & unaquæque regatur a proprio verbo, & diversam habeat constructionem.*
26 *Etiamsi adsit dictio &c.*
27 *Præsertim quando qualitas est adjecta subsequenti dipositioni.*
28 *Absque dubio autem quando conditio & qualitas adjecta non potest extinguere dispositionem antecedentem, sed est præcedentis aumentativa.*
29 *In stipulationibus de annua quantitate, quoad vivam hujusmodi qualitas vitæ non limitat priores obligationes jam perfectas quæ ortæ sunt initio cujuslibet anni.*
32 *Nudam proprietatem habenti si usufructus adiciatur nihil detrahitur obligationi proprietatis sed adicitur* 33. 34.
35 *De jure Communi soluta dote per heredes viri donatio propter nuptias remanet apud ipsos.*
36 *Quod Instrumentum non dicit nec nos dicere debemus.*
37 *Pacta in posteriori Instrumento apposita tamquam posteriora derogant pactis contentis in capitulis.*
38 *Stante præsertim repugnantia, & incompatibilitate.*

39 *Acceptans Instrumentum in partibus sibi favorabilibus, non potest eumdem respuere in contrariis.*

40 *Quando praecedentia capitula indigent declaratione potest promissor in subsequenti Instrumento ea declarare.*

41 *Donatio propter nuptias retinebatur in pignus a muliere donec dos solveretur.*

42 *Sed hoc recessit ab aula & moribus, & regionum consuetudine non servatur.*

43 *Sicuti ex consuetudine non servatur in Germania.*

44 *Hodie promissio restituendi dotem cum hypotheca bonorum & Clausula constituti æquipollet donationi propter nuptias.*

45 *Donatio matrimonialis dicta* morgengata *est donatio ratæ bonorum dotis restitutioni obligatorum correspectiva lucra dotis faciendo a marito.*

46 *Et est donatio correspectiva tam quoad sortem, quam quoad fructus.*

47 *Et ideo in regulanda hac donatione non intrant regulæ de lucris dotalibus mere lucrativis.*

48 *Sed sequuntur naturam aliarum stipulationum transitoriarum ad heredes etiam extraneos.*

49 *Nec subiacet dispositioni L. Fœminæ C. de sec. nupt.*

50 *Et etiam de jure Germanico donatio Morganatica est transitoria ad heredes.*

51 *Hæc donatio ad heredes mariti non transit etiam predecedente muliere marito, quia in vita mariti mulier de ea potest disponere.*

52 *Limita nisi conventum fuerit ut mulier eam lucretur in casu superviventiæ.*

53 *Præstare nil aliud significat quam solvere, satisfacere, adimplere* 54. 55.

56 *Dictio* alios *est repetitiva.*

57 *Stipulatio pura irrevocabilem, & perpetuam acquisitionem importat.*

58 *Verbum* habere *intelligitur cum effectu & importat irrevocabilem acquisitionem.*

59 *Verbum* adipisci *idem importat acquirere.*

60 *Quando plures sunt res promissæ plures sunt stipulationes, & possunt dividi & unam acceptari alteram reici.*

61 *Promissio aucta, & eadem titulo facta diverso jure censeri non debet.*

62 *In pactis quando militat eadem ratio eadem dispositio facta censetur.*

66 *Donatio facta uxori a Principe debet interpretari ut potius augeatur, quam minuatur.*

67 *Jus commune vult hujusmodi donationes servari favore uxoris etiam in proprietate.*

68 *Donatio propter nuptias soluta dote redit ad heredes mariti.*

69 *Limita si conventum fuerit quod pars aliqua ex bonis viri acquiratur mulieri quia tunc mulier acquirit bona, & ea transmittit ad heredes,* num. 71.

70 *Et hæc pars bonorum donata dicitur pars antiquæ donationis propter nuptias, auget dotem & dotis qualitates suscipit.*

72 *Sed non retinet naturam integram donationis propter nuptias.*

73 *Sed habet naturam mixtam pactorum, & donationis propter nuptias, nam est donatio propter nuptias donec dos solvatur.*

74 *Soluta vero dote transformatur in aumentum dotis,* n. 78. 79. 80

75 *Et ideo potest manere apud mulierem, & ejus heredes.*

76 *Et in Germania ita servatur.*

77 *Pacta reciproca debent semper interpretari ut transeant ad heredes.*

81 *Antiquis moribus Germanorum non mulieres viro, sed vir mulieri dotem promittebat pro Statu viduitatis.*

82 *In regulandis conventionibus matrimonialibus debet ante oculos haberi jus Germanicum & Romanum.*

83 *Morganatica donatio quæ sit & unde proveniat.*

84 *Donationes inter sponsum, & sponsam de jure antiquo Romano erant perpetuæ.*

MAxima virtutum ornamenta; quæ Serenissimus Elector Jo. Guglielmus Princeps Palatinus, in Serenissima Principissa Anna ab Etru-

ria

ria ejus Sponsa, vix in Germaniam
perventa, mirabiliter perspexit ita
generosissimam tanti Principis magna-
nimitatem incitarunt ut pacta dota-
lia 21. Aprilis 1691., Florentiæ fir-
mata augumentum maximum mereri
dignoscens, tum ob tantam Princi-
pissæ majestatem, & præclaras ejus
animi dotes, tum ut Serenissimi Ma-
gni Ducis liberalitas in lucro dotali
illi elargito compensaretur, Principum,
& Magnatum Germanorum morem
sequutus, in tribus punctis augere, ad
similitudinem donationis, quam Ger-
mani *Morganaticam* vocant, & latius
horum pactorum limites extendere,
prout Majestas, & decus tam dignæ
Principissæ exigebat inviolabili qua-
dam sanctione decreverit 7. Junii 1691.
statim ac Serenissima Sponsa in pri-
mam Regiam Electoralem ingressa fuit.

Quare sicut & annuam præsta-
tionem pro tempore viduitatis con-
ventam, pro majori congruitate sup-
plevit, & majora emolumenta pro
Electorali decore sustinendo assignavit,
ita & lucrum donationis propter nup-
tias quinquaginta mille florenorum
Rhenensium, & fructum, seu inte-
resse ejusdem summæ, quamdiu sors
ipsa non numeraretur, ad ratio-
nem quatuor pro centenario, &
anno Florentiæ promissum, usque
ad summam florenorum centum mille
similium, Electoralem ejus Majesta-
tem esse præstituram sancivit, &
solemni Decreto notum fecit. ibi „
*Nos tamen adhuc alios quinquaginta
mille florenos Rhenenses præstituros*. Et
totius hujus integræ summæ centum
nempe mille florenorum Rhenensium
interesse, seu annua pensione, quatuor
nempe pro centenario, & anno, au-
gumento dictorum pactorum dota-
lium (nempe prout in pactis dotali-
bus conventum erat) quamdiu sors
ipsa non numeraretur, dilectissimam
Consortem libere fruituram esse decre-
vit. Sed quia in pactis dotalibus fru-
ctus, seu interesse dicti lucri erant
indefinite absque limitatione temporis
promissi, quamdiu sors non numera-
retur, qui tamen durante vita, &
1 Statu viduili promissi intelligebantur,
prout de jure debentur ex causa ali-
mentorum, & fructuum dotis, cui
lucrum præfatum dissoluto matrimo-
nio accedit tamquam pars dotis, &
a qua tam nomine, quam substantia
differt, ut in *L. ultim. C. de donat.
ante nuptias, & explicat Cujac. in
Parat. ad d. tit. C. de donat. ante
nupt. litt. D. Faber. in C. lib. 5. tit.
9. de pact. conv. tam sup. dot. &c. defin. 1.
& defin. 3. Bruneman. ad L. Inter
Socerum 26. §. 2. ff. de pact. dot. n.
3. 4. 5. Beuther. de prælat. par. 1.
cap. 35. Cothman. lib. 1. cap. 50. n.*
18. ita ut tamquam fructus dotis au- 2
ctæ debeantur, per *Text. in Aut. de
non elig. sec. nuben. cap. 4. §. Sin
autem, & facit Text. in L. Inter
Socerum §. cum inter ff. de pact. do-
tal., & L. etiam 8. C. de jur. dot.
L. Attilicinus 17. ff. de pact. dotal.
Facchin. controv. jur. lib. 3. cap. 102.
Faber. in Cod. lib. 5. tit. 8. de rei
Uxor. act. defin. 6. in fin. Amat. re-
sol. 49. num. 99. Roderig. de ann. red-
dit. lib. 3. quæst. 7. num. 54., & de-
cisum in Consilio Pedemontano in cau-
sa a Cæsarea Majestate delegata te-
statur Thesaur. decis. 45., & Neapo-
litano penes Capyc. decis. 65. Gramat.
decis. 103. num. 97. & seqq. Fonta-
nell. decis. Cathalon. 205. num. 18.
Marc. Solon. a Pac. cons. 4. num. 28.
Staiban. de interes. lib. 2. quæst. 1.
num.* 46. Peti enim debet hoc augu-
mentum eod. judicio de dote *L. Si* 3
marito 31. §. ult. ff. solut. matrim.
& ejus fructus de jure communi se- 4
quuntur taxam fructuum dotis *Ber-
san. de vid. cap. 2. quæst. 34. num.
6. Staiban. de interes. lib. 2. quæst.
1. a num. 50. Merlin. Pignattell. con-
trov. for. cent. 2. cap. 16. num. 16.*
17. Hac ratione in augumento di-
ctorum pactorum dotalium per Sere-
nissimum Electorem constituto adie-
cta fuere in promissione fructuum,
verba illa durante vita Serenissimæ
Electricis, & in Statu Viduili per-
manente ibi „ *Et hujus integræ summæ
tum nempe millium Floren. Rhenen-
sium Serenissimam Nostram Consortem
dilectissimam Nobis Deo ita disponen-
te, prius vita defunctis, annua pen-*
sio-

sione quatuor nempe per centum augumento
dictorum pactorum dotalium, & quamdiu superstes erit, & non ad secunda
vota transibit, quotannis libere fruituram &c. notum facimus &c. ad ostendendum titulum, & causam promissionis fructuum favore ipsius Serenissimæ Electricis, qua deficiente explicita, vel implicita ob solum pactum post mortem, vel post transitum ad secunda vota, cessante causa sustentationis Sta-
5 tus viduitatis, deberi non poterant, nisi aliud interesse probaretur, *Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 39. num.* 69. *Rot. Romana in Romana fructuum dotis* 12. *Martii* 1625. *coram Coccino, inter ejus impressas dec.* 1572. *n.* 37. quia in pactum censetur constitutum id, quod ex natura dotis, & lu-
6 cri dotalis, seu augumenti provenit, quod non excedit causam alimentorum *Leotard. de usur. quæst.* 30. *num.* 50. 58. *Surd. de alim. quæst.* 20. *num.* 6. Et id, quod de jure communi debe-
7 tur *Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst.* 39. *num.* 69. *Menoch. cons.* 703. *num.* 18. *vers. non obstat, Gratian. discept.* 244. *num.* 51.

Dissoluto itaque (proh dolor) ob mortem Serenissimi Principis Electoris conjugis tam unanimi conjugio, dum inspici cœperunt jura dotalia ad Serenissimam Electricem spectantia secundum promissiones, stipulationes, & elargitiones a Serenissimo Electore firmatas pro parte Serenissimi Principis Caroli moderni Palatini heredis, & successoris meritissimi Serenissimi Jo. Guglielmi fratris Prædecessoris, propositum fuit quod fructus totius lucri centum mille florenorum, durante vita, & Statu viduili promissi, continerent annuam pensionem quamdiu superstes esset Serenissima Electrix duraturam, & durante viduitate soluturam pro extinctione ipsorum florenorum centum mille; ita ut eidem quandocumque petenti sors non debeatur, vel post mortem (quam Deus avertat) Serenissimæ Electricis, vel ob transitum ad secundas nuptias nil ab ea, vel ejus heredibus pro forte florenorum centum mille peti posset. Quod absonum maxime, & absurdum, & repugnans aperta facie apparet, tum proprietati verborum, quæ sortem, & fructus, seu annuam pensionem tamquam duas res diversas io separatis orationibus continet; tum voluntati Donatoris, qui augere, & pinguiores efficere in tribus punctis antecedentes conventiones dotales profitetur, tum potestati ejusdem, cui
minuere, & corrigere, aut ad nihi- 8
lum redigere pacta dotalia non erat permissum *Bruneman. in L. 5. C. de pact. convent. Mævius ad jur Lubec. lib. 2. tit. 1. num.* 101. *in princ. Berlich. par. 2. pract. conclus.* 51. *num.* 25. & 26. *Joann. Hesser. de bon. coniug. com. par. 2. loc.* 11. *num.* 127. *Strich. de cauthel. contract. sect. 3. cap. 8. de pact. dotal. §.* 20. *Carpzov. in jurisp. par. 2. contr.* 43. *defin.* 11.

Minus enim quam quinquaginta mille florenos ab initio Florentiæ promissos, consequeretur Serenissima Electrix, si parum temporis conjugi superesset, (quod Deus nolit). Quando juris communis dispositione inspecta, æquale lucrum conjugi superstiti
ab ea promissum habere deberet *ad* 9
Text. in L. fin. C. de donat. ant. nupt. & in L. 9. & Aut. æqualitas, & L. 10. C. de pact. convent. novel. 92. *& nov.* 97. & ibi *Cujac.*

In re igitur tam clara, & aperta quia tale jus sortis florenorum centum mille Serenissimæ Electrici constituere, & firmare hæsitatum fuit, & contra omnem expectationem in dubium revocatum, non renuit Serenissima Electrix moderatione, prudentia, & consilio superabundas, ut Palatinæ domui morem gereret, maturiori judicio rem reservare: Justitiæ igitur, & veritati consulens nostrum requisivit responsum, ut quid veritas, & justitia nobis suggerat aperte profiteamur.

Dubium.

Proposito itaque nobis dubio; an donatis, & promissis uxori superstiti centum mille florenis: Et interesse præfatæ summæ, seu annua pensione ad rationem quatuor pro centena-

nario, & anno eidem uxori in sepa-
rata oratione concessa, donec super-
stes erit, & vitam vidualem servave-
rit, debeatur sors centum mille flo-
renum post mortem donatariæ, vel ipsa
ad secundas transeunte nuptias, vel
quandocumque sortem ipsa petente.

Unanimiter respondimus apertam,
& claram, & facilem esse resolutio-
10 nem dubii, dum apertis verbis scripta
legitur *in L. ubi autem 75. §. Qui
sortem ff. de verb. oblig.*, ubi qui sor-
tem, & usuras promittit, seu stipu-
latur, duas res dicitur promittere,
unam certam in sorte, alteram incer-
tam in usuris, & duabus diversis sti-
pulationibus promittit, quia tot sunt
11 stipulationes, quot sunt res. Et hac
ratione *in L. centum 8. ff. de eo,
quod cert. loc.* alia dicitur stipulatio
sortis, alia usurarum *Carpsou. in ju-
risp. part. 2. const. 19. defin. 8. num.
11. 12. & in L. Usura 121. ff. de
verb. signif.* quod nova, & diversa
12 obligatione ab illa sortis continetur
stipulatio usurarum, *Valdaur. obser-
vat. par. 2. cap. 83. num. 34.* quia
sors ex simplici donatione, seu pro-
13 missione debetur; Interesse, seu annua
pensio ad rationem quatuor pro cen-
tenario, quod idem importat ac in-
14 teresse, seu usura, quia promiscue ac-
cipiuntur *ad Text. in L. Prædictum
ff. de usur, & in L. Mercedes ff. de
petit. hered.* ex alia causa extrinseca, licet
in pactum deducta provenit, nempe ex
15 retentione sortis certis usibus destina-
tæ, quæ rem incertam continere di-
citur *in d. L. ubi autem §. Qui sor-
tem ff. de verb. oblig.*, quia incertum
est debitum in interesse, seu usura con-
ventа, cum pendeat a præstatione sor-
tis, & possit se habere ad esse, & non
esse, si sors præstetur, vel non
16 præstetur, propterea dicitur obligatio
conditionalis, donec sors non præste-
tur, *Bart. in d. L. ubi autem §. pen.
ff. de verb. oblig. & DD. in L. Qui
Romæ in princ. ff. de verb. oblig. Ro-
deric. de ann. reddit. lib. 2. quæst 15.
num. 33. 34. Duaren. in d. §. Qui
sortem ff. de verb. obl.* & principalis,
quia principaliter in obligationem u-
17 suræ deducuntur, ita ut etiam soluta
sorte debeantur *L. Videamus 38. §.
pen. ff. de usur. Carpsou. in jurisp.
part. 2. const. 30. defin. 13. Harman.
Pist. observat. 102. num. 5. Faber. in
C. tit. 124. de usur. defin. 5. num. 4.*

Ex qua diversitate rerum, &
obligationum, quæ præsertim in di-
versis orationibus, & dispositionibus
apparent constitutæ, emergit decisio
dubii propositi, nempe, quod condi-
tio, & qualitas viræ, & viduitatis
apposita usuris, non censeatur adjecta
sorti, nec ratione expressionis, nec ratio-
ne repetitionis & multo magis nec ratio-
ne inconvenientiæ, & incongruitatis.

Non ratione expressionis, quia
receptum est, quod exceptio, & qua-
litas, quæ obstat usuris, non obstat 18
sorti, quæ diversam rationem habet,
etiamsi in eadem Oratione utrumque
sit promissum, prout est *Text. in L.
Si in judicio 23. ff. de except. rei judic.*

Et ideo Statutum est, quod
dies, qualitas, & conditio, quæ ap-
posita est usuris, sortem non com-
præhendit, ut est scriptum *in L. Si* 19
*ita quis 135. ff. de verb. oblig. Man-
tic. de tacit. lib. 3. tit. 5. num. 1.
vers. si vero alia & est doctrina Bart.
in L. Si ita stipulatus §. Chrisogonus
num. 4. ff. de verb. oblig.* Sicut si a-
djecta sit sorti, usuris nihil adiicit, 20
ut est *Text. in d. L. Si ita stipula-
tus §. Chrisogonus ff. de verb. obligat.
& in L. Qui fundum ff. de contrab.
empt. L. Fideiussores 68. §. 1. ff. de
fideiussor.* Propter diversitatem obliga-
tionis, quæ inter sortem, & usuras
diversas rationes, & dispositiones pro-
ducit.

Non ratione repetitionis, quia
omnes juris Regulæ repetitionem ex-
cludunt.

Nam primum contradicit cor-
rectio instantanea, qua secunda dispo-
sitio circa usuras tolleret primam su-
per sorte, si adijcieretur qualitas vitæ 21
vel viduitatis, quo casu numquam in-
ducitur repetitio *Bart. in L. talis scri-
ptura §. fin. ff. de Leg. 1. Peregr. de
fid. art. 16. n. 39. Mantica de conie-
ctur. lib. 10. tit. 6. n. 24., & de ta-
cit. lib. 3. tit. 5. num. 9. Galganet.
de condit., & demonstrat. part. 2. cap.
1.*

1. *quaest.* 18. *num.* 46. *vers. nec minus*.

22 Obstat secundo, quod inutilis redderetur prima dispositio fortis, quod semper repetitioni repugnat, etiamsi verba in sui generalitate insinuarent repetitionem *L. si. quis a filio*, *L. Servo alieno §. si ab impubere ff. de leg.* 1. *Bart. in L. Cum servus ff. de cond. & demonstr.*, *& in L. cum vulgar. ff. de dot. praeleg. Peregr. de fideic. art.* 16. *num.* 37. *Mantic. de Coniect. lib.* 10. *tit.* 6. *num.* 26., *& de tacit. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 6. *vers. ex diverso*, *Galganet. de cond. & demonstr. part.* 2. *cap.* 1. *quaest.* 18. *num.* 46. *vers. prout*.

Quod maxime in dispositione circa usuras convenit, quae suum effectum habere non potest, si prima dispositio fortis non subsistat, quae est productiva usurarum; Si enim
23 proprietas, & dominium fortis Serenissimae Electrici acquisitum non fuisset, ex re aliena usuras percipere non posset; Unde daretur repetitio qualitatis, non solum ad destruendam dispositionem antecedentem, sed eamdemet dispositionem, cui qualitas est adiecta. Quo nil magis absurdum, & repugnans potest excogitari.

Tertio dum qualitas Vitae, & Viduitatis tacite inest in conventione
24 usurarum, ut supra probatum est, ejus expressio dum nil operari debet, non potest intelligi repetita antecedenti dispositioni fortis, ca us est *in L. Si in diem §.* 1. *ff. de cond. & demonst. Mantic. de coniect. lib.* 10. *tit.* 6. *num.* 27. *Peregr. de fideicomm. art.* 16. *num.* 43. *Galganet. de cond.*, *& demonstr. part.* 2. *cap.* 1. *quaest.* 16. *num.* 28. *Menoch. de praesumpt. lib.* 4. *cap.* 181. *num.* 21.

25 Et quarto demum, dum in diversis orationibus, quae reguntur a proprio verbo, & cum diversa constructione dispositiones sunt positae, quae diversas res continent, etiamsi adsit dictio &, quae dicitur continuativa,
26 qualitas uni Orationi, vel dispositioni adiecta alteri non censetur repetita *Bart. in L. Sejae §. Cajo num.* 2. *ff. de fund. inst. & in L. in repetendis col.* 2. *ff. de legat.* 3. *& bene rejecto Castrense Mantic. de Coniect. lib.* 10. *tit.* 6. *num.* 33. *Galganet. de condit.*, *& demonstr. part.* 2. *cap.* 1. *quaest.* 18. *num.* 26. 42. 43., & est communis sententia, quam recenset *Menoch. de praesumpt. cap.* 180. *num.* 13. *&* 29. *lib.* 4. *Mascard. de probat. lib.* 3. *conc.* 1265. *num.* 11. *Camerell. de legat. lib.* 8. *quaest.* 268 *princ. de cond. repet. in quaest.* 5. *num.* 19. *fol. mihi* 668. *Barry de success. legal. tom.* 2. *lib.* 17. *tit.* 4. *num.* 9. *Gaspar. Klocck. cons.* 11. *num.* 355. *tom.* 1 Praeser- 27
tim quando qualitas, & conditio est adiecta subsequenti dispositioni, quae (quicquid sit de Clausulis) non refertur ad praecedentem dispositionem *Bart. in L. in repetendis vers. quaero vidimus ff. de legat.* 3. *Menoch. de praesumpt. lib.* 5. *cap.* 180 *num.* 20. *Galganet. de cond. & demonstr. part.* 2. *cap.* 1. *quaest.* 16. *num.* 35. *Camerell. de legat. d. quaest.* 5. *num.* 26. *fol. mihi* 668. *Mantica de coniect. lib.* 10. *tit.* 6. *num.* 37.

Ratione vero inconvenientiae, & Incongruitatis magis, magisque removetur omnis imago adiectionis, seu repetitionis qualitatis Vitae, seu Viduitatis.

Quia cum haec conditio, seu 28
qualitas donec superstes erit, & vitam viduilem servaverit, non sit extinctiva praecedentium, sed augumentativa, & multiplicativa obligationum successivarum, donec vita, & Status viduilis supererit, dicitur quidem ortum, & originem futurarum obligationum impedire posse pro sequentibus annis, post mortem, vel transitum ad secundas nuptias, numquam vero antecedentes obligationes diversas res continentes extinguere, eas praesertim quae momento perficiuntur, etiamsi in eadem oratione sint positae, facilius si in diversis. Ea ratione quia talis conditio dicitur incongrua, & inconveniens alteri rei, seu dispositioni, in qua unica res datur, seu promittitur, quae statim perficitur, ut in praecisis terminis talis conditionis vitae, & viduitatis adiectae dispositioni ususfructus fundi, vel annuae praestationis favore Uxoris,

xoris, quod non conveniat, nec qualificet legatum, seu alteram dispositionem domus, seu centum in eadem, vel diversa oratione factam, est doctrina *Bart. in L. in repetendis col. 2. ff. de legat.* 3., quam in fortioribus terminis rejecto *Castrens. Ruin. & Crav.* bene comprobat *Natta cons.* 459. *per tot. lib.* 2., quem communiter sequuntur *DD.* etiamsi omnia alia concurrerent pro repetitione inducenda ut dicunt *Menoch. de præsumpt. lib. 5. cap.* 180. *num.* 18. 19. 27. 28. *Peregrin. de fideicom. art.* 16. *num.* 35. *vers. rursus. Mantic. de Coniect. lib.* 10. *tit.* 6. *num.* 36. *Galganett. de condit., & demonstr. part.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 16. *num.* 32. *& seqq. Camerell. de legat. lib.* 8. *d. quæst.* 5. *num.* 25. *pag. mihi* 668. *Barry de successr. legal. tom.* 2. *lib.* 17. *tit.* 4. *num.* 9. *&* 19.

Et hæc est proprietas, & natura omnium conditionum, & qualitatum, quæ multiplicandarum obligationum causa in contractibus adiiciuntur, ut in stipulationibus, & promissionibus factis de annua quantitate præstanda, quoad vivam, vel quoad vixeris, in quibus, quia tempus annuum multiplicandarum obligationum causa adiicitur, etiamsi cum qualitate, & limitatione vitæ adiiciatur, hujusmodi qualitas non limitat, nec qualificat priores obligationes jam perfectas, & constitutas, quæ initio cujuslibet anni puræ, & simplices ortæ sunt, & quæ non exactæ ad heredes transeunt, sed impedit tantum, ne nova, saltem ope exceptionis, oriatur in futuro anno
29 obligatio, ut est *Text. in §. At si ita stipulatus Inst. de verb. obl., & in L. eum qui §. qui ita stipulatur ff. de verb. obl. & in L. cum in plures* 60. *ff. locati.* & bene explicat *Harprett. in d. §. at si ita stipulatus, Mozzius de contr. tit. de stipulat. pura, vel in diem num.* 12. *Mantic. de tacit. lib.* 14. *tit.* 40. *num.* 41. *& seqq. bene Donell. com. Jur. Civ. lib.* 15. *cap.* 9. *vers. multiplicandæ, & in L. eum qui §. qui ita stipulatus ff. de verb. oblig.*

Quod si de ipsis præstationibus in antecedentibus annis decursis id 30
constitutum est, quid dicendum de sorte pure, & simpliciter in diversa Oratione, & dispositione promissa, quam non recipere diem præstationibus annuis appositum, aperte demonstrat *Text. in L. talis Scriptura* 30. *ff. de legat.* 1. ibi „ *quas pecuniae legavi, eas heres meus annua, bima trina die dato, ad corpora legata non pertinet.* Et decisum fuit de adiectione durante vita præstationibus annuis a- 31
diecta, quod corpora census etiam in eadem Oratione promissa non comprehendat *in Romana relevationis indemnitatis* 14. *Novembris* 1605. *coram Pamphil. inter ejus impressas decis.* 11. *& repet. post Cenc. de cens. decis.* 140., *& post Duard. de cens. decis.* 140.

Et profecto dum sorti promissæ adiicitur stipulatio usurarum ad certum tempus quid aliud adiectum dicitur nisi acquisitio successiva pro certo tempore, quæ dum favore Creditoris, & Sripulatoris adiecta dicitur, ut supra sortem usuras obtineat; incongrua omnino, & inconveniens erit omnis interpretatio detrahens sorti per limitationem usurarum, quæ ad sortem ipsam fructificandam appositæ dicuntur. Ei enim, qui nudam pro- 32
prietatem habet si ususfructus adiiciatur, in obligationem deducit quod non habet, & proprietati adiicit, & non detrahit *L. eum qui §. qui proprietatem ff. de verb. obl.*, ubi bene *Donell. L. si ita stipulatus* 126. *§. Titius ff. de verb. obl.*, & ibi *Donell.*

Et proprietati nudæ in dotem 33
datæ si ususfructus accesserit, incrementum dicitur datum doti constitutæ, non alia dos durante vita data, quemadmodum ac si quid alluvione doti accessisset, ut sunt verba *Text. in L.* 4. *ff. de Jur. dot. Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 27. *num.* 2. ac proinde sorte, ac Usuris 30. dierum 34
promissis, a die promissionis & sortem, & 30. dierum usuras deberi respondit *J. C. in L. si quis ita* 135. *ff. de verb. oblig.*

Ratio Dubitandi.

Rationem dubitandi excogitare, est nodum in Scyrpo quærere in hac re; Nisi proponamus quod scribentes pro Serenissimo Electore Carolo in Germania in pluribus scriptis dixerunt, nempe.

Primum, quod cum in Capitu-
lis matrimonialibus *§.* 11. cautum
fuerit, quod in casibus dubiis obser-
vari deberet, quod jus commune dis-
35 ponit: dum Jure communi inspecto,
soluta dote per heredes viri, donatio
propter nuptias remanet apud ipsos
ex L. 18. C. de donat. ant. nupt. L.
29. C. de Jur. dot. Perez. in C. num.
2. de donat. Mans. in com. inst. lib.
2. tit. 7. §. 3. de donat. num. 26.
ita in hac re omnis interpretatio su-
menda sit, ut proprietas Donationis
propter Nuptias apud Viri heredes
maneat.

Secundo quod cum in secundo
Instrumento, nec verbis directis, nec
indirectis, vel æquipollentibus dictum
umquam fuerit, quod facienda sit so-
lutio centum mille floren., sed Sere-
nissimus Elector illius tantum inte-
græ summæ annua pensione Serenissi-
36 nam Electricem fuisse fruituram vo-
luerit, quod instrumentum non dicit,
nec nos dicere debemus *ad Text. in*
L. quicquid adstringendæ ff. de verb.
oblig. cap. cum ordinem de rescript.
37 *cap. tua de spons.* Et quod pacta in
posteriori Instrumento apposita, quæ
compræhendunt etiam summam in
Capitulis matrimonialibus promissam
tamquam posteriora derogare debeant
prioribus *L. 27. §. 2. ff. de pact. L.*
38 22. *C. eodem* stante præsertim repu-
gnantia, & incompatibilitate *Modest.*
Pistor. cons. 45. n. 21., & Simon. Pist.
cons. 20. *n.* 22. *vol.* 1.

Et tertio demum quod cum
Serenissima Electrix hoc secundum
39 Instrumentum in aliis partibus sibi
favorabilibus acceptaverit, non pos-
sit in aliis odiosis partibus, &
contrariis Capitulis matrimonialibus
respuere *ad Text. in L. cum quæritur*
ff. de administr. tutel. L. nam absur-
dum ff. de bon. libert. Bart. & DD.
in L. quæsitum. ff. de eden. Wessemb.
cons. 2. n. 27 Quando præsertim præ-
cedentia Capitula indigent declaratione
propter dubietatem an irrevocabiliter
pecuniæ promissæ essent acquirendæ,
quam tollere potuerit Serenissimus E- 40
lector per subsequens Instrumentum
palam faciendo, quod ipse in primis
Capitulis intellexe it *L. fin. C de be-*
red. Inst. auth. si quis in aliquo C.
de edend. & Ægid. Bellem. cons. 30.
num. 4.

Resolutio Dubij.

Quibus tamen non obstantibus stat firma responsio supra posita super diversitate rerum, & obligationum, quæ ex stipulatione sortis, & usurarum resultat, itaut sors pure, simpliciter, & perpetuo ad heredes etiam transmissibilis debeatur, licet usuræ pro certo tempore sint præstandæ si intra illud tempus sors non numeretur.

Nam ad primum respondetur,
quod cum sortem, & usuras, seu in-
teresse promiserit Serenissimus Elector
non tamquam donationem propter nu- 41
ptias retinendam in pignus donec dos
solvatur *iuxta Text. in auth. dos da-*
ta C. de donat. ante nupt. auth. æqua-
litas C. de pact. conu. tam sup. dot.
§. est aliud inst. tit. de donat. cap.
donatio de donat. inter. vir. & uxor.
quæ recessit ab Aula, & moribus &
Regionum consuetudine non servatur, 42
ut notat. gloss. in d. auth. verbo pari, &
post eam Petrus Gregor. Tholosan. Syn-
tagm. jur. lib. 8. cap. 7. num. 28. Boer.
decis. 22. Faber. in C. lib. 5. tit. 7.
defin. 16. Rhyterhus in expos. Novel. p. 5.
cap. 1. nov 97. Antunez. de donat. reg.
lib. 1. prælud. 2. §. 6. n. 2. & per pu- 43
blicam consuetudinem in Germaniam
repudiatam *dicit Gayll. lib. 1. observ.*
pract. cap. 36. n. 20. Arnold. Vinn.
Inst. lib. 2. ad tit. 7. n. 7. Bruneman.
in d. Auth. æqualitas n. 1. & in L.
ult. C. de donat. ant. nupt. & in L.
Leonis 10. num. 5. C de pact. Conu.
Georg. Nutteles Camer. Imper. Assessor.
inter Cons. divers. German. tom. 4.
cons. 38. num. 6. cum hodie promis-
sio,

ſio, & obligatio dotem reſtituendi
44 cum hypotheca bonorum, & clauſula
conſtituti æquipolleat donationi præ-
dictæ *Paytell. expedit. civ. adnot.* 12.
num. 54. 55. *Molina de rit. nupt. lib.*
3. *queſt.* 1. *num.* 197. *Vinn. in §. eſt*
& aliud genus n. 3. *inſt. de donat. &*
Weſtembec. ibidem, ſed tamquam lu-
crum partis ipſius donationis propter
nuptias, ſeu ratæ bonorum doti ob-
45 ligatorum correſpectivum lucro dotis
ſibi promiſſo, longe ſuperiori, dum
medietatem dotis in ſeptingentis mille
florenis conſtitutæ attingit; & tam-
quam præmium, ſeu donum matuti-
nale, quod Germani Morgengaba vo-
cant, quod Iuvenalis Sat. 6. dicit,
quod prima pro nocte datur, prout
refert *Valaſc. conſult.* 2. *Covarruv. de*
ſponſal. 2. *p. cap.* 3. *§.* 7. *n.* 12. *Cu-*
jac. lib. 2. *feud. tit.* 32. *late Myler.*
de matrim. tit. de muner. matutin. cap.
15. *n.* 7. deductum *ex l. res uxoris* 24.
in fin. C. de donat. inter vir. & uxor.
& frequens & uſitatum inter Princi-
pes, & Comites Imperii in Germa-
nia dicit *Bruneman. in L. cum inter*
6. *in fin. C. de donat. ante nupt. My-*
ler. d. cap. 15. *n. primo*.

Et ſic cum ex utraque cauſa corref-
46 pectiva, & oneroſa, & non lucrati-
va promlſerit, & ſe obligaverit tam
pro ſorte quam pro fructibus prout
de prima *dicunt Surd. conſ.* 572. *num.*
71. 72. *Eugen. conſil.* 76. *n.* 75. *lib.* 2.
Molin. de rit. nupt. lib. 3. *quæſt.* 32.
n. 12 13. & de ſecunda compenſati-
va deteriorationis mulieris *Bruneman.*
in L. cum inter 6. *C. de donat. ante*
nupt. Harman. Piſtor. lib. 1. *queſt.*
43. *num.* 7. 11. *Arias de Meſa var.*
reſol. lib. 3. *cap.* 22. *n.* 10. *Faber. in*
C. lib. 5. *tit.* 7. *defin.* 1. *in fin. Co-*
varruv. de ſponſal. part. 2. *cap.* 3. *§.*
7. *n.* 12. *& eſt Text. in L. res uxo-*
ris 24. *C. de donat. inter Vir. & uxor.*
Fontanell. de pact. dotal. clauſ. 7. *gloſſ.*
1. *part.* 1. *n.* 25. *Molin. de rit. nupt.*
lib. 3. *quæſt.* 1. *n.* 179. 193. *Myler.*
de matrim. cap. 15. *de mun. ma-*
trim. n. 7. *in fin. & cap.* 17. *n.* 5.
verſ. demum. Dexart. deciſ. Sard. 92.
per tot. non intrant jura de lucris do-
47 talibus mere lucrativis loquentia defe-
rendis modo in proprietate, modo in
uſufructu, ſive ex pactis, ſive ex ſta-
tutis proveniant ſecundum conſuetudi-
nes Regionum, de quibus *apud Gu-*
delin. de jur. noviſſ. lib. 1. *cap.* 8. *verſ.*
cæterum advertit. Ryterſuſ. in expoſ.
novell. p. 5. *cap.* 1. *ad nov.* 97. *Mo-*
lin. de rit. nupt. lib. 3. *quæſt.* 1. *n.*
169. *& ſeqq.* ſed tamquam quid in-
differens correſpectivum, & oneroſum 48
ſequitur naturam aliarum ſtipulatio-
num, & promiſſionum, quæ natu-
ra ſua ſunt tranſitoriæ ad heredes etiam
extraneos & ad liberam diſpoſitionem
mulieris donatariæ recipientis, ut de
lucro, ex dicto pacto reciproco pro-
veniente *eſt Gloſſ. in L. quod autem*
§. ſi Vir. & uxor. ff. de donation. in-
ter Vir. & uxor. Tiraquell. in L. ſi
umquam, verbo donatione largitus num.
110. *Faber. in C. lib.* 5. *tit.* 5. *de*
ſecund. nupt. definit. 13. *n.* 4., *& la-*
te Tondut. quæſt. Civ. part. 2. *cap.*
115. *num.* 1. *& per tot.* itaut nec e- 49
tiam ſub diſpoſitione *L. Feminæ C.*
de ſecund. nupt. huiuſmodi donationes
utpote oneroſas, & correſpectivas, &
de ſuis potius, quam alterius Coniu-
gis bonis lucrum afferentibus tradide-
rint *Ripa in L. fœminæ num.* 30. *&*
34. *C. de ſecund. nupt. Gabr. de ſe-*
cund. nupt. concluſ. 1. *n.* 39. *Lud. Bell.*
conſ. 148. *n.* 29. *Boer. deciſ.* 185. *n.*
10. *lib.* 1. *Lauren. deciſ.* 144. *num.*
6. *Sanchez. de matrim. lib.* 7. *diſp.*
89. *num.* 22. *Guttierez. de matrim.*
cap. 109. *n.* 43. *Tondut. quæſt. Civil.*
lib. 2. *cap.* 115. *num.* 1. Et de dona- 50
tione morganatica apud Germanos,
quod ſit tranſitoria apud heredes etiam
extraneos *Harman. Piſtor. quæſt.* 44.
n. 7. *&* 11. *part.* 1. *Mævius in jus*
lubecenſ. lib. 1. *tit.* 6. *n.* 35. *& ſeqq.*
Strych. de Cautbel. Contract. Sect. 3.
cap. 8. *§.* 43. *Myler. de matrim. tit.*
15. *de mun. matrim. n.* 8. *in fin.*, *&*
cap. 18. *n.* 5. *ubi, quod dicitur addi-*
tamentum dotis, & quod pinguiori for-
tuna gaudet, & n. 6. *quod jus tacitæ*
hipothecæ habet ſicut dos, & n. 8 *verſ.*
an autem, quod non teneatur ſervare
liberis primi matrimonij.

Quæ quamvis natura ſua ad he-
redes mariti non tranſeat, etiamſi mu-

51 lier viro prædecedat, quia etiam in
vita mariti de ea mulier poteſt diſponere, ut dicunt *Mavius*, *Harman. Piſtor.*, *Stryck. ſupra allegati Myler. de matrim. cap.* 15. *num.* 10. *& cap.* 18. *num.* 1. 2. 3. tamen pactis poteſt conveniri, ut mulier tantum in caſu
52 ſuperviventiæ eam lucretur, quæ eodem modo ad heredes mulieris tranſit *Stryck. dict. tit. de pact. dotal.* §. 43. *Myler. de matrim. d. cap.* 18. *num.* 3. 4. Ad ſecundum patet reſponſio ex verbis Sereniſſimi Electoris ibi „ *Nos tamen adue alios quinquaginta mille florenos Rhenenſes præſtituros*. Quid eſt
53 enim præſtare, niſi ſolvere, ſatisfacere, & adimplere, prout ſunt jura ſatis aperta *in rubr. ff. de præſtand. leg. in L. Si plures* 98. *ff. de leg.* 3. *L. Si fideicommiſſum in princ. junct. §. fin. ff. de jud.*, *L. cum res ff. de legat.* 1. & præſtare penſionem pro ſol-
54 vere *in L. Superficiario ff. de rei vind. L. in tribus ff. de jud. & in L. Nam* 21. *§. maudato ff. de neg. geſt.*, *& in L.* 3. *ff. de act.*, *& oblig.* ubi obligationum ſubſtantia in eo conſiſtit, ut
55 obſtringat nos ad dandum, faciendum, aut præſtandum, quod eſt ſolvendum, ut declaratur *in L.* 2. *de verb. oblig.* & præſtare rem ideſt tradere *in L. Ex empto ff. de act. empt* & promiſſa præſtare, ideſt adimplere *in L. Sciendum* 19. *§. Ea autem ff. de ædilit. edict.* & late explicat *Rebuff. in L. Si cum fundum* 126 *ff. de verb. ſignif. Budæus in adnot. ad pand. in L.* 2., *§. Cum ab eo ff. de orig. jur. pag. mihi* 8r. ſi ſolvere igitur, tradere, & ſatisfacere ſolemni decreto promiſit alios florenos quinquaginta mille, & ſic centum mille florenos, quod im-
56 portat dictio *alios* implicite continens, & repetens primos quinquaginta mille *ad Text. in L. Quidam relegatus*, *& ibi DD. ff. de reb. dub.*, *& L.* 3. *ubi gloſſ. C. de ſerv. fug. gloſſ. in L.* 1. *verbo alio ff. mand.* Quomodo detrectari poterit hæc ſolutio pure, ſimpliciter, & libere demandata, quæ
57 inrevocabilem acquiſitionem, & perpetuam importat, prout eſt natura ſtipulationum purarum, quæ neque diem, aut conditionem adjectam habet *ad Text. in §. Omnis inſt. de verb. obligat. L. Solutionis* 176. *ff. de verbor. ſignif & L. veteri* 13. *C. de contr. & com. ſtip.* & promiſſione uſurarum favore ejuſdem Sereniſſimæ Uxoris adjecta donec ſors non numeraretur augumento pactorum dotalium, ne ex mora ſolutionis damnum ſentiret, circumſcribi!

Non eſt igitur in poſterioribus capitibus derogatum prioribus, nec poterat derogari, ut ſupra in §. *Diſſoluto*, dictum eſt, ſed confirmatum, & auctum, quod in prioribus continebatur; & adjecta expreſſio uſuris compatibiliter cum aliis in primis tabulis promiſſis, quæ in illis tacite ineſt; Et quæ tam in primis, quam in ſecundis ſortem compræhendere, vel illam qualificare non poteſt, ut ſupra probatum eſt.

Ad tertium demum reſponſio continetur in prædictis, quia ſecunda capitula non continent contraria primis, nec odioſa; Nec prima egent aliqua declaratione, quia habere, & conſequi debere inrevocabilem acquiſitionem important ut de verbo *habere* 58
quod intelligatur cum effectu tamquam a vero domino a quo invito revocari non poſſit nec debeat reſtitui eſt *Tex. in L. nomen* 164. *§. Habere ff. de v. ſign. & in L. Aliud eſt* 71. *ff. eod. Rebuff. in d. L. Nomen §. Habere ff. de verb. ſign.* & de verbo *conſequi* quod
adipiſci & acquirere perpetuo ſignificat, 59
ex Tex. in L. Si pecuniam §. Plane ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſequut. Rebuff. in L. 57. *§. Perſequi & in L. delata verb. conſequi ff. de v. ſign.* nec declarata apparent in poſterioribus, ſed potius aucta, & extenſa, etſi aliquid fuerit adjectum circa uſuras, dum id ſortem libere promiſſam compræhendere non poteſt; & tacite continetur in prima uſurarum promiſſione, ut dictum eſt. Et ſemper liberum erit Sereniſſimæ Electrici, ſi placeret, unum caput reſpuere, & alterum ratum habere; Quia tot ſunt
ſtipulationes, & promiſſiones quot 60
ſunt res, & capita ſtipulationum, quæ bene dividi poſſunt *ut eſt Text. in L. Stipulationes non dividuntur & in L.*

4.

4. *§. Cato ff. de verb. oblig.*, *& ibi Donell.*, *Capon. de stipul. quæst.* 12. *disp.* 9. *num.* 18. *& disp.* 10. *num.* 2.

Quæ omnia, si ita simpliciter sumpta tantam vim habent, quid dicemus si aperta Serenissimi disponentis voluntas sese patefaciat; Juris communis dispositio sese aperiat; & Germaniæ consuetudo concurrat ad prædicta omnia confirmanda, & roboranda?

Voluntas enim disponentis pro libera præstatione, & solutione sortis centum mille floren. Rhenensium aperte patet, tum ex primis capitulis matrimonialibus de mense Aprilis firmatis, in quibus aperte conventum fuit, ut præter dotem restituendam habere, & consequi debeat sponsalitiæ largitatis, seu contradotis, aut supradotis nomine summam florenor. quinquaginta mille Rhenensium, & hujus summæ interesse quamdiu sors ipsa non numeraretur.

Quibus cum in sequenti Decreto de Mense Junii, in tribus punctis augumentum addidisse, & promisisse profiteatur, & in primo puncto donationis propter nuptias, seu contradotis alios quinquaginta mille florenos addat, hoc augumentum cum iisdem qualitatibus, quibus prima sors debebatur, nempe, ut præter dotem illa habere, & consequi debeat, & donec
61 sors non numeretur interesse adjectum censetur, ne eadem res ita aucta, & eodem titulo promissa diverso jure censeatur *ad Text. in L. Si costante* 19. *§. Idem ff. de don. ante nupt. L. Etiam C. de jur. dot. & ibi gloss. L. Inter* 26. *§. Cum inter ff. de pact. dotal. L. Inter Socerum §. Cum inter ff. de pact. dotal. Tiraquell. de retract. Lignag. §.* 1. *gloss.* 18. *num.* 53. *Roland. a Vall. de lucro dot. quæst.* 100. *num.* 5. 8. *& num.* 11. *Mieres de majorat. part.* 1. *quæst.* 10. *n.* 30. *Salgad. in labyr. cred. part.* 4. *cap.* 1. *§.* 2. *num.* 9. *& seqq.* dum præsertim pacta ipsa dotalia imitari, & sequi voluisse profitetur, ibi „ *augumento pactorum dotalium* quæ non tantum ad quantitatem usurarum in primis pactis conventam, nempe quatuor pro
62 centenario, sed ad omnia alia, quæ in illis pactis continebantur, quæ augere volebat, dum militat in omnibus eadem ratio referri debet *ad Text. in L.* 1. *C. de lib. præt. L. Talis scriptura §. final. ff. de leg.* 1. *L. Ita tamen* 27. *ff. ad Treb. L. Ubi adue.* 29. *vers. ita tamen C. de jur. dot. Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 181. *n.* 6. 7. 8. *Peregr. de fideic. art.* 16. *n.* 105. *& seqq.*

Tum clarius ex eodem secundo Decreto 7. Junii constituto in secundo puncto post constitutionem usurarum durante vita immediate adjecto ibi „ *Similiter secundo non obstante hac donatione propter nuptias ad centum mille florenos Rhenenses usque a nobis ipsis aucta*. Agit enim de ipsamet contradote, & donatione promissa cum usuris, quam adhuc non in annua pensione consistere demonstrat, sed in ipsismet centum mille florenis, nulla annuæ pensionis facta mentione.

Tum apertius quia id ipsum repetit de anno 1698. de Mense Julii, in alio Decreto ibi „ *Donationem propter nuptias &c. pactis dotalibus conventam*, 7. *Junii* 1691. *ad centum floren. Rhenensium millia auximus*.

Dum igitur ex pactis antecedentibus sortem florenorum centum mille præter dotem, seu una cum dote habere, & consequi debere apparet, & in ipsismet capitibus donationem augentibus, & usuras limitantibus firmam remanere donationem in centum mille florenis demonstratur, & eum id ipsum postea in subsequentbus actis comprobetur; Quod magis contrarium, & repugnans præfatis dispositionibus esse potest, quam transformatio, & permutatio donationis præfatæ in annuam pensionem durante vita duraturam contra omnia legis,
& naturæ principia? Quæ & pote- 63
statem negant *ex Text. in L. Si mulier dotis*, *L. cum maritus ff. de pact. dotal. Guttierez. quæst. ciu. quæst.* 126. *num.* 2. *Giurba ad consuetud. Messan. cap.* 1. *glosf.* 8. *num.* 4. *Capyc. latr. dec.* 197. *num.* 51. 53. & voluntatem
augendi impellunt ne inducta ad augu- 64
mentum diminutionem inducant *L. Si mancipia* 19. *ff. de fund. inst. Menoch. cons.* 308. *num.* 5. *lib.* 4. *Surd. decis.* 195.

195. *num.* 5. & revocandi anteceden-
65 tem donationem voluntati contradi-
cunt, ut in nostra specie *Parif. conf.*
90. *num.* 27. *lib.* 3.

Et interpretationem latissimam fa-
vore donatariæ suadent in dispositione
Serenissimi Principis Generosissimi cum
66 tanta amoris, & meritorum expres-
sione erga uxorem tantis virtutum
ponderibus condecoratam, ita ut di-
minutionem operari sit absurdum, &
indignum tanti Principis Majestate,
ut bene *Kloch. conf.* 82. *num.* 277.
tom. 3.

Juris vero communis dispositio
clamat, quæ pacta hujusmodi vult
67 servari favore uxoris, etiam in pro-
prietate, prout ex *Text. in L. fin.
§. Si igitur C. de donat. ant. nupt.
Nov.* 22. *cap.* 20. *§.* 1. & ibi bene
Cujac. & Bart.

Quamvis enim Donationes pro-
pter nuptias, quæ de consuetudine non
68 servantur, ad heredes mariti soluta
dote redeant *ad Text. in cap. fin. de
donat. inter vir. L. final. C. de donat.
ante nupt. Thesaur. quæst. for. lib.* 2.
quæst. 9. *num.* 4. *Fontanell. de pact.
dot. claus.* 7. *gloss.* 1. *part.* 3. *num.*
13. *Christ. dec. Belg.* 126. *num.* 7.
vol. 2. *Thusc. Pract. conclus. litt. D.
conclus.* 634 *num.* 2. 7. tamen si pa-
ctis conventum sit, quod pars aliqua
69 ex bonis viri mulieri acquiratur, quæ
pars antiquæ donationis propter nup-
tias dicitur, & dotem auget *ad Text.
in L. Inter Socerum §. Quum inter ff.
de pact. dotal. Paitell. exped.* 12. *n.*
76. *& in adnot.* 12. & dotis qualita-
70 tes, & privilegia suscipit *Bruneman.
in L. Inter Socerum* 26. *§.* 2. *ff. de
pact. dot. num.* 3. *& seqq. Benther. de
prælat. part.* 1. *cap.* 35. *Cothman. lib.*
1. *conf.* 50. *num.* 18.

Hæc pars etiam in proprietate
71 ad mulierem spectat, & ad heredes
transmittit. *Anton. fab. in C. lib.* 5.
tit. de donat. ant. nupt. defin. 6. *num.*
2. *Giurb. ad consuetud. Messan. cap.*
13. *gloss.* 2. *part.* 1. *num.* 35. *Fonta-
nell. claus.* 7. *glos.* 1. *part.* 3. *num.*
8. *Azzeved. ad leg. part. L.* 3. *num.*
1. 3. *tit.* 2. *lib.* 2. *recop. Mævius in
jus Lubecen. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 39.
Bersamus de vid. cap. 2. *quæst.* 34.
num. 13. *Paitell. exped. cit.* 12. *per
tot. &c. Regens de Pont. conf.* 112. *n.*
8. *lib.* 2. *& est doctrina glos. in Auth.
dos data C. de donat. ant. nupt.*

Quia hujusmodi lucra, quæ ex
pactis Conjugi superstiti adijciuntur
non retinent integram naturam anti- 72
quæ donationis propter nuptias, vel
ante nuptias, ut bene advertit *Gude-
lin. in comment. ad jus novisr. lib.* 1.
cap. 8. *vers. cæterum, Christin. decis.
Belg.* 33. *num.* 1. *&* 2 *vol.* 1. *Fonta-
nell. de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 1.
num. 5. *in fin. & num.* 12. *& claus.*
7. *glos.* 1. *part.* 2. *num.* 2. *Bersan. de
vid. cap.* 2. *quæst.* 33. *num.* 2. *Tasson.
de antefato vers.* 4. *observ.* 4. *num.* 6.
vers. aliqui; Sed propriam pactorum
naturam sequuntur commixtam cum
donatione propter nuptias, ita ut do- 73
nec dos solvatur inspecta origine reti-
nent naturam donationis propter nup-
tias, ut sint in aliquam compensatio-
nem, & securitatem dotis, cum do-
natio propter nuptias ex consuetudi-
ne possit esse dispar doti. *glos. in auth.
æqualitas de pact. conv. Jo. de Pla-
tea in §. est & aliud inst. de donat.
Clar. in §. Donatio quæst.* 11. *Mantic.
de tacit. lib.* 20. *titul.* 5. *num.* 10.
14. *Roland. de lucr. dot. quæst.* 10.
num. 6. *Rot. Rom. penes Merlin. dec.*
80. *num.* 12. *Schoepfferus comment. jur.
privat. lib.* 23. *tit.* 3. *de jur. dot. n.*
28. *Fragos. de regim. reipub. d. part.*
3. *lib* 2. *disp.* 4. *§.* 2. *n.* 53. *in fin.*

Soluta vero dote, per pactum
transformentur in lucrum, & aug-
mentum dotis, quia receptum est,
quod donationes propter nuptias, quæ
ad formam juris communis generali 74
consuetudine rejiciuntur, omnino pen-
deant a conventione Partium, ut u-
no, vel alio modo paciscantur *Hod.
ad Surd. dec.* 212. *num.* 3. *Fontanell.
de pact. dotal. claus.* 7. *glos.* 1. *part.*
1. *num.* 16. *Barbos. in L. Si cum do-
tem* 23. *§. Si pater num.* 12. *ff. solut.
matrim.* & propterea hac lege fieri 75
posse, ut pro parte, vel in totum
penes mulierem, & ejus heredes ma-
neant, probat *Text. in L. fin. ubi glos.
ff. de donat. inter. vir. & uxor. Hon-*
ded.

ded. conf. 48. *num.* 26. 27. *lib.* 1.
Rhyterfuf. ad Novell. part. 5. *cap.* 1.
num. 8. *&* *cap.* 14. *num.* 7. & Ger-
maniæ ita fervari, dicit *Facchin.*
76 *contr. jur. lib.* 8. *cap.* 67. *in fin. Rot.*
Roman. penes Merlin. dec. 80. *n.* 14.
Quæ tanto magis procedere de-
bent in pactis reciprocis caufam cor-
refpectivam, & onerofam continenti-
bus de fui natura ad heredes tranfito-
77 riis omnem latam interpretationem
recipientibus pro tranfmiffione ad he-
redes eorum omnium, quæ in illis
continentur tum a jure communi, *ad*
Text. in L. veteris 3. *C. de cont. & comm.*
ftip. L. 9. *ff. de probat.* tum a mo-
ribus Germanorum in fimilibus dona-
tionibus late fupra comprobatis.

Quapropter bene compatiuntur,
78 quod in primis capitulis matrimonialibus
id promittatur nomine fponfalitiæ largi-
tatis, contradotis, & fupradotis, & in
aliis primos augentibus, contradotis,
feu donationis propter nuptias, &
demum in enunciativa in alio Inftru-
mento, feu Decreto de Menfe Julii
1698. (quæ relativa eft ad Capitula
matrimonialia, & cum ipfis regulan-
da) donationis propter nuptias in a-
liqualem compenfationem, & fecuri-
tatem dotis, quia hæc omnia in fimi-
libus pactis continentur. Sponfalitia
largitas, quia tempore nuptiarum pau-
lo ante matrimonium, & ipfius con-
templatione libere promittitur in pri-
mis capitulis, quæ habet hoc privi-
legii, ut foluto matrimonio non re-
deat ad virum, vel ejus heredes *L.*
Si mater 12. *C. de donat. ante nupt.*
Thufch. concluf. 634. *num.* 10. *Vinn.*
in §. Eft & aliud inft. de donation.
Wefsemb. in §. Eft & aliud inft. de
donat. Mantic. de tacit. lib. 20. *tit.*
primo num. 2. *Fragof. de regim. reipub.*
part. 3. *lib.* 2. *difp.* 4. *num.* 30. 31.
Donatio propter nuptias, feu contra-
dos, quia aliquam femper compenfatio-
79 nem, & fecuritatem dotis retinent,
etiamfi poft contractum matrimonium
conftituantur *ad Text. in L. Si con-*
ftante 19. *C. de donat. ant. nupt. &*
L. cum multæ 20. *C. eodem.* Supra-
dos, & augumentum dotis, quia cum
ipfa dote, & fecundum ejus naturam
funt folvenda; atque ita cum hujuf-
modi pactis derogatur conftitutioni-
bus, & res reducitur ad jus antiquum, 80
quæ proinde tamquam favorabilia ad
formam juris antiqui mulieribus ple-
nas proprietates concedentis funt acci-
pienda *Wefsemb. in §. Eft & aliud*
genus inft. de donat. Gottofred. in com-
ment. cod. Theod. ad L. 2. *cum ve-*
terum tit. 5. *de fponf. lib.* 3. *tom.* 1.

Germaniæ demum confuetudo
concurrit, quia cum antiquis Ger-
manorum moribus dotes a mulie-
ribus viris non traderentur, fed a vi- 81
ris ipfis mulieribus promitterentur pro
Statu viduitatis, quia mulieres fecun-
das nuptias contrahere non folebant,
ut dicit *Tacit. de morib. German. cap.*
19. *& lat. Coppin. de dom. Franciæ*
lib. 3. *tit.* 4. *num. primo*; Poftea in
fubfidium receptum fuit jus Roma-
num, quo dotes viris a mulieribus
conftitui cœperunt, & cum hodie ex
utroque jure Romano Germanico com-
mixto, & complicato matrimonia
contrahantur, ita tractandum eft jus 82
Romanum, ut ante oculos habeamus
jus Germanicum, quod in variis ar-
ticulis illius decifiones invertit, ut
admonet *Jo. Schoepfferus in fynopf. jur.*
privat. comment. lib. 23. *tit.* 3. *de jur.*
dot. ad rub. in princ. Cum igitur cer-
tum fit, annuam præftationem pro
Statu viduitatis ex jure Germanico
procedere, dotem vero ex jure Ro-
mano; lucra igitur conventa in dubio
ex utroque jure participare debent,
& magis moribus Germanorum ac-
cedere ex intentione promittentis Ger-
mani, quos potius imitari voluiffe
cenfetur, & propriis legibus fe acco-
modare. Et cum duplicem caufam
habeant, unam correfpectivitatis lu-
cro dotis viro fuperftiti promiffo;
Alteram reintegrationis, deterioratio-
nis mulieris tamquam præmium, &
munus, ut dicunt matutinale; ex pri-
ma caufa non poffunt imitari, nifi
jus Romanum ubique receptum quod
facit hujufmodi pacta ad heredes tran-
fitoria; ex fecunda vero ex tempore,
quo fuerunt inita in feftivitate nuptia-
rum vix in Germaniam Sereniffima
perventa & ex moribus Principum,
&

& Magnatum Germanorum hujusmodi donationes in nuptiarum solemnitatibus ineuntium, etsi in antecedentibus pactis sint promissæ, ut ex pactis, & capitulis inter Serenissimam Sophiam Sororem Regis Poloniæ, & Serenissimum Ducem Henricum Branluicentem apud *Stryckh. de cautel. contr. sect. 3. cap. 8. de pact. dot. §. 39. vers. promittimus* & ex aliis exemplis Principum Germanorum, apud *Cujac. in lib. 4. feud. tit. 32. Coppin. de doman. Franc. lib. 3. tit. 4. num. 11.* sequi non possunt nisi jus Germani-
83 cum in Morganatica donatione constitutum favore uxoris superstitis, & ejus heredum, ut supra probatum est quod jus ex legibus *Longobardorum lib. 2. tit. 4. in L. Prima de iis quæ a vir in mulier dant.* Germani suscepere, ut dicit *Myler. de matrim cap. 15. num. primo*, & jure civili Romano fuisse comprobatum *in L. Res uxoris 24. C. de donat. inter vir. & ux r.* probat *idem Myler. de matrim. d. cap. 15. num. 11. 12. 13.* Et hoc jus in dotis, & muneribus matutinalibus parum distat a jure Romano in lucris conventis, & si quid amplius continet favore uxoris facilius recipiendum est, quia prævalere debet jus Germanicum moribus dispo-
84 nentis accomodatum, & magis favorabile, quia reducit donationem sponsalitiam ad formam juris antiqui Romani, quo liberæ erant, & perpetuæ donationes inter sponsam, & sponsum, ut *de Jur. digest. ante constitutiones in L. 1. § 1. ff. de donat. Arnold. Vinn. inst. tit. de don. §. Est & aliud genus Wesemb. ibid* & magis conveniens restaurationi deteriorationis mulierum.

Quod facit, ut de utroque jure Romano Germanico præfata lucra participent. Alioquin si in sola annua pensione lucrum durante vita, & viduitate consisteret, nec cum jure Germanico conveniret, quia ad Statum viduitatis ex jure Germanico provenientem qui in secundo capite fuit provisus, referri non potest. (Majorem enim pensionem pro viduitate constituisset, non ex alio titulo in primo capite centum mille florenos promisisset, si ad titulum viduitatis id referre voluisset). Et satis abunde a jure Romano discreparet sive antiquo, sive novo ex Constitutionibus, ut supra demonstratum est.

RESPONSUM XVIII.

PALATINA SUPER EXPENSIS ELECTORALIS VIDUITATIS.

ARGUMENTUM

Uxor acquirit nobilitatem dignitatemque viri etiam cum jurisdictione, & omnia conservat etiam in viduitate, ideoque saltem intra tempora luctus debet ab heredibus viri alimentari non ratione fructuum dotalium sed propter præsumptam continuationem matrimonij, & debet ali etiamsi sit dives, & non juxta congruitatem, sed juxta dignitatem, & ultimum statum viri.

SUMMARIUM.

1 *Uxor acquirit nobilitatem, & titulos Viri.*
2 *Et juxta Viri dignitatem post ejusdem viri mortem ab ejus heredibus ali debet*, num. 15.
3 *Quia durante viduitate matrimonium durare præsumitur*, num. 14. & 37.
4 *Nam vidua dicitur vera vivaque defuncti imago & de ratione*, numer. 5.
6 *Excellentes Principissæ aliquando recusarunt secundas nuptias quia dicebant primum virum illis vivere*, num. 11.
7 *Vidua conservat privilegia, honores, & dignitates defuncti viri*, & num. 29.
8 *Et ab heredibus viri saltem intra annum luctus debet in æde viri sustentari retenta dote.*
9 *Etiamsi vidua habeat fratres, vel parentes ditissimos.*

Vel

10 *Vel gemmas aut mobilia pretiosa, & de iliis posset disponere.*

12 *Hæc alimenta viduæ non debent præstari habita ratione fructuum dotis & donationis propter nuptias sed ratione patrimonii viri, & ejus dignitatis*, num. 17. 22. 23. & de ratione, num. 18.

13 *Et hoc non solum de jure Civili sed & de jure Germanico Saxonico, & Franconico & de ratione*, num. 14.

16 *Si mulier sub spe, aut promissione dotem consequendi bona mariti dimisisset ob moram adimplementi datur illi regressus ad bona dimissa.*

19 *Pro excludenda imputatione sufficit possibilitas debiti, & bona fides expendentis.*

20 *Et quod naturaliter debeatur ex imperfecto etiam testamento.*

21 *Mulier non administrans non debet reddere rationem de expensis factis, nec de illis potest redargui.*

22 *Fructus dotis, donationis propter nuptias, & vidualium præstationum non incipiunt deberi nisi post tempora luctus, & ideo eorum non est habenda ratio in alimentis præstandis viduæ intra tempus luctus.*

24 *Principissa soluta est legibus.*

25 *In persona viduæ splendor mariti defuncti residet, ubicunque sit vidua.*

26 *Electrix æquiparatur Reginæ.*

27 *Etiamsi extra Germaniam habitet.*

28 *Per matrimonium fit communicatio omnis juris Divini, & humani.*

30 *Mulier dum dicitur de familia mariti, & retinet ejus domicilium gaudet omnibus privilegiis, dignitatis viri.*

31 *Et jurisdictionem annexam dignitati habet.*

32 *Et omnibus his absque offensione mulier non potest spoliari.*

33 *Nec afflictæ ob mortem viri debet addi afflictio.*

34 *Vidua mortuo viro soluta est lege maritali*, num. 39.

35 *Vidua si habet bona propria fructifera non debet ali ab heredibus viri, intra tempus luctus, & si hæc bona non habeat debet ali juxta fructus dotis, vel juxta necessitatem & congruitatem, contra* num. 9. 10. 12. & 38.

39 *In decernendis alimentis viduæ ex quarta vigore Auth. præterea C. unde vir, & uxor, attenditur ultimus status viri.*

40 *Idem observatur quando constituuntur alimenta viduæ intra annum luctus.*

41 *Et dos data a muliere viro excitat obligationem alimentorum in heredibus viri erga viduam numquam vero producit hanc obligationem & ratio est*, ut n. 42. 43.

45 *Secus vero post tempora luctus.*

48 *Sed in primo casu ut maritus ita ejus heredes si fructus dotales pro alimentis non sufficiant debent de proprio supplere.*

PRincipissam Viduam radiis Principis Mariti illustrari, sive Comitis, sive Ducis, sive Electoris, 1
Regis, aut Imperatoris, ac proinde Comitissam, Ducissam, Electricem, Reginam, seu Imperatricem non solum esse, dici, & appellari, prout dicitur *in cap. dilecti 4 ext. de arbitrar., & in cap. ex parte 15. de for. compet. Benedict. in cap. Raynutius verbo duas filias num. 119. de testament., & in L. Familiæ, L. fin. ff. de Senat., L. Filii §. Vidua ff ad municip. L. Mulieres C. de Incol., & probant Barbosa in extrav. execrabilis de præben. & dign. num. 28. Tiraquell. de nobilit. cap. 18. num. 7. Spadaz. in theatr. viduil. disq. 36. n. 61. Cyriac contr. 378. num. 24. 25. & controv. 401. num. 58. Bersan. de vid. cap. 1. quæst. 4. num. 13. 14., late Mævius in Comment. ad Jus Lubecens. part. 2. tit. 2 art. 8. num. 7. Carpzov. resp. Juris Electoral. lib. 2. tit. 2. resp. 24. num. 22., & in Jurisp. forens. Const. Elect. 31. defin. 11. num. 5. part. 4.* Sed uti Comitissam, Ducissam, Electricem, Reginam, seu Imperatricem, tamquam defuncti viri portionem in animorum unionis perseverantia convivicentem, ab hedi-

redibus defuncti Viri esse alendam,
tractandam, & condecorandam, ad
conservandum prioris matrimonii
2 splendorem, dixerunt *Surd. de ali-
ment. quæst. 44. num. 11. Antonell.
de temp. legal. lib. 2. cap. 20. num.
6. Fontanell. de pact. nupt. clauf. 7.
gloss. 31. part. 5. num. 2. Bersan. de
vid. cap. 2. quæst. 1. num. 10. Luc.
de Penna in L. Mulieres 13. num.
18. C. de dignitat.*

Durare enim præsumitur prius
3 matrimonium durante Viduitate *per
Text. in L. fin. C. de bon. mat. L.
filij 22. §. Vidua ff. ad municip.
Mantica de tacit. lib. 21. tit. 6. n.
18. Surd. decis. 61. num. 6. Tira-
quell. de Nobilit. cap. 18. num. 10.
Mynser. de matrim. cap. 9. num. 1. in
princip. Carpsov. respons. Electoral. lib.
6. tit 10. resp. 100. num. 11.*

Quia Vidua dicitur vera, viva-
4 que defuncti Viri immago, *secundum
Bald in L. si nemo C. de pign. act.
Thesaur. quæst. forens. 90. lib. 1. num.
1. Mynser. de matrim. d. cap. 9. num.
1. in fin.* in qua ipsamet Vidua vive-
re dicitur propter vivam affectionem,
5 & animi immortalitatem in ipsa re-
manentem, & perdurantem, quæ est
Nobilior Pars Coniugii Maritalis
*Tholosan. Syntagmat. Juris lib. 9. cap.
4. num. 13. Mynser. de matrim. d. cap.
9. num. 1. Spadaz. in theat. viduil.
disp. 34. num. 136. Barbosa in Leg.
quia tale 14. num. 23. ff sol. matrim.*
itaut excellentes, & dignissimæ Prin-
cipissæ secundas nuptias aliquando re-
6 cusaverint, quia illis primum Virum
vivere professæ fuerint, ut de Valeria
Messalorum Sorore, quæ Sulpitium
Maritum licet corpore defunctum,
adhuc illi vivere dicebat, & de filia
Demonionis Areopagitarum Principis
ex Divo Hyeronimo lib. 1. in Jo-
vinianum testatur *Laurent. Beyerlinch.
in theat. vit. hum. tom. 7. verbo vi-
duæ celebres in fin.* & confirmat *Ti-
raquell. de Nobilit. cap. 18. num. 10.
Klocb. de contrib. cap. 15. num. 34.*

7 Quapropter sicut privilegia, ho-
nores, prerogativas, & dignitatem
defuncti Viri conservat, ut *est Text.
in L. Mulieres 6. C. de Incol., & in
L. Mulieres 13. C. de dignit. lib. 12.
L. Medicos 6. L. Grammaticos C. de
professor. Piccard. in tract. de nobilit.
comm. inter virum, & uxor. disp. 2.
num. 16. 17. & 55. 56. Amaya in
d. L. Mulieres ult. lib. 39. num. 24.
25. C. de Incol. Tholosan. Syntagm.
Jur. Civil. lib. 9. cap. 4. num. 12.
Carpsov. respons. Elect. lib. 2. tit. 2.
resp. 24. num. 22. & lib. 6. tit. 10.
resp. 100. num. 12. Klocb. de contr.
d. cap. 15. num. 37.* Ita ab heredi-
bus Viri in Uxore Vidua dignitas
Mariti est sustentanda saltem intra
tempora luctus secundum morem re- 8
gionis, & in Palatiis, aut Ædibus
Viri defuncti dote jam apud heredes
retenta, prout retinebat Maritus *se-
cundum gloss. communiter receptam in
L. un. § exactio C. de rei uxor. a-
ction. Pinell. in L. fin. C. de bon.
mat num. 6. Bart. in L. divortio ff.
solut. matrim. Surd. de aliment. tit. 1.
quæst. 44 45. per tot., Giurb. ad
consuetud. messan. cap. 15. gloss. 15.
part. 1. num. 9. Fontanell. de pact.
nupt. clauf. 7. gloss. 3. part. 5. num.
6. 9. Thesaur. decis. Pedam. 43. num.
1. Marescot. var. resol. lib. 2. cap.
83. n. 48. Mevius in jus Lubecens. lib.
1. tit. 5. art. 13. n. 53. 54. Carpsov.
resp. Elect. lib. 4. tit. 8. resp. 58. n.
1. 2. Joan. Hecsser. loc. com. part 1.
loc. 5. num. 132. & 167., & part.
2. loc. 14. num. 108 109.*

Etiamsi ipsa Principissa Paren-
tes, vel fratres habeat ditissimos, qui 9
non tenentur sublevare heredes, & o-
nus defuncti viri in se suscipere *A-
retin. in L. Divortio Alexand. ibid. n.
16. & Soccin. ibidem num. 17. ff.
solut. matrim. Barbosa in L. 1. part.
1. in princ. num. 23. ff. eodem, Surd.
de aliment. quæst. 44. num. 40. 46.
Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 15.
gloss 15. part. 1. num. 12. Barz. de-
cis. 130. num. 54. 56. 58. Franch.
decis. 489. num. 16., Antonell. de
temp. legal. lib. 2. cap. 20. num. 25.
Joan. Hecsser. loc. com. part. 1. loc. 5.
num. 123.* Quinimmo quando etiam 10
Principissa mobilia pretiosa, & gem-
mas proprias habeat, & de illis ad
libitum disponere possit, non tenetur
illas

illas distrahere pro alimentis suscipien-
dis, sed dum illis uti, & frui debet,
& ipsis condecorari, prout vivente
Viro utebatur; intrat adhuc obliga-
tio heredum ad dignitatem sustinen-
dam, prout sustinebat Maritus, qui
adhuc vivere præsumitur, & pro-
11 prium decus in uxore conservare *Bald.*
cons. 30. *vol.* 2. *Molfes. ad consuetud.*
Neap. part. 6. *quæst.* 10. *n.* 22. *Mares-*
cott. var. resol. lib. 2. *cap.* 83. *n.* 50.
Capic. decis. 24. *n.* 2. *Giurb. ad Con-*
suetud. Mess. glos. 15. *n.* 10. *Antonell.*
de temp. legal. lib. 2. *cap.* 20. *n.* 14. *Ber-*
san. de viduis cap. 2. *quæst.* 1. *n.* 6. *A-*
mat. var. resol. cap. 46. *n.* 57. *Surd. de*
alim. d. quæst. 44. *n.* 41. *Heeser. loc.*
com. part. 1. *loc.* 5. *n.* 127. *& seqq.*

Nulla habita ratione fructuum
Dotis, & donationis propter nup-
tias, quia cum eadem bona Mariti,
quæ ante jure familiaritatis vivente
viro retinebat, absque ulla declaratio-
ne, ad hunc finem ut dos illi, &
omnes ejus appendices, Donationes
nempe propter nuptias, & Viduiles
præstationes, & omnia alia illi debi-
ta assignentur, retinere possit, tum
12 jure Romano inspecto *ad Text. in L.*
2. *§. fin. ff. pro emptore. Decius cons.*
400. *num.* 5. *lib.* 2. *Bursatt. cons.* 8.
num. 15. *& seqq. Mysing. controv.* 6.
observ. 45. *num.* 5. *& observ.* 42. *per*
tot. Coler. de Process. execut. part. 1.
cap. 2. *num.* 220. *Heeser loc. com.*
part. 2. *loc.* 14. *num.* 86. 100. 127.
13 *vers. contrariam*, tum jure Germanico,
sive Saxonico, sive Franconico, qui-
bus tota Germania regitur, & gu-
bernatur, *Burcardus Struvius in Syn-*
tagma juris public. cap. 5. *§.* 2. quo-
rum utrumque jus Romanum recipit,
& tamquam proprium constituit quod
propterea Romano Germanicum dici-
tur prout refert *Carpzov. resp. elect.*
lib. 4. *tit.* 3 *de privilegiis dotis res-*
ponsf. 19. *num.* 4. *Heeser loco comuni*
part. 2. *loc.* 14. *num.* 86. *vers. contra-*
riam. Kloc. in relat. Imper. Camer.
vot. 4. *num.* 145. Ex hac retentione
14 producta a continuatione matrimonii
quæ per tempora luctus legis po-
testate inducitur *ex Novell.* 22. *cap.*
20. *§.* 1. *Carpzov. resp. Elect. lib.* 6.
tit. 10. *resp.* 100. *num.* 11. acquiri-
tur Viduæ proprio quodam jure jus 15
alimentorum donec dos, & omnia a-
lia illi debita solvantur, *Carpzov. res-*
ponsf. lib. 4. *tit.* 8. *responsf.* 58. *num.*
10. *Coler. in prax. Universali part.*
1. *cap.* 2. *num.* 223. 224. Itaut quan-
do blandis sermonibus, vel sub spe,
& fiducia, aut promissione dotem,
& accessiones dotalitias consequendi
bona Mariti dimisisset, daretur illi ob
moram adimplendi promissa reinte-
gratio ad eadem bona Mariti, tam
pro consequenda Dote, & ejus acces-
sionibus, quam pro Alimentis, ut 16
probat *Carpzov. lib.* 4. *resp. Elect.*
resp. 19. *num.* 13. *& d. resp.* 58. *n.*
14. 15. *Harthman. Pistor. observ.* 107.
num. 3., *& seqq. Heesser loc. com*
part. 2. *loc.* 14. *num.* 91. *Coler. in*
prax. part. 1. *cap.* 2. *num.* 222. 223.
Ac propterea tam jure Romano,
quam Germanico inspecto non ex
usuris dotalibus, & Viduilibus præ-
stationibus, & aliis reditibus Viduæ 17
debitis alimenta sunt commensuranda
dum insistit bonis Mariti, & in ejus
domo habitat, saltem intra tempora
luctus, Legis potestate Matrimonio
perdurante, sed ad limites congruita-
tis, & dignitatis Mariti, & prout Vir
Vxorem tractabat, etiamsi expensæ,
& alimenta longe excedant reditus, &
præstationes mulieri debitas, *ut pro-*
bant Bart. in L. Divortio num. 15.
ff solut. mat. Marzimed. dec. sen. 89.
num. 34. *Giurb. ad consuet. Messan.*
d. gloss. 15. *num.* 13. *Fontanell. de*
pact. nupt. claus. 7. *glos.* 3. *part.* 5.
num. 23. *Surd. de Aliment. quæst.* 44.
num. 11. *&* 48. *Staiban. de interesse*
lib. 2. *quæst.* 5. *num.* 6. *&* 23. *Rot.*
Roman. coram Ludovis decis. 462.
per tot. Heeser. loc. comm. part. 1.
loc. 5. *num.* 130., *& part.* 2. *loc.* 14.
num. 118. *& seqq. Mævius in jus. lu-*
becens. lib. 1. *tit.* 5. *art.* 13. *num.* 53.
Hujusmodi enim alimenta debentur, ut 18
splendor prioris Matrimonij non ob-
scuretur, & ne Mulier cogatur ultra
mortem Mariti lugere etiam suum de-
cus amissum *Fontanell. de pact. claus.*
7. *glos.* 3. *part.* 5. *num.* 1. *Surd. de*
aliment. d. quæst. 44. *num.* 11. *An-*

Tonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 20. num. 6. Bersan. de Vid. cap. 2. quæst. 1. num. 10. Marzimed. exam. 48. n. 9. Quæ cum ita ſint certis, & indubitatis juris fundamentis conſtabilita, parum timenda eſt propoſitio dubij, ſi quæ forte fieret.

Dubium.

An in reſtitutione dotis facienda Sereniſſimæ Electricis Palatinæ, compenſari poſſint, aut imputari in ultimam partem dotis reſtituendæ expenſæ factæ in Domo Palatina pro ejus ſuſtentatione, & condecoratione intra tempora luctus ſecundum morem Germanicum, ultra modum, & limites fructuum dotis, donationis propter nuptias, & Viduilium præſtationum.

Quia facilis eſſet reſponſio.

Primum quia de tali exceſſu conſtare non poteſt ſupra fructus, & annuas præſtationes debitas Sereniſſimæ Electrici; Nam cum agatur de expenſis factis imputandis, vel repetendis, & conſtet quod Sereniſſimus Elector Viduiles præſtationes auxerit ſaltem uſque ad biſcentum mille florenos Renenſes, quos abſolute deberi apparet ex alia juris, quæ ſeparatim ſuper hoc puncto proponitur, ut imputationi locus ſit, oportet probare, quod hoc augumentum non debeatur, quia pro excludenda imputatione ſufficit poſſibilitas debiti, & bona fides expendentis.
19 *L. Cum de indebito 25. in princ. verſ. ſin vero ff. de probat. Caſtrenſ. conſ. 123. num. 1. lib. 2.*

Quinimo quod naturaliter ſaltem debeantur ex imperfecto etiam Teſta-
20 mento *ad Text. in L. in Teſtamento 38. ff. de fideic. libert L. 1. C. de fideic. Arnold. Vinn. inſt. lib. 1. tit. de oblig. quæ quaſi ex cont. naſc. §. Item ipſe 6. num. 3. in fin. Bart. in L. Nemo pot. ff de leg. primo. Tuſch. litt. I. d. concluſ. 83. num. 2.*

Secundo cum Sereniſſima Electrix bona Sereniſſimi Electoris Conjugis defuncti non adminiſtraverit, ſed expenſas omnes receperit de manu Miniſtrorum Moderni Sereniſſimi Electoris heredis, & ad nutum, & libitum ejuſdem, imputari illi non poteſt, ſi expenſas etiam immoderatas & ultra morem defuncti Conjugis feciſſent, quod dici non poteſt; dum enim non adminiſtravit, nec per alios adminiſtrationem recepit, ſed omnem adminiſtrationem, etiamſi bonis inſiſteret penes heredes Mariti reliquit, & quodammodo Curatorem bonorum recepit, non tenetur de ex- 21
penſis factis rationem reddere, nec de illis quoquomodo ſint redargui poteſt, ut bene demonſtrat *Carpzov. lib. 4. reſp. jur. Elect. tit. 3. de privil. dot. reſp. 21. num. 6. 11. 12. Hœſſer. loc. comun. part. 2. loc. 14. num. 196.* Et propterea quod ſi per heredes plus fuerit expenſum quam fructus mulieri debiti valent non detur repetitio aut imputatio etiam quando alimenta mulieri non debentur eſt doctrina Imolæ in *L. Divortio col. 2. in fin. ff. ſoluto mat. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 44. n. 65. Staiban. de intereſſe lib. 2. quæſt. 5. num. 30.*

Tertio demum, quia ſi expenſæ, & alimenta ſecundum morem, & conſuetudinem Mariti viduæ debentur intra tempora luctus, annum etiam excedentia, ſecundum regionum uſum propter continuationem matrimonii, quæ a lege inducitur, bonis, & animis adhuc non ſeparatis; quæ nam ratio fructuum dotis, donationis propter
nuptias, & viduilium præſtationum 22
haberi poteſt, dum adhuc non incipiunt deberi, cum tempus ſolutionis eorumdem niſi poſt tempora luctus non veniat *per Text. in L. Unic. §. Ex actio C. de rei uxor. action. Berſan. de vid. cap. 2. quæſt. 1. n. 66. & ſeqq.*

Et dum matrimonium perſeverat legis poteſtate, ejus ſplendor expenſis mariti debet conſervari ſecundum morem ejuſdem, etiamſi excedat fru-
ctus dotis, & ejuſdem acceſſionum, 23
quorum nulla ratio haberi poteſt, dum tempus ſeparationis non venit, & adhuc fructus ex patrimonio mariti, non ex bonis viduæ producuntur. *ad tradit. per Mævium ad jus Lubecenſ. part. 2. tit. 2. art. 2. n. 49. 50. Berſan. de vid. cap. 2. quæſt. 1. n. 66. & ſeqq.*

Non

Non ne maxima esset injuria viduæ præsertim Principissæ lacrimis adhuc propter amissionem defuncti viri profluentibus, & animorum separationi maxime repugnanti, tam duram mentis separationem, bonorum separatione exacerbare, incalescere, & excitare; Quod si in quacumque illustri, nobili, ac digna Matrona id acerbum existimatur; Quid in Principissa; Quid in Serenissima Anna ab Etruria; inter omnes Principissas viduas viduarum exemplari maximo;

In ipsa enim legibus soluta tam-
24 quam Augusta *ad Text. in L. Princeps 31. ff. de legib.* non legis auctoritas matrimonium Serenissimi Conjugis conservat, sed animi præstantia, & virtus, ita ut hic bene refertur, quod de alia Regina dicitur. Eneidum 4. *Ille meos primus, qui me sibi junxit amores abstulit: Ille habeat secum, servetque Sepulchro.*

Proinde summa ratione habenda, ac judicanda est ac si Serenissimum Electorem superstitem haberet, quia in ejus Persona splen-
25 dor tanti viri residet, ut dicitur *in L. Cum scimus C. de Agric. & cens. lib. 11. Menoch. de arbitrar cas. 379. num. 5. Kloch. de contribut. cap. 15. num. 34. 36. 37. Carpsou. resp. Elect. lib. 4. resp. 19. num. 11. & resp. 21. num. 7. Bersan. de vid. cap. 1. quæst. 4. num. 19.* & radiis Electoralibus ubique locorum coruscat *L. Mulieres C. de dignit. lib. 11. L. Fœminæ ff. de senat. Piccard. in d. tract. de commun. nobil. num. 55. & seqq. Az-*
26 *zeved. ad L. Thaur. lib. 2. tit. 11. n. 3. & num. 4. in fin.* quibus Reginæ æquiparatur, ut dicit *Reynching. de regim. reipub. lib. 1. class. 4. cap. 3.*
27 *n. 14.* etiamsi extra Germaniam habitet *Cyriac. controv. 273. n. 18. & n. 40.*

Cum enim per matrimonium facta fuerit societas, & communicatio
28 omnis divini, & humani juris *ad Text. in L. 1. & L. Adversus ff. de rit. nupt. Balmaseda de collect. quæst. 41. num. 1. & seqq.* omne jus, ho-
nor, & dignitas, quam acquisivit ex
29 persona mariti, non dicitur amissa, etiamsi viri persona defecerit, cum acquisitio jam facta perpetuo duret *Piccard. de nobil. commun. disp. 2. num. 57. 58.*

Et propterea, dum dicitur de familia mariti, & retinet ejus domi-
cilium, gaudetque omnibus privilegiis 30
dignitatis viri *Roland. a Vall. cons. 86. num. 6. lib. 2. Kloch. de contrib. cap. 15. num. 37. Bruneman. in C. lib. 12. tit. 30. de privileg. Schol. n. 9. & in L. Filii 22. §. 1. ff. ad municip. Luc. de Penn. in L. Mulieres C. de dign. lib. 12. num. 18. Christin. decis. 131. num. 12. vol. 5. Bersan. de vid. cap. primo quæst. 4. num. 14. & seqq.* itaut etiam juris-
dictionem annexam dignitati habeat *Gon-* 31
zales in lib. 1. decret. cap. dilecti tit. de Arbitris.

Et hæc omnia ex monitis Divi
Ambrosii *lib. 2. offic. cap. 19.* quo- 32
cumque tempore sine ulla ei servanda sunt offensione, uti refert *Kloch. de contrib. cap. 15. num. 34.*

Quanto magis igitur intra tempora luctus tam dignæ Principissæ debebantur, dum orationibus, & lacrymis animæ defuncti viri in ejus quodammodo Sepulcro consulebat, *Illic cum lacrymis ipsius modulata dolores* tamquam Alcione. Et veteres latinas, sabinasque imitata Reginas sepulchris,
& simulacris Virorum semper insiden- 33
tes; afflictæ enim adderetur afflictio cum hac separatione bonorum illi nec intimata, nec oblata, & nullo modo ad præteritum tempus retrotrahenda, nullaque compensatio tantæ pietatis remaneret, imo damnum sentiret expensis factis nullo modo locupletata *ut dicit Mævius ad jus Lubecens. part. 2. tit. 2. art. 8. num. 11. 12. 13.*

Ratio Dubitandi.

Nec pro ratione dubitandi obstare potest. Primo, quod secundum Paulum relatum *in cap. fin. de secund. nuptiis* vidua mortuo viro sit so-
luta lege maritali, & cui vult nu- 34
bere possit, etiam intra annum luctus. Secundo quod alimenta, secundum ali-

quos

quos viduæ debeantur non propter
continuationem matrimonii, sed vel
propter dotem ab heredibus viri re-
35 tentam, vel propter inopiam, quia
si habeat vidua bona propria fructi-
fera, ex illis se alere debeat; ac pro-
inde non ad limites dignitatis viri,
sed fructuum dotis, vel necessitatis,
aut congruitatis sit sustentanda, prout
dicunt *Barbos. in L. 2. part. 1. in
princ. num* 18. 19. *Merenda contr.
jur. lib. 2. cap. 44. num. 5. & seqq.
Coler. de process. exec. p. 1. cap. 2. n.
229. Carpsou. resp. Elect. lib. 4. tit.
3. resp. 21. num.* 15.

Resolutio Dubii.

His enim minime refragantibus
stat firma responso suprapolita stante
matrimonii continuatione a lege inducta.
Nam ad primum respondetur
secundum eumdem Paulum, quod
vidua beatior erit si sic permanserit
secundum ejus consilium, ac propte-
rea, quod etsi cui vult nubere possit,
36 etiam intra tempora luctus, ut dici-
tur *in cap. 4. & 5. de secundis nupt.*
tamen si sic permanserit, & amore
primi viri secundas nuptias recusave-
rit, prout sæpius dignissimæ Princi-
pissæ fecerunt, non infertur, quod ex
eo quod nubere poterat, non conti-
nuet matrimonium, donec non nu-
37 bat, præsertim intra tempora luctus,
dum eligendo viduitatem, censetur im-
maginem viri retinere velle, & in
eodem matrimonio decedere *Alex. cons.*
207. *num* 3. *lib.* 6. *& cons.* 6. *num.*
8. *lib.* 7 *Bersan. de vid cap. 1. quæst.*
4. *num.* 69.
Ad secundum respondetur, quod
verior, & communis sententia est,
quod vidua intra tempus luctus ali de-
beat secundum morem mariti, tum
38 propter continuationem matrimonii
a lege inductam, tum propter natu-
ram alimentorum, in quibus præ-
standis attendi debet ultimus Status,
*ad Text. in L. Mela ait. 4. §. Sed
si alimenta ff. de alim. & cib. leg.* ita
ut si pro decernendis alimentis ex
quarta vigore *Auth. præterea C. unde*
39 *vir., & uxor.* favore viduæ tenuem
dotem habentis, attenditur ultimus
Status viri, prout dicunt *Spadazz.
in theatr. vid. disp. 44. num. 93. &
seqq.* multo magis quando dantur in-
tra annum luctus alimenta viduæ,
quia facilius intrat onus alendi, quam 40
præstatio quartæ *Barz. decis.* 130.
num. 126. *& per tot.* Quia propter
non causa dotis alimenta sunt præ-
standa, nisi aliquando excitative, quia 41
propter continuationem matrimonii
dos potest aliquo casu vel expressio-
ne bonorum viri viduæ concessa, vel
alio modo excitare in ipsis onus su-
stinendi decus matrimonii prout exci-
tat in marito, sed nunquam produ-
ctive quia sicut indotatam maritus
tenebatur alere, ita & ejus heredes
Surd. de alim. tit. 1. quæst. 44. num.
44. *Marzimed. decis.* 89. *num.* 24. *&
seqq. Bersan. de vid. cap. 2. quæst.*
1. *num.* 10. *Marescott. var. lib.* 2
cap. 83. *num* 42. Et si mulier habeat
proprios redditus, dos tamen ab heredi-
bus retenta intra annum non producit
onus alendi; sicut quando non habet
redditus, adhuc onus alendi intrat, 42
etiamsi dos intra tempus luctus non
debeatur. Non dos igitur onus alen-
di producit, sed aliud nempe conti-
nuatio matrimonii *in L. fin. C. de
bon. mat. ut bene Marzimed. decis.*
89. *num.* 26. *Bersan. de vid. cap.* 2.
quæst. 1. *num.* 11. *Antonell. de temp.
leg. lib. 2. cap. 20. num. 6. Surd. de
alim. tit. 1. quæst. 99. num.* 73. quæ
etsi illud producat in heredibus in sub-
sidium quando mulier non habet pro-
prios redditus, tamen inde non in-
fertur, quod non debeantur propter
continuationem matrimonii, quod su-
stentari debeat, primum a vidua si 43
habeat res fructiferas, postea ab he-
redibus viri, & propterea, quod
hæc sit certa sententia in judicando,
& consulendo retinenda, fundata in
Sententia *Bart. in L. Divortio num.*
15. *ff. sol. matr.*, rejectis Barbosa, &
aliis contrarium sentientibus, profi-
tentur. *Marzimed. dec. Sen.* 89. *num.*
34. *Giurb. ad consuet. Mess. d. glos.*
15. *num.* 13. *Bersan. de vid. cap.* 2.
quæst. 1. *num.* 49. 50. *Heeser. loc.
com. part. 2. loc. 14. num.* 109. &
110.

110. *Klocb. conf.* 155. *n.* 232. *lib.* 3.
44 ubi quod debet haberi alimenta, prout vivente viro habuit *Mævius ad jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 5. *art.* 13. *num.* 53. ubi bene declarat *Coler. & alios*, quod intelligendi sint quando fructus dotis sufficere possunt sustentationi dignitatis matrimonii. Et ulterius *Car-*
45 *pzov. & Coler.*, & *Merend.* loquuntur post tempora luctus durante viduitate, & in his terminis potest procedere contraria sententia, ut declarat etiam *Mævius d. art.* 13. *num.* 47. *Bersan. de vid. cap.* 2. *quæst.* 1. *num.* 67. *& seqq.* quia intra tempora luctus sicut heredes lucrantur fructus bonorum mu-
46 lieris excedentes sustentationem decoris matrimonii, prout lucrabatur maritus, ita si illi non sufficiant debent supplere heredes, prout supplebat maritus. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 44. *num.* 30. *& seqq. Marzim. dec.* 89. *n.* 34. *Bersan. de vid. cap.* 2. *quæst.* 1. *n.* 68. *& seqq. Antonell. de temp. Legal. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 6.

RESPONSUM XIX.

PALATINA TESTAMENTI PRINCIPIS SUPREMI PALATINI RHENI.

SECTIO PRIMA

Super Suprema, & independenti potestate Palatinorum Rheni.

ARGUMENTUM.

Elector Palatinus Rheni an sit Princeps Supremus, & independens, & affirmative resolvitur.

Refertur Historia successionis Familiæ Palatioæ ad Palatinatum & resolvuntur variæ quæstiones circa independentiam Statuum Imperii ab Imperatore.

SUMMARIUM.

1 *Principes Palatini Reni tamquam descendentes a stirpe Carolina Renanum Palatinatum tamquam proprium possident.*
2 *Antecessores Caroli Magni habuerunt Palatinatum Renanum in administrationem.*
3 *Tunc enim administratio provinciarum Comitibus Sacri Palatii demandabatur.*
4 *Archipalatinus comparabatur Prefecto Pretorio.*
5 *Et causas Palatinatus judicabat.*
6 *Post extinctionem seu rejectionem primæ stirpis Regum Francorum ad Regnum Gallie evectus fuit Pipinus.*
7 *Et ea quæ ratione officii ad Rhenum possidebat facta sunt patrimonialia.*
8 *Donec alii per fæminas a Carolo Magno descendentes facti fuerunt Palatini in his regionibus.*
9 *Horum primus fuit Rolandus Caroli Magni e sorore nepos.*
10 *Tandem extincta stirpe Carolina ab ipsis Palatinis transversalibus Pipini & jure sanguinis, & auctoritate in proprium patrimonium fuerunt translata.*
11 *Et uti patrimonialia possederunt non solum tractum ad mosam, & circa Leodium sed & regionem Juliacensem Clivensem, Monteusem, & utramque ripam Rheni.*
12 *Et plura castra in feudum concesserunt.*
13 *Et uti patrimonialia etiam nunc possidentur a modernis Palatinis independenter ab Electoratu Palatinatu & Archidapiferatu.*
14 *Germania ante Romanorum subjectionem sub certis Regulis, & Principibus non omnino liberis & absolutis regebatur sub specie quadam federis inter Reges istos..*

Suba-

15 *Subacta vero a Romanis in provincias fuit redacta.*
16 *Expulsis a Romanis Clodoveo & aliis Regibus Francorum postea Carolus Magnus totam Germaniam & Saxoniam in suam ditionem redegit.*
17 *Et cum reliquisset omnibus proprias Leges Germania cæpit gubernari partim jure Franciso, & partim jure Saxonico.*
18 *Idem Carolus Magnus Regnum Longobardicum subegit habita dignitate Imperatoris Occidentis.*
19 *Et has omnes acquisitiones tamquam liberas accepit Carol. Magn.*
20 *Et tamquam hereditarias in Carolinam gentem usque ad Ludovicum IV. transierunt.*
21 *Carolina masculorum gente finita Romanum Imperium controversum fuit a Germanis, Italis, & Gallis.*
22 *Et Populi qui in Carolingiorum ditione fuerunt in hac incertitudine legitimi successoris sui juris remanserunt.*
23 *Quapropter Germaniæ Principes qui provincias regebant omnem potestatem in provinciis sibi usurparunt.*
24 *Quod potentiori jure sanguinis, & successionis factum fuit a Palatinis per feminas a Carolingis descendentibus.*
25 *Palatinatus Provincia primum a Palatinorum officio nuncupata fuit.*
26 *Postea quia Palatini officium in jus & potestatem Principis fuit translatum, & Palatinus fuit factus Princeps Palatinus nuncupatus fuit, & Provincia Palatina Rheni*, num. 38.
27 *Cujus castra etiam nunc Palatini in Feudum concedunt.*
28 *Successionis legibus extinctis in Imperio Provinciæ aliæ hereditario jure a Principibus occupatæ fuerunt aliæ ad pristinam pagorum & ordinum libertatem sunt reversæ.*
29 *Et Imperium potentia majorum Principum constitui cæpit electivum.*
30 *Et cum incerta esset horum Imperatorum potestas, ipsi Imperii ordines Imperatori tantum obtemperabant quantum ipse Imperator Legibus electionis stabat.*
31 *Quarum una erat ut Provinciæ ab Ordinibus, & Principibus retentæ Imperio non vindicarentur.*
32 *Quo factum est ut Imperatores primis temporibus jurisdictionem exercebant in suis propriis Statibus.*
33 *Otho Magnus plura Imperii jura firmare, & renovare, & potentiores Principes conterere tentavit.*
34 *Sed Principes Germaniæ Castra ab eis possessa sibi hereditaria facere curarunt.*
35 *Et propterea sub Othonibus cessantibus præfecturis Principes Imperii cum dignitate quadam regia, & jure proprio ditiones hereditarias habuerunt.*
36 *Et hoc potius jure continuatæ potestatis quam acquisitæ post Imperium*
37 *Sub Imp. Saxonibus Comes Palatinus Rheni fuit habitus in dignitate Principis, mensæ Imperatoris preerat, & nulli erat subiectus*
39 *Henricus VI. Imperium hereditarium facere tentavit.*
40 *In interregno Imperii post mortem Curradi IV. Principes omnia jura Imperii sibi vindicarunt.*
41 *Et septem primarii Officiales Aulæ Imperialis sibi vindicarunt jus eligendi Imperatorem.*
42 *Communior opinio est quod post Othonem III. hanc potestatem eligendi Imperatorem omnibus Statibus communem septem viri exercvissent.*

Caro-

43 *Carolus IV. Aurea Bulla hoc jus eligendi Imperatorem septem viris decrevit, & confirmavit.*

44 *Pax publica inter Imperatorem, Ordines & Principes Imperii primum sub Friderico III. in Comitiis Franchefur., postea sub Maximiliano I. in Comitiis Wormatiensibus fuit constituta.*

45 *In hac pace fuit redactum Imperium in præsentem formam.*

46 *Fuit facta Cameræ Imperialis institutio cum omnium Statuum assessoribus.*

47 *Et Principibus, & præsertim Electoribus suprema potestas in Statibus relicta.*

48 *Quod pace Wesphalica fuit confirmatum.*

49 *Ex hoc tempore Imperium esse cœpit legitimum, inter Germanos qui in pace Wesphaliæ intervenerunt.*

50 *Et est Aristocraticum per speciem quamdam societatis inter Principes regnantes constituentes Rempublicam, ut Greciæ populi.*

51 *Et comparatur populis Belgii consociatis.*

52 *Opinio Reiinching de Reg. Imp. procedit in reservatis soli Imperatori.*

53 *Imperator est caput fœderis nihil speciale habens præter nomen.*

54 *Status & provinciæ sunt submissæ cameræ Imperiali, sed hæc submissio non tollit eis supremam dictionem in suis dictionibus.*

55 *Ex suffragii jure quod habent in comitiis Status, eorum auctoritas emergit & suprema potestas.*

56 *Ratio est quia quæ in Comitiis quoad totum imperium statuuntur & dominorum statuum potestati relinquuntur ea Principes comitiorum in suis dictionibus independenter administrant.*

57 *In his quæ vero totius Imperii utilitatis causa Imperatori reservantur, aut impediuntur, ex propria conventione parent.*

58 *Et eorum jus propter bonum universale ligatum & coarctatum remanet*

59 *Imperium dicitur scissum inter Germaniæ Principes.*

60 *Et Imperator capitulationibus devictus Statuum dicitur patronus.*

61 *Et Principum potestas quæ eorum majores habuerunt dicitur continuata superveniente Impero.*

62 *Et Principes Germaniæ habent in suis dictionibus eamdem potestatem quam Imperator habet in universo Imperio.*

63 *Distingue ut habeant eamdem non in specie sed proportione, & similitudine juris*

64 *Cum hac distinctione declarantur Sixtin. & alios hic relatos.*

65 *Imperator ob bonum publicum Imperii in omnibus Statibus imperat.*

66 *Principes Germaniæ in suis dictionibus eadem suprema potestate imperant ob bonum particulare cujusque dictionis.*

67 *Et directum dominium habere dicuntur respectu statuum sibi subiectorum, utile respectu Imperii, & Imperatoris.*

68 *Propterea plus aliquando possunt quam solus Imperator.*

69 *Imperator aliquando solus imperat in Statibus circa quædam communia.*

70 *Absque vero consensu Principum, & maxime Electorum in novis legibus constituendis, & in pluribus aliis faciendis imperare non potest.*

71 *Principes autem & præsertim Electores in propriis dictionibus omnia imperant, & eorum superioritas territorialis non discrepat a summa potestate.*

72 *Imperator plus juris habet in civitatibus quarum est princeps hereditarius, quam in aliis ad Imperium spectantibus.*

73 *Diversis respectibus duo in solidum domini in eadem re esse possunt.*

74 *Ita duo supremi Principes in eadem dictione esse possunt.*
75 *Defensio Imperii non subjectionem Statuum inducit.*
76 *Duces & Marchiones horum Statuum non sunt inferiores illis qui Imperatorem non recognoscunt.*
77 *Sub Clientela Imperii Status esse dicuntur quae subiectionem non importat.*
78 *Principibus, & praesertim Electoribus investiturae dantur jure Clientelari Imperii.*
79 *Jus Clientelae foedus inaequale praefert protectionis nempe, & Advocatiae.*
80 *Etiam in foedere aequali datur caput, & Princeps qui foedus regit.*
81 *Foedus inequale si pactione sit acquisitum servat libertatem, & supremam potestatem ei qui sub foederis clientela tuetur*
82 *Etiamsi tributa, & praestationes solvat.*
83 *Sive sit inferior qui protectionem, & defensionem habet.*
84 *Sive sit superior qui vincit inferiorem in dignitate in Statibus vero inferioris non disponit.*
85 *Sed inferior majestatem superioris comiter conservat.*
86 *Quae reverentia si potentia multum antecellat & foedus sit perpetuum in Imperium proprie dictum transfertur.*
87 *Hoc accidere non potest in foedere Germanico, & ideo est aequale.*
88 *Principes Germaniae cumulative non abdicative contulerunt in Imperium jus suum quoad bonum Universale Imperii.*
89 *Carolus V. dicebat in aliis Regnis imperare mancipiis & servis, in Germania vero liberis, & Regibus qui faciunt quid volunt.*
90 *Maximilianus I. dicebat Regem Hispaniarum esse Regem hominum, se vero esse Regem Regum.*
91 *Imperator uti caput, & Status uti membra Imperii Remp. constituunt in qua caput & membra regnant.*
92 *Membra ratione suorum subditorum capita dicuntur*
93 *Et hac reformatione Germania restituta est antiquae libertati, & Reges sub certo societatis genere constituti & dati a Deo quem Teutones vocabant.*
94 *Antiquis temporibus Reges comitia celebrabant in quibus seniores,*
95 *Et Reges magis suadendi, quam jubendi potestatem habebant.*
96 *Prout hodie in comitiis Imperialibus observatur.*
97 *Et prius etiam apud Othones observabatur.*
98 *In comitiis Imperii jus comitiorum partitur inter Imperatorem cui semisses, & Status quibus semisses comitiorum tribuitur*
99 *Primo Germaniae regimine multitudo non minus juris in se, quam Reges in multitudinem habebant.*
100 *Hodie in Provinciis Germaniae reperiuntur Civitates dictae anomalae quia nec immediate subsunt Imperio nec Principibus subditae sunt,* & num. 101.
102 *In Germania principatus, & Comitatus in allodium retinentur quorum dignitas, & potestas ab Imperio non dependet.*
103 *Status aliqui cum Imperio sociati praescriptione, vel communi consensu sese dissolverunt.*
104 *Germaniae Principes Regibus aequiparantur & Gratia Dei immediate se constitutos dicunt.*
105 *Et hoc maxime de Palatinis Rheni dici debet, & ratio ibid.*
106 *Etiamsi ab eorum Statibus ad Cameram Imperialem appelletur.*
107 *Et etiamsi solus Imperator cognoscat in causis feudalibus, & regalibus.*
108 *Quia haec omnia ex eorumdem Principum voluntate Imperato-*

ratori reservata fuerunt.

109 Et ideo sive Imperatori sive Cameræ suffragiorum numero victi inviti pareant supremam potestatem non amittunt.

110 Aurea Bulla superioritatem, & libertatem in Electorum Statibus confirmavit, & sustulit appellationem ab iisdem, & jus extremæ provocationis ipsis Statibus reservavit.

111 Quod in Statibus Saxoniæ, & Brandemburgicis observatur.

112 A Camera causæ remittuntur ad Saxoniam si quæ appellatio in certis casibus benignitate Electoram in aliis Statibus fuerit introducta.

113 Cum id permittentibus ipsis Palatinis fuerit usu receptum.

114 Et eorum superioritatem non tollit.

115 Cum etiam ad peregrinos Judices consuetudine induci possit ut appelletur.

116 In rebus ad Imperatorem spectantibus licet ad Palatinum tamquam Prætorio Præfectum provocare, & apud eum cum Imperatore contendere.

117 Summa potestas tamen Imperatoris, non læditur.

118 Sicuti non læditur suprema potestas Palatinorum dum ex pacto, vel eorum voluntate appellatio ab eorum Statibus ad Imperatorem permittitur

119 Certis ex causis ex lege fœderis rei fiunt & damnati puniuntur apud commune fœderatorium concilium.

120 Successio Familiæ Palatinæ ad Palatinatum refertur.

121 In successione & translatione Palatinatus ad aliam lineam familiæ, assensus Imperatoris intervenit.

122 Sed Imperatores assensum præstiterunt potius tamquam judices, quam ut largitores, & nullam superioritatem acquisiverunt.

123 Investituræ Palatinatus tam ante quam post pacem publicam jure semper clientelæ factæ fuerunt.

124 Ideo subjectionem non inducunt & superioritatem conservant.

125 Provincia æque principaliter sociata regitur tamquam libera & est solum adhærens sed non suppposita.

126 Privationes Statuum, & dignitatum factæ bellis fragrantibus causa religionis in Palatinatu non inducunt in eodem superioritatem Imperii de ratione, nam 129.

127 Quia in Comitiis Monasteriensibus privationes approbatæ non fuerunt, & ad firmandam privationem consensu Palatinorum opus fuit.

128 Et receperunt compensationem amissionis cum octavo Electoratu & Archithesauratus dignitate.

130 Officium Electo is Palatini primum Archidapipheratus, postea Archithesauratus jure sanguinis, & primogenituræ in posteros derivat, & n. 143. contrarium ante Auream Bullam, n. 144.

131 Sed hæc unio dignitatis, & Principatus est accidentalis nec submissionem inducit, & n. 133.

132 Quando Palatinis dignitas Electoratus data fuit jam summam in propriis Statibus potestatem habebant.

134 Nulla est discrepantia ut Princeps in propriis Statibus sit supremus & in majori hyerarchia sit officialis.

135 Principes Germani Ecclesiastici etsi uti Archiepiscopi sint officiales S. Sedis, eo tamen non sunt subjecti quoad statum temporalem S. Sedi.

136 Electores quoad particularia jura suorum Statuum sunt supremi, in iis vero quæ ad universale Imperium spectant sunt Imperii primi Officiales.

137 *Elector Palatinus Sede Vacante est Vicarius Imperii in Provinciis Jure Francico viventibus ab Imperatorum Saxonum temporibus.*

138 *Et vocatur Archipalatinus, & Archidux Palatinus.*

139 *Officia Electorum Palatinorum Rheni in ipsos translata sunt ex jure prefecturæ veteris & majoris domus quod apud Reges Francorum exercuerunt eorum majores.*

140 *Apud Reges Francos Magister Domus sive Pretorio Prefectus primus nempe Palatii Comes vicem Regis gerebat in omnibus, & idem poterat ac Rex eo absente, defecto, vel impedito & præsentem etiam admonebat.*

141 *Quod munus a Romanis, & Græcis usurpatum Goti, Longobardi in Francos tramandarunt.*

142 *Et distinguebatur ab Officiis Palatinorum qui Provincias regebant.*

Primarios Germaniæ Principes Palatinos Rheni ex suprema Pipinorum gente descendentes, tamquam ipsos solos ex Franco sanguine, & Carolina stirpe reliquos propria & Patrimonialia heredia, ditiones, civitates, & castra ad utramque Rheni ripam, & prope Mosellam, tamquam herediraria, extincta stirpe Carolina, possedisse & adhuc possidere, & ipsum Palatinatum Rhenanum, tamquam proprium, & ad posteros per longam temporum seriem translatum litteris Historicorum luculentis, fideque indubia proditum esse dicit *Carolus Ludovic. Tolnerus de Histor. Palatin. cap 2. in princ., & cap. 4. pag. 112. & cap. 7. pag. 176. Fricherus de Orig. Palat. cap. 3. ver. his cognitis, & cap. 3. in fin., & cap. 15. in. fine Pereus de Histor. Bavar. Palatin. in Mantiss. cap. 3. num.* 508.

Nam cum Carolus Martellus Pipinus, Heristallus, Ansegisus, Sanctus Arnulsus, cæterique Pipini, antecessores Caroli Magni, & Pipini Patris, sedes posuerint ad utramque Rheni ripam, tunc cum Reges Germani Franci Rheno transacto in Galliam pervenerunt, ibique tamquam Magistri Domus Regum Francorum & primarij Comites Palatij, ac proinde ipsorum Regum Iudices tamquam Prefecti Prætorio, Palatinatum Rhe-
nanum in administrationem habuerint 2
M. Wernherus Teschenmache ab Eruelfeidt in Annal. Cliviæ Iuliæ Montiæ &c. part. prima lib. 3. pag. 80. & *seqq.* quorum Regia ad Mosam Jopilla fuit, ut dicit *Leodius in comment. de Palatin. Orig. §. fuerunt autem &c. Marquard. Fricher. de Orig. Palat. cap. 2. vers. hæc origo, & cap. 3. vers. his cognitis. Pereus in Histor. Bavar. Palatin. lib. 3. sect. 2. num. 148., & per tot.*

Mos enim fuit ex Romanis usur-
patam administrationem provinciarum 3
Comitibus S. Palatij demandare, *ut ex. C. tit. de Palat. Sacr. largit., & de Comit. & d. Comit. & Archiat. Sacri Palat., et de Comit. qui Provinc. regunt, & de offic. Comit. rer. privat., & de Offic. comit. Sacri Palatij, & de Privileg. eor. qui in Sacro Palat. milit. & de castrense. omnium Palatin. pecul. lib. 12., & tradit Thomas Leodius in comment. de Palatin. Orig. vers. unde Livia &c. & vers. quæ quidem libenter.* Inter quos Præ-
fectus Prætorio primus Palatij Co- 4
mes, cui officium Archipalatini comparatur *Fricher. de Orig. Palatin. cap. primo §. porro* causas etiam ipsius
Imperatoris iudicabat, ut dicit *Fri-* 5
cher. de orig. Palatin. cap. 16. vers. deinde a Palatina &c. Tolnerus in Histor. Palat. cap. 4. pag. 113

Post tantam susceptam dignitatem antiqua Regum Francorum stirpe extinta, seu potius ob inertiam reie-
cta, ad Regale Francorum Fastigium 6
Pipinus Pater, & Carolus Filius pervenerunt *Pereus in Histor. Bavar. Palatin. lib. 3. sect. 2. M. Wernherus Teschenmacher ab Eruelfeldt. in Annal. Cliviæ Iuliæ Montiæ &c. part. 1. lib. 3. pag. 82. 101.*, eaque, quæ ratione officij ad Mosam, & Rhenum

pos

poſſidebant, patrimonialia facta, in
7 his Carolus Magnus maxima ſemper
animi dulcedine ſedem habere ſtudebat
Leodius ubi ſupra, *& Pereus in Hiſtor.
Bava. Palat. lib.* 3. *ſect.* 2. *num.* 147.
donec durante linea Carolina a ſucceſ-
ſoribus Caroli Magni, & ab ipſomet
Carolo alii indirecte per Fœminas ex
8 Pipinorum gente deſcendentes Palatini
in his regionibus facti *Fricberus de
Orig. Palat. cap.* 2. *verſ. hec Origo.*,
& cap. 3 *verſ. his cognitis* quorum
primus Rolandus Caroli Magni ex
9 ſorore Nepos *Thomas Leodius in com-
ment. de orig. Palat. verſ. longa dein-
de ec. Pereus in Hiſtor. Bavar. Pa-
lat. lib.* 3. *ſect.* 2. tandem Carolina
10 ſtirpe extincta, hæc loca Regum
Francorum Patrimonialia, nil cum
Imperio comune habentia, a Carolo
ante Imperium, uti Francorum Rege
acquiſita, ab ipſis Pipinis tranſverialibus
Palatinis, qui ea retinebant, partim jure
ſanguinis partim auctoritate, & poteſta-
te, qua regebant, in proprium patrimo-
nium translata, in his abſolutum domi-
nium acquiſiverunt *Tolnerus in Hiſtoria
Palat. cap.* 2. *de Origine Palat. in
princ. litt.* B. C. *Pereus in Hiſtor Ba-
var. Palatin. lib.* 3. *ſect.* 2. *per tot.*
Et adeo ſeſe extenderunt, ut tam-
quam patrimonialia poſſederint non
11 ſolum tractum ad Moſam, & circa Leo-
dium, ſed & totam Juliacenſem Cliven-
ſem & Montenſem regionem & utram-
que Ripam Rheni, ut dicit *Thomas Leo-
dius in comment. de Orig. Palat verſ.
fuerunt autem. Pereus in Hiſtor. Ba-
var. Palatin. lib.* 3. *ſect.* 2., *& in
Mantiſſ. cap.* 3 *num.* 508. *M. Wer-
nherus Teſchenmacher. ab Erueſeldt.
in annal. Cliviæ Juliæ Montiæ &c.
part.* 1. *lib.* 3. *pag.* 101. 104., *et
part.* 2. *memb.* 3. *ſect. prima in princ.
pag* 383., quæ Provinciæ longe ante
ex decreto Conſtantini Magni ab Im-
perio erant avulſæ *M. Wernherus Teſ-
chenmacher ab Erueſeldt. in Annal.
Cliviæ Juliæ Montiæ &c. part. prima
lib.* 2. *pag.* 68. *Comes Guidus Prio-
ratus in notit. Imper. lib. primo cap.* 15.
Et circa Ubios, & Sicambros,
ubi hodie Ducatus Juliacenſis, & Mon-
12 tenſis ita imperarunt, ut anno 1230.
Otho Comes Palatinus in Wilelmum
Comitem de Guliche plura caſtra, in-
ter quæ Pheu enuorph in feudum con-
ceſſerit *Fricberus de Origine Palat.
parte prima cap.* 11. *in princip. M.
Wernherus Teſchenmacher ab Eruel-
feldt. in Annal. Cliviæ Juliæ Montiæ
&c. part.* 2. *memb.* 3. *in princ. pag.*
356. *Ludovic. Tulner. de Orig. Pa-
latin. cap.* 2. *pag.* 5. *litt. A. cujus con-
ceſſionis diploma eſt apud Fricber. de
Orig. Palatin. part.* 2. *cap.* 8. *in fin.*
Et in Palatinatu inferiori plura
loca, & ipſum Caſtrum Hydelberch
pluries fuiſſe ab ipſis aliis infeudatum,
advertit *Fricber. de origin. Palat. cap.*
10. *verſ. huic Comitatui*, *Tolnerus
in Hiſtor. Palatin cap.* 7. *pag.* 196.
& de Comitatu Seynenſi a Ludovico
comite Palatino filio Othonis illuſtris
prædicti in feudum conceſſo Godfrido
Comiti Seynenſi anno 1273. memi-
nit *Magnus de Advocat. armat cap.*
6. *num.* 709. ubi diploma inveſtituræ
inſertum legitur.
Et quod eodem jure retenta fue-
rint poſterioribus etiam temporibus, 13
& hodiernis etiam retineantur a mo-
dernis Comitibus Palatinis, tamquam
dominis, & Principibus ſupremis ve-
re ex Rolando primo Palatino, & Caro-
lo Magno deſcendentibus teſte *Pereo in
Hiſtor. Bava Palatin. lib.* 3. *ſect.* 2.
Tolner. in Hiſtor. Palat. cap. 4. *pag.*
112., *& cap.* 7. *pag.* 176. & inde-
pendenter ab Electoratu, Archidapi-
feratu, & Palatinorum officio, quæ
Imperii ſunt nomina, & officia, con-
ſtat apertiſſime, ſi inſpiciatur tum
natura, & origo Principatuum Ger-
maniæ, tum conſtitutio, & periodus
moderni Imperii Romano Germanici.
Cum Germania enim ab initio
in plura regna diviſa, ſub certis Re-
gulis, & Principibus, non omnino
tamen liberis, & abſolutis a Senatus,
& Populorum voluntate, & cum
ſpecie quadam fœderis, & ſocietatis
inter Reges, & Provincias regerentur
teſte *Tacito de morib. German.* ibi „ 14
nec Regibus libera, & infinita Pote-
ſtas „ & luculenter *Spener in noti-
tia German. antiq. lib* 4. *cap.* 2. *§.*
19. 20. *& cap.* 3. *§.* 12. *& §* 20.
&

& cap. 5. §. 10. 11. Petrus Pithæus in observat. de Palatin. apud Marquard. Fricher. de orig. Palatin. pag. 10. & Fricher. cap. 5. ver. horum Germaniæ. Burcardus Gottelphius Struvius de jure public. Imp. Rom. German. cap. 1. §. 2.

A Romanis postea, & præsertim a Julio Cæsare subacta, in ea
parte circa Mosam, & Rhenum,
quæ nunc Juris Francici est. *Suetonius,*
15 & *Julius Cæsar. in comment.* in Provincias, Ducatus nempe, & Comitatus fuit redacta, ut dicit *Petrus Pitheus in observat. de Palatin. apud Marquard. Fricher. de orig. Palatin. pag. 10. Jacob. Carol. Spener. in notit. German. antiq. lib. primo cap. 3. §. 1. & 2. Burcardus Gotheffius Struvius in Histor. juris Roman. cap. 10. § primo.*

Donec a Clodovero, & aliis
Regibus Francorum, Romanis trans
16 Rhenum expulsis, & Galliæ etiam
parte occupata *Struvius d. cap. 10. § 1. Spener. in notit. German. antiq. lib. 4. cap. 5. §. 9. 10. 11. Fricher. de orig. Palatin. cap. 1. vers. porro Antonius Thysius de veter. reb. public. cap. 9 de rep. antiq. German. prope fin. pag. 311.*, Carolus Magnus Francorum successor Religione, & pietate plenus, fortis potensque Christiani nominis propagator, adeo felix, tantusque evasit, ut totam Germaniam, Saxoniam etiam quæ diverso jure Saxonico regebatur in suam ditionem redegerit. *Pereus in Histor. Bavar. Palatin. lib. 1. sect. 2. n. 20. Struvius in histor. jur. Roman. cap. 10. §. primo. Speren. in histor. German. universal lib. 3. cap. 2. §. 3. 4.*

Ex quo factum fuit quod Saxonibus, & finitimis Provinciis propriis
legibus a Carolo relictis, tota Germania partim Francico, partim jure
17 Saxonico gubernari cæperit, prout, adhuc regitur, & gubernatur. *Eiseviry in lib. qui inscribit. Resp. & Status Imper. German. parte 2. art. 3. de orig. vicar. Imper. pag. 101. Struvius in histor. jur. Roman. cap. 10. §. 1.*

Et misertus Carolus Italiæ plagis, & Ecclesiæ Romanæ periclitantibus Pontificibus a Longobardorum
Regibus afflictis, & profligatis, re- 18
gnum Longobardicum subegit *Spener. in histor. German. univers. lib. 3. cap. 2. §. 4. 5. Pereus in histor. Bavar. Palatin. lib. 1. sect. 2. num. 20. Antonius Thysius de celebr. veter. rebus publ. cap. 9. de rep. antiq. German. prope finem pag. mihi 311.*

Quare a Pontifice Imperatoris titulo condecoratus, acquisitiones factas in Occidentali plaga tum Pontificio, tum conventionali divisionis ju-
re cum Irene Orientis Imperatrice, 19
& Niceforo Principe Romani Imperii Occidentalis titulo superaddito tamquam liberas, & proprias, & ad heredes transitorias accepit. *Spener in histor. German. univers. lib. 3. § 9. cap. 2. Pereus in histor. Bavar. Palatin. lib. 1. sect. 2. num. 2. vers. Inper. Baron. Annal. Ecclesiast. annal. 802. num. 5. Antonius Thysius de veter. rebuspub. cap. 15. pag. 425. Sigon. de Regno Ital. lib. 4. annal. 802. Gronov. ad Grotium de jur. Bell & Pacis lib. 2. cap. 9 § 11. num 72. Reinckinq. de reg. Imp. lib. 1. clas. 2. cap. 8 num. 38.*

Et Imperium ita in duo Regna divisum Teutonicum, & Longobardicum, tamquam proprium liberum, & patrimoniale, & ad heredes transmissibile uti propriis armis acquisitum retinuit *Frider. de orig. Palatin. cap. 3. vers. illud negare &c. Eseviry in lib. qui inscribitur resp., & Status Imperii Roman. German. tom. 1. cap. 3. de transl. Imper. in princ. usq. ad annum 813. pag 195. Reinckinq. de regim. Imper. lib. 1. clast. 3. cap. 2.*
num. 6. quod propterea tamquam he- 20
reditarium in Carolinam gentem, & progeniem libere usque ad Ludovicum IV. translatum fuit. *Esevery in lib. qui inscribit. Resp. & Status Imp. Roman. German. tom. 1. cap. 3. de translat. Imper. ann. 899 pag 216. Reinckinq. de regim. Imper. lib. 1. clas. 3. cap. 2. num. 6. Struvius de jure publ. Imp. Rom. Germ. cap. 1. §. 2. & cap. 6. §. 78. & cap. 7. §. 2.*

In quo Carolina masculorum gen-
te finita cum de regno, seu Imp. non 21
di-

disposuerit, quod dispositionis erat subjectum, ut dicit *Struvius de jure publici Imp. Rom. Germ. cap. 6. §. 78.* Imperium Romanum a Germanis, Gallis, & Italis controversum, cum incertus esset legitimus Caroli Magni & Ludovici ultimi successor, evanuit, & nullius esse cœpit *Spener. in histor. univers. German. lib. 4. cap. 2. §. 1. 2. & seqq. & 8. Puffendorff. de jur. natural. & gent. lib. 7. cap. 7. §. 7. & de systemat. civit. §. 9.* & Populi, qui in ditione Carolin-
22 giorum fuerunt, sui juris remanserunt, defectis personis, qui jus in eos habuerant *Grotius de jur. Bell. & Pac. lib. 1. cap. 3. §. 7. num. 2. & lib. 2. cap. 9. §. 1. & §. 8. Arnisæus de repub. lib. 1. cap. 6. sect. 5. num 17.*

Quapropter cum Germaniæ Principes, qui provincias regebant quasi jure postliminii Germania tota ad
23 antiquos suos Principes, & Reges finita linea Carolina esset restituenda, & devoluenda, omnem potestatem in provinciis, (quæ hereditariæ a Carolo Magno, & Carolingiis successoribus fuerant factæ *Joann. Angel. Werdhenagen. de reb. public. Hansiatic. in proem. tit. de origin Elector. pag. 95. Spener. histor. German. univers. lib. 4 cap. 8. num. 3. & 5. part. 1.* ubi quod apud Carolingios non servierunt Germanicæ Provinciæ, sed imperarunt, priscis moribus, & institutis libere usæ) sibi usurparunt, & Populi ipsi illos in Principes, & Dominos recognoscentibus jus supremum Provinciarum in illos transtulerunt *Struvius de jure publ. Imp. Rom. Germ. cap. 1. §. 2. & cap. 6. §. 78. Fricher. de orig. Palat. cap. 15. per tot Jo. Angelus Werdhenag. de rebus pub. Hansiatic. tit. de origin. Elect. pag. 94. 95. 96.*

Quod potentiori jure sanguinis, & successionis, a Palatinis, ex Carolina stirpe indirecte per fœminas descendentibus factum fuit in Provin-
24 ciis circa Rhenum, & Mosellam Caroli Magni patrimonialibus, quorum Duces & Comites cum suprema potestate facti fuere, ut supra demonstratum est, & probat *Pereus in histor. Bavar. Palatin. lib. 3. sect. 2. & in Mantiss. cap. 3. num. 508. Ludovic. Tolner. in histor. Bavar. Palatin. cap. 2. per tot.* & Palatinatus Provincia primum ab antiquissimo Palatinorum officio nuncupata, in qua Comites Palatini officium Gubernatoris gerebant, *Pereus* in *histor. Bavar. Palat. in Mantiss. cap. 2. n.* 25
502. *& per tot.* & postea quia Palatini officium in jus, & potestatem Principis fuit translatum, & Palati- 26
nus Princeps fuit factus, & Princeps Palatinus nuncupatus, & Provincia etiam a Principis nomine Palatinatus dicta fuit. *Pereus de histor. Bavar. Palat. in Mantiss. cap. 3. num. 512. Ludov. Tolnerus in histor. Bavar. Palat. cap. 2. pag. 3. lib. 5.* quam Justitiæ officinam, & scholarum nutriciam appellat *Fricher. de orig. Palat. cap. 14. in fin.* quorum Castra, etiam hodie a Palatinis Principibus in feudum conceduntur *Pereus in hi-* 27
stor. Bavar. Palatin. lib. 3. sect. 2. num. 151. & *in Mantiss. cap. 3. n. 508. Tolnerus in histor. Bavar. Palat. cap. 2. pag. 3. litt. F.*

Successionis itaque legibus in Imperio extinctis, & Provinciis aliis he- 28
reditario jure a Principibus occupatis, & aliis ad pristinam Pagorum, & Ordinum libertatem reversis *Joann. Ang. Werdenhagen. de reb. publ. Hanseatic. tit. de orig. Elect. Imper. Roman. German. Elsevirj in libro, qui inscribit. resp. & Status Imper. tom. 2. art. 1. de Elect. Imper. pag. 4. 5.* Imperium potentia potius quam jure aliquo Majorum Principum electivum
constitui cœpit; *Struvius de jur. publ. Imper. Rom. cap. 7. §. 2.* non legit- 29
timum consensu omnium Provinciarum, & Populorum, prout rite fieri poterat, sed intrusivum in Potentioribus Principibus, qui in diversis etiam Comitiis ob electionis dissidia eodem tempore plures in Germania eligebantur, sicut in Italia Vido, & Berengarius potentiores duces Imperium contenderunt *Fricher. de Orig. Palat. cap. 15. per tot. Sigon de regn. Italiæ lib. 6. in princ. Jacob. Lampadius de resp. Rom. German. cap. 3. num. 3. Spener. in*

in histor. German. universal. part. 1.
lib. 4. *cap.* 4. *num.* 9. *Pereus in bi-*
stor. Palatin. in Mantiss. cap. 15. &
hac de causa cum incerta esset horum
30 Imperatorum potestas, & a pluribus
controversia, quin imo ab ipsis etiam
regni Ordinibus eligentibus electo pa-
reretur, quantum ipse staret pactis
electionis *Spener. in histor. univer. Ger-*
man. lib. 4. *cap.* 8. *num.* 6. quibus
plerumque cautum erat quod Provin-
31 ciæ ab Ordinibus, & Principibus re-
tentæ Imperio non vindicarentur *Klocb.*
de ærar. lib. 1. *cap.* 4. *num.* 90. 91.
Hinc factum fuit quod primævis tem-
32 poribus nullam aliam Imperatores po-
testatem, & jurisdictionem exercere,
quam in propriis statibus eminentem
Imperatorio titulo condecoratam ausi
fuerint. *Elsevir in lib. inscripto resp.*
& Status Imper. lib. 1. *cap.* 3. *de bi-*
stor. translat. Imper. Donec ad Saxo-
33 nes Imperio translato, Otho primus
Magnus ab Italis ad dirimenda eorum
dissidia evocatus, & Romæ corona-
tus ann. 961. cum Imperium Roma-
no Germanicum esse cæperit *Spener.*
in histor. German. univers. part. prima
lib. 4. *cap.* 4. *§.* 13. *Struvius de jur.*
public. Imper cap. 1. §. 3 Plura Im-
perii jura firmare, & renovare, &
Potentiores Principes conterere tenta-
vit; Duces tamen, & Principes Ger-
maniæ magis magisque Ducatus, Co-
mitatus, & Castra propria sibi red-
34 dere, & hereditaria facere curarunt.
Burcardus Gotthelphius Struvius in bi-
stor. jur. Rom Justin cap. 10 *de jur.*
publ. §. 4. *& in d tract. de jur. publ.*
Imp. Rom. cap. 1. §. 4 5

Et propterea sub Othonibus cum
Præfecturæ cessaverint, Principes Im-
perii jure proprio, cum dignitate qua-
35 si regia hujusmodi ditiones hereditarias
habuerunt, ultro Imperatoribus rega-
lia omnia offerentibus *Peller. in obser-*
vat. apud Klocb. de exam. lib. 1. *cap.*
4. *num.* 188. *Joan. Angel. Werdben-*
bager. de reb public. Hanseatic. in
proemi tit. de orig. pag. 96. *Struvius*
in d. tract. de jur. publ. cap. 1. *§.*
4. 5. quæ potius jure continuatæ po-
36 testatis, quam ante Imperium habe-
bant, quæ Imperio superveniente non
cessavit, Principes, & Status habuis-
se dicit *Bacovius ad disp. Treutler.*
tom. 1. *disp.* 3. *thes.* 6. *litt. E. vers.*
altera ratio &c.

Unde sub Saxonibus Imperatori-
bus Comitem Palatinum Rheni in
Principis dignitate semper habitum 37
mensæ Othonis Magni præesse *Spener.*
in histor. German. univer. part. 1. *lib.*
4. *cap.* 4. *§.* 2. & nulli subjectum
Provinciæ Duci dicit idem *Spener. in*
histor. German. univers. part. 1. *cap.*
8. *lib.* 4. *§.* 11. *&* 19. ubi eo tem-
pore Eberhardum Francum, Herman-
num Arnulphi Bavari filium, &
Exonem regnasse asserit; & dicit *Stru-*
vius de jure public. cap. 3 *§.* 10. &
tunc temporis Palatinum Rheni dici 38
cœpisse, ut distingueretur a Palatino
Saxoniæ, quia primus jus Francicum,
alter jus Saxonicum tuebatur *Pereus*
in histor Bavar. Palatin. in Mantiss.
cap 3. *num.* 509 *Fricher. de orig.*
Palatin. cap. 15. *vers. ab eo igitur*
tempore & in fin. & cap. 16. *vers.*
deinde a Palatina. Joan Angel. Werd-
bnagen. d. tit. de origin. Elect. pag.
88 89. *Tolnerus in histor. Bavar. Pa-*
latina cap. 8. *pag.* 1. *litt. E. F. &*
pag. 2 3.

Quare procedentibus Germaniæ
dissidiis, tum in Electione Imperato-
rum, tum in eorumdem potestate cum
Germaniæ Principibus absolutam po-
testatem exercentibus, tantum discor-
diarum pabulum increbuit, ut cum
Henricus VI. quietis publicæ causa
imperium hereditarium facere anno 39
1191. frustra tentasset *Struvius in bi-*
stor. juris Justin. cap. 10. *§.* 12. *&*
de iure public. cap. 7. §. 3. *Elsevir*
in lib. inscrip. resp. & Stat. Imper.
tit. 2. *art.* 1. *de Elect. Imp. pag.* 4.
5. ad illud fatale Majestati Impera-
toriæ interregnum magnum post mor- 40
tem Corradi IV. ann. 1254. ortum
deventum fuit; in quo Germania us-
que ad annum 1572. sine Imperatore
perduravit, & Status, & Principes
omnia jura Imperii sibi vindicarunt
Struvius in histor. jur. Rom. cap. 10.
§. 13. *& de iure public. cap.* 1. *§.* 6.
Peller. ad Klocb. de Ærario lib. 1. *cap.*
4. *n.* 144. & Aulæ Imperii septem
pri-

Primarii Officiales, inter quos Co-
mes Palatinus Rheni Archidapifer jus
41 eligendi Imperatorem, secundum *Thua-
num*, & *Struvium*, sibi assumpserunt
*Jacob. Lampad. de rep. Roman. Ger-
man. cap. 4. de Elect. num.* 1. 2.,
quamvis secundum alios, & plures
magis communiter occultis initiis longe
ante post Othonem Tertium hanc po-
testatem omnnibus Statibus comunem,
saltem auditis eorum suffragiis, septem
viros exercuisse profiteatur *Fricber. de
42 origin. Palat. cap. 15. per tot. Jo. An-
gel. Werdbenagen. de reb. publ. Han-
seat. tit. de orig. Elect. Imper. Roman.
German. pag. 81. Elsevirii in lib. in-
scripto resp. & Stat. Imp. Rom. Ger-
man. tom. 3. tit. de translat. Imp.
idem Struvius de jur. publ. Imper. Rom.
cap. 16. §. 9.* 10. donec postea, at-
tritis Familiis præcellentioribus, &
mota intestinis dissensionibus Germa-
nia, patientibus aliis, ad septem vi-
ros tacite fuisse restrictam *Weiinchins.
de regim. Imp. lib. 1. class. 4. cap. 3.
num. 8. Struvius de jur. pub. dicto cap.
16. §.* 11. 12. Et idcirco subsequen-
tes Imperatores communi Electorum
consensu creati, & Electionis condi-
tionibus adstricti, ne Principum Sta-
tus invadere possent in tanta Princi-
pum potentia, jura, si quæ erant re-
liqua Imperii retinentes; Carolus IV.
tandem anno 1356. aurea illa Bulla,
ne in diem pessum irent, & decresce-
43 rent eadem firmare, & statuere om-
ni jure eligendi, & superioritate, &
suprema potestate cum omnibus rega-
libus septem viris in statibus relicta
decrevit, ut in *Aurea Bulla cap.* 9.
10. 11. *& seqq. Struvius de jur. publ.
Imp. cap. 7. §. 6. & 7. & cap.* 1.
§. 7. & cum de pace publica firman-
da per totam Germaniam inter Im-
perium, Ordines, & Principes per
subsequentes Imperatores actum fuerit,
Deo inspirante sub Friderico III. anno
1486. in Comitiis Franchefurtensibus
pax publica, & desiderata reformatio
inter Imperatorem, & Principes Ger-
maniæ incepta, sub Maximiliano I.
postea in Comitiis Wormatiensibus
anno 1495. in perpetuum valitura
44 Imperatoris, & omnium Statuum
consensu fuit roborata de qua apud
Gayll. de pac. publ. lib. 1. cap. 1. El- 2
*sevirii in lib. inscr. resp. & Stat. Imp.
part. 2. art. 10. in constit. de pac.
publ. Struvius de jur. public. cap. 1.
§.* 8. In qua in præsentem formam,
& statum Imperium Romano Ger- 45
manicum fuit redactum, de quo pe-
nes *Thuan. in descrip. German. lib. 2.
histor.* & Aurea Bulla ex pacto fœde-
ris ibi recepta fuit, & Cameræ Im- 46
perialis institutio cum omnium Sta-
tuum assessoribus fuit facta *Jacob.
Lampad. de constit. Imp. Roman. cap.
16. num. 7. 8. 9. Elsevirii in lib. in-
scrip. resp. & Status Imp. part. 2. art.
11. cam. Imp. Struvius de jur. pub.
cap. 1. §.* 8. 11. & Principibus, &
præsertim Electoribus suprema pote- 47
stas in Statibus relicta, Pace postea
Wesphalica anno 1652. confirmata
Struvius histor. jur. Justin. cap. 10. §. 48
*21. 22. 29. & 30. & de jur. public.
cap. 1. §. 10. & cap. 7. §. 78. Spe-
ner. in histor. German. univers. lib. 3.
cap. 4. §. 2. & lib. 5 §. 14. 15 16.
Comes Gualdus Prioratus in tract. de
notit. Imp. lib. 1. cap. 15. vers. sono
dunque &c.*

Et hæc dici debet decisio, seu
potius transactio, seu divisio successio-
nis Imperii hereditarii Carolingiorum,
& ex hoc tempore Imperium inter
Germanos, qui in pace publica inter-
venerunt legittimum esse cœpit, quod
Aristocraticum potius, quam Monar-
chicum ex Bodini sententia defendit 49
*Antonius Tbysius de celebr. vet. reb. pub.
cap. 15. pag. 419. & Thuan. in descript.
German. lib. 2. histor. Comes Gualdus
Prioratus in notitia Imper. lib. primo cap.* 2.
per speciem quamdam fœderis, seu societa-
tis Principum Regnantium Remp. con-
stituentis Achæorum concilio, aut Am- 50
phytiorum consessui 12. Greciæ Po-
pulos complectenti a *Grotio de jur.
Bell. & Pac. lib. 1. cap. 3. §. 7. n.*
2. & a *Gronov. ibid.* 7. Belgii conso-
ciatis Populis comparatæ; Vel ut sensit
Struvius de jur. pub. cap. 7. § 78. spe-
ciem quamdam anomolam continet,
regularem quidem quia legibus suis est
definita, sed ad formas Aristotelicas
minime adplicandam quia secundum
re-

regulas Politicorum receptas definiri
51 nequit; quidquid ſentiat *Reynching. de
regim. Imp. lib.* 1. *claſs.* 2. *cap.* 2.
cujus dicta bene procedunt in reſerva-
tis ſoli Imperatori; Cæterum ſi uni-
verſum Imperium reſpiciamus, dum
52 Rex, ſeu Imperator ſubeſt ſenatui, ſeu
Comitiis Principum, & Ordinum
Provinciarum, partem facit in Ari-
ſtocratia *Grotius de jur. Bell. & Pac.
lib. primo cap.* 3. *§.* 8. *num.* 11. *in
fin.* & componit fœdus æquale, ut
Helveticum, & Belgarum *Huberus
de jur. civit. lib.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 3. *n.*
14. 16. a quibus *num.* 17. nil differre
aſſerit, niſi ſpecie, & nomine, non
re Imperium, & Regnum Germani-
53 cum, quia caput, & Princeps hujus
fœderis nil ſpeciale habet, niſi nomem
Cæſaris, Imperatoris, Auguſti, quæ
verba implent auditum idea ſummæ
poteſtatis, & Majeſtatis imitamentis.

Et hinc eſt quod ex *Reſtauro
Caſtaldo de Imperat.* dicit *Scacc. de
Appellat. quæſt.* 8. *num.* 13. *Klocb. de
ærario lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 114. *&* 115.
quod Aquila inter Electores, & Prin-
cipes, & Status Imperii diſtribuerit
prædam ſuam non curans in omnibus
epulis os apponere, quia ditiones,
& territoria in Dominio, & pa-
trimonio Principum remanſerunt, Im-
peratore ex contractu, & capitula-
tione Cæſarea, Statibus Imperii ad
hæc omnia efficaciter obligato *Klocb.
de ærar. lib.* 1. *cap.* 4. *d. num.* 114.
& ſeqq. ac proinde ſecundum *Bald. in
rub. de regal. num.* 1. Principes Ger-
maniæ ab Imperatore, niſi ambitus
ratione, ſicut ſcapha a navi non dif-
ferunt *Myller. de matrim. cap.* 7. *n.* 5.
Nam etſi ſubmiſerint comitiis, &
Cameræ Imperiali Status, & Pro-
vincias in pace publica, & in aliqui-
54 bus etiam ſoli Imperatori, hæc ta-
men ſubmiſſio non tollit ſupremam
poteſtatem in ſuis ditionibus, ſed po-
tius eam detegit, & confirmat, quia
eatenus jus ſuffragii habent in Comi-
tiis, quatenus ſunt ſupremi, & ex
hoc ſuffragii jure ſtatuum auctoritas
emergit ſtatim, ut dicit *Jacob. Lam-
pad. de rep. Roman. German. cap.* 3.
55 *num.* 4. 5. *Reinching. de regimin. Im-
per. lib.* 1. *claſſ.* 5. *cap.* 5. *num.* 5.
& prius claſſ. 4. *cap.* 1. *num.* 25.
& idcirco, quæ in Comitiis quoad
totum Imperium ſtatuuntur, & Do-
minorum ſtatuum poteſtati relinquun- 56
tur, ea Principes Comitiorum parti-
cipes in ſuis ditionibus independenti
poteſtate, tamquam Domini Supremi
adminiſtrant *Jacob. Lampa. de conſtit.
Imper. Rom. German. cap.* 14. *n.* 23.
in his vero, quæ publicis, & uni- 57
verſalibus legibus comitiorum utilita-
tis totius Imperii cauſa impediuntur, aut
Imperatori reſervantur, cum ex pro-
pria conventione numero ſuffragiorum
victi parere cogantur, & perinde ſint
ac ſi a ſeipſis eſſent ſtatuta, & de-
creta ſuperioritatem, & independen-
tiam non amittunt *Jacob. Lampad.
de rep. Roman. German. cap.* 3. *num.*
17. 18. 19. 20. *& cap.* 14. *num.* 24.
Huberus de jur. civit. lib. 1. *ſect.* 3.
cap. 3. *num.* 9. 11. *& ſeqq.*

Sicut enim utilitatis propriorum
Statuum cauſa, Imperatoris, & alia- 58
rum Provinciarum jus ligant, &
coarctant, ita eorum jus propter bo-
num univerſale omnium coarctatum,
remanet *Jacob. Lampad. de rep. Rom.
German. cap.* 14. *num.* 21. 22. 23.

Et ita re rite percepta bene Im-
perium ſciſſum, & partitum inter
Germaniæ Principes dicitur per *Gloſſ.* 59
*in rub. C. de ſtud. liber. Urb. Romæ
lib.* 1. *Klocb. de Ærar. lib.* 1. *cap.* 4.
num. 116.

Et Imperator Capitulationibus
Statibus adſtrictus, adinvicem devi- 60
ctus, & Patronus dicitur *Peller. ad
Klocb. de Ærar. lib.* 1. *cap* 4. *n.* 190.

Et horum Principum poteſtas,
quam eorum Proceres Majores ante
Imperium habebant, continuata dici- 61
tur ſuperveniente Imperio *Bacovius ad
diſput. Treutler. Tom.* 1. *diſput.* 3.
theſ. 6. *litt. E. verſ. altera &c. Stam. de
ſervit. perſonal. lib.* 3. *cap.* 10. *num.*
15. *verſ. juriſdictionalia Principes.*

Et Principes & Status eamdem
poteſtatem habere in ſuis ditionibus,
quam habet Imperator in univerſo 62
Imperio, firmant *Bacov. ad Treut-
ler. tom.* 1. *diſp.* 3. *theſ.* 6. *litt. E.
verſ. altera ratio,* & *diſp.* 23. *theſ.*
6.

1. *litt. C. Kloch. de contrib. cap.* 4.
num. 144. *Gayll. lib.* 1. *de pac. publ.*
cap. 6. *num.* 10. *& seqq. Scrader. de*
feud. part. 10. *sect.* 6. *num.* 87. *&*
sect. 47. *num.* 46. *Magerus de Advo-*
cat.armat. cap. 6. *n.*74. 78. *Elsevirii*
in lib. inscript. resp. & Stat. Imp. p.
2. *art.* 6. *Princ. Imp. Dignitat. &*
jur. Kloch. de Ærar. lib. 1. *cap.* 4. *n.*
114. *& seqq. & ibi Peller. num.* 188.
non eamdem specie, sed proportione,
& similitudine juris, non paritate
63 potestatis, ut bene declarat *Peller. in*
observat. ad Kloch. de Ærar. lib. 1.
cap. 4. *num.* 194. & hac declaratio-
ne retenta, conveniunt omnes, qui
64 de hac re scripserunt, & concordat
Sixtin. de regal. lib. 1. *cap.* 5. *num.*
121. *& seqq. Reynching. de regim. Im-*
per. lib. 1. *class.* 5. quia nempe quod
potest Imperator in sibi reservatis in
Imperio, idem possunt Principes in
juribus particularibus Provinciarum
iisdem reservatis, & Imperio non
communicatis.

Sicut enim Imperium, & Im-
perator ob bonum Imperii Publicum,
65 & universale, & propter summa Im-
perii jura in omnibus statibus impe-
rat, & jubet *Jacob. Lampad. de rep.*
Roman. German. cap. 3. *num.* 19. 20.
Huber. de jur. civit. lib. 1. *sect.* 3.
cap. 2. *num.* 12. *Grotl. de jur. bell.*
& pac. lib. 1. *cap.* 3. *§.* 21. *num.* 8.

Ita Principes ob bonum parti-
culare cujusque ditionis, & status,
& subditorum eadem suprema pote-
66 state in suis Statibus disponunt *Huber.*
de jur. civit. lib. 1. *sect.* 3. *cap.* 3.
num. 13. 14. *Grotl. de jur. bell. &*
pac. lib. 1. *cap.* 3. *§.* 21. *num.* 2. &
directum dominium habere dicuntur
respectu Statuum sibi subjectorum,
67 quamvis utile sit, si Imperium, &
Imperatorem respicias. *Peller. ad Klo-*
ch. de ærar. d. cap. 4. *lib.* 1. *n.* 191.
& propterea etiam plus aliquando
68 possunt, quam solus Imperator, ut
dicit *Bacovius ad Trentler. tom.* 1.
disp. 3. *thes.* 6. *litt. E. vers. altera*
ratio, *& disput.* 23. *thes.* 1. *litt. C.*
Elsevirii in lib. inscrip. resp. & Stat.
Imper. part. 2. *art.* 6. *Princip. Imp.*
69 *dignit. & jur.* quia Imperator etiamsi
aliquando solus jubeat, & imperet in
Statibus circa quædam communia, &
universalia prerogativæ numeri suffra-
giorum exempta, quæ tam in fœdere
æquali cum summa potestate in reli-
quis compatiuntur *Huber. de jur. ci-*
vit. lib. 1. *sect.* 3. *cap.* 3. *num.* 15.
quam in alio inequali supremæ alio-
rum potestati non officiunt, ut exem-
plo Regum Atheniensium, & Lace-
demoniorum *Grot. de jure Bell. &*
Pac. lib. 1. *cap.* 3. *§.* 21. *num.* 8.
pluries tamen absque consensu Princi-
pum, & præsertim Electorum ut in 70
novis legibus constituendis & pluribus
aliis in quibus ad consensum Statuum
Imperii obligatur, plus quam Princi-
pes ad consensum Statuum Provincia-
lium imperare non potest *Sixtin. de*
regal. lib. 1. *cap.* 4. *num.* 29. 30. *Ja-*
cob. Lampad. de rep. Roman. German.
cap. 16. *num.* 13. *Elsevir. in lib. in-*
scrip. resp. & Stat. Imp. part. 2. *art.*
6. *Princip Imp. dignit. & jur. Stru-*
vius de jur. publ. Imp. cap. 26. *§.* 63.

Principes vero præsertim Ele-
ctores in propriis ditionibus ob bo-
num particulare omnia imperant, &
disponunt, & eorum superioritas,
quam vocant territorialem, a summa 71
potestate non discrepat. *Huber. de jur.*
civit. lib. 1. *sect.* 3. *cap* 3. *num.* 19.
Mager. de Advocat. armat. cap. 6.
num. 81. Et in Civilibus, & Crimi-
nalibus omnia dispensat, imo majo-
rem adhuc circa dispensationes Princi-
pes habent facultatem, quam Impera-
tor, *Struvius de jure public. cap.* 26.
§. 63.

Et hinc est quod Cæsar plus ju-
ris habeat in Civitatibus quarum est 72
Dominus, & Princeps hereditarius,
quam in aliis ad Imperium spectanti-
bus *Kloch. in relat. cam. Imper. relat.*
169. *num.* 112. 113.

Tollitur igitur omnis discrepans
jus, quod duo in eodem Statu, &
ordine primi, seu supremi esse non
possint, prout opponunt aliqui, quia
sicut diversis respectibus duo in soli-
dum Domini in eadem re reperiuntur.
Antunez. de donat. reg. lib. 3. *cap.* 73
12. *num.* 43. 44. *& seqq.* & in re
privata Pater familias ad familiæ uti-

litatem dominus est, ad utilitatem vero, & necessitatem universorum Princeps, seu universitas disponit *Lampad. de constit. Imp. cap. 9. num. 5.*

Ita duo supremi Principes in eadem ditione esse possunt, unus pro
74 bono Status, & Provinciæ in specie, & alter pro bono communi totius Imperii, & omnium provinciarum, quod jus particulare Provinciæ defendit, & conservat *ad Tex. in L. 1. §. fin. vers. sed enim gregem ff. de rei vindicat. Reyncbing. de regim. Imp. lib. 1. class. 5. cap. 1. num. 67. cap. 3. num. 11.*

Et hæc defensio Imperii non su-
75 bjectionem Statuum inducit, quia ex conventione, & jure propriorum Statuum quæsita, potius illa dependet a Statibus, quam quod illa Status subiciat. *Natt. conf. 139. num. 1. Huber. de jur. civit. lib. 1. sect. 3. cap. 3. num. 39. Reyncbing. de regim. Imper. lib. 1. class. 5. n. 28. 29. 30.* & Duces, & Marchiones horum Sta-
76 tuum in reservatis Imperatorem recognoscentes non sunt inferioris conditionis illis, qui Imperatorem nullo modo recognoscunt, quia Imperio Romano serviendo sibi servire dicuntur, & libertate potiri *Reyncbing. de regim. Imper. lib. 1. class. 5. cap. 5. num. 18. 19. & prius class. 4 cap. 3. num. 3. Mager. de Advocat. armat. cap. 6. num. 186.* ac propterea sub clientela Imperii Status esse dicuntur, quæ subjectionem non impor-
77 tat *Gayll. observat. lib. 2. cap. 54. n. 1. 2. 3. Reyncbing. de regim. Imp. lib. 1. class. 5. cap. 3. num. 29. 30. Mager. de Advoc. arm. cap. 6. num. 76. & cap. 7. num. 15.* ubi bene demonstrat quod superior esse potest etiam sub clientela inferioris.

Et jure clientelari Imperii investituræ Germaniæ Principibus plerumque, & præsertim Electoribus dantur,
78 ut apud *Petrum de historia Bavar. Palatin. in append. poster. ad lib. 6. sect. 3. pag. 545. & 569.*

Nil refragante quod jus Clientelæ potius fœdus inæquale præseferat, protectionis nempe, & Advocatiæ
79 Mundiburgi ut dicit *Grott. de jur. bell. & pac. lib. 1. cap. 3. §. 21. num 1.* quia prætermisso quod etiam in fœdere æquali datur caput, & 80
Princeps, qui fœdus regat, seu universale Collegium, & Camera, sub cujus protectione, & Clientela Civitates, & Principes fœderati in rebus Provinciarum particularibus defenduntur & conservantur *Huber. de jur. civit. lib. 1. sect. 3. cap 3. num. 15.*

Sive æquale sive inæquale fœdus sit, etiam inæquale si pactione sit 81
acquisitum, servat semper libertatem, & supremam potestatem ei, qui sub fœderis clientela tuetur *Grotius de jur. Bell. & Pac. lib. 1. cap. 3. §. 21. n. 2. 3.* etiam si tributa, & præsta- 82
tiones solvat *Grotius de jur. bell. & pac. lib. 1. cap. 3. §. 22. Huber. de jur. civit. lib 1. cap. 3. sect. 3. num. 38. 40.* sive sit inferior, qui defen- 83
sionem, & protectionem habet, ut in Statibus Majorum Principum viciorioribus Statibus Inferiorum *Mager. de Advoc. Armat. cap. 7. num. 12. 16. 20. & per tot.* sive sit superior, quia adhuc, etsi dignitate, & autho- 84
ritate vincat inferiorem, in Statibus tamen inferioris non disponit *Groti. de jur. bell. & pac. lib. 1. cap. 3. num. 2.* sed is tantum majestatem, & dignitatem superioris comiter con- 85
servat *Groti. de jur. bell. & pac. lib. 1. cap. 3. §. 21. num. 1. 2. Huber. de jur. civit. lib. 1. sect. 3. num. 23. 24.* quam formulam explicat *Cicero in oration. pro Balbo* ibi „ Majestatem Populi Romani comiter conservanto „ & bene *Joannes Henricus Boecler. in Groti. de jur. bell. & pac. lib. 1. cap. 3. §. 21.* & ut Florus notat etsi immunis sit, sentit tamen majoris Imperii magnitudinem; quam Imperii reverentiam vocat Tacitus, quæ aliquando si po- 86
tentia multum antecellat, & fœdus perpetuum sit, in Imperium proprie dictum transfertur *Groti. de jur. bell. & Pac. lib. 1. cap. 3. §. 22. n. 10.* quod in fœdere Germanico cum capite electivo constituto, & Statuum, seu Principum frequentioribus Comitiis, & Cameræ Imperialis ordina- 87
tionibus supposito accidere non potest, quod fœdus esse æquale aperte convincit

cit ut demonstrat *Huber. de jur. civit. lib. 1. sect. 3. cap. 3. num. 17.* quia auctoritas Imperialis Statibus per erectionem Cameræ Imperialis communicata fuit *Struvius de jur. public. cap. 24. §. 65.*

Consentiunt itaque omnes, quod cumulative, non abdicative, & privative quoad Statuum particularia jura, jus suum Principes, & Status in Imperium, & Imperatorem con-
88 tulerint quoad bonum Imperii universale. *Peller. ad Klocb. de ærar. lib. 1. cap. 4. num. 196. & in vot. camer. relat. 169. num. 70.* qua ratione Erasmus Roterdamus bene scripsit Card. Campegio, magnam esse Caroli V. Cæsaris potentiam; sed hoc nomen non ab omnibus agnosci, Germanos illud sic agnoscere ut imperent verius, quam pareant. Et eumdem Carolum V. dixisse fertur in aliis Regnis,
89 mancipiis, & servis, at in Germania liberis, & Regibus, qui faciunt quid volunt imperare. Et Maximilianus I. Regem Hispaniarum, Regem
90 hominum, se Regem Regum esse dicebat, prout omnia refert *Klocb. de ærario lib. 1. cap. 4. num. 123. & seqq. Elsevirý in lib. inscrip. resp. & Stat. Imp. part. 2. art. 6. Princip. Imp. dignit. & jur.*

Unde etsi Imperator caput Imperii, Status, Membra dicantur, con-
91 stituunt tamen Remp. in qua Caput, & Membra regnant, ut dicit *Grotius de jur. bell. & pac. lib. 1. cap. 3. §. 21. num. 2. Jacob. Lampad. de constit. Imp. Rom. German. part. 3. cap. 2. num. 1.* quia etiam Membra ratione suorum subditorum capita di-
92 cuntur *Reynching. de Imp. regim. lib 1. class. 3. cap. 1. num. 4.* quam propterea *Struvius de jur. pub. d. cap. 6. §. 78.* anomolam vocat.

Et ex hac reformatione summa Dei providentia factum est ut Ger-
93 mania omnis antiquæ ejus libertati restitueretur, & redirent Reges non omnino liberi a Deo, quem prisci illi habitatores Theuton, seu Thuiscon appellabant (unde & Theutones dicti) hujus gentis naturæ, & libertati dati sub certo societatis fœdere constituti *Jacob. Lampad. parte 3. cap. 2. in princ.*, qui certis temporibus Comitia celebrabant in quibus universi, aut seniores conveniebant 94
quæ *Tò omnes* dicebantur teste *Tacito de Morib. German. & penes eum Kircan. in annot. pag. 38. Jo. Angel. Werdenhagen. de reb. publ. Hansiat tit. de Orig. Elector. Anton. Thysius de vet. celeb. reb. pub. cap. 9. de rep. antiq. German.*, ubi quod Reges, & Principes magis auctoritatem suadendi quam jubendi potesta- 95
tem habuerint *pag. 294 & 296. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 1. cap. 3. n. 2.*, prout hodie in Comitiis Imperialibus observatur *Jacob. Lam-* 96
pad. de const. Imp. cap. 8. de comit. & prius etiam apud Othones observabatur *Spener. in Histor. German.* 97
univer. parte 1. lib. 4 cap. 8. num. 8. 9., & sicut in Comitiis Imperii jus Comitiorum inter Cæsarem, & 98
Status Imperii partitur, ita ut semisses Comitiorum Cæsari, semisses Statibus tribuatur *Jacob. Lampad. de const. Imp. German. cap. 8. num. 7. & 13. Elsevirý in lib. inscript. resp., & stat. Imp. parte 2. art. 6. de recessib Imp*

Ita primo Germaniæ regimine quamvis maxima esset Principum reverentia, recte tamen Julius Cæsar 99
notavit talia fuisse illorum Imperia, ut non minus haberet juris in se multitudo, quam ipsi in multitudinem *Anton. Thysius de celeb. veter. reb. pub. cap. 9. de rep. antiq German. pag. 295.*

Qua ratione hodie etiam in Provinciis Germaniæ Civitates reperiuntur, in quibus cum sint multa antiquæ libertatis indicia, anomolæ po- 100
tius dicuntur, quia nec immediate subsunt Imperio, nec plane Principibus subditæ sunt nec sub certis regulis compræhenduntur *Klocb. relat. Cam. Imp. relat. 169. num. 97. vers. in provinciis, & num. 131., & prius relat. 72. num. 126. 127. Mager. de Advocat. armat. cap. 6. num. 159. 160. 161.* ubi laudat *Guicciar. lib. 7. Histor.* id ipsum asserentem.

Cum non æquam in omnibus Civitatibus Imperator potestatem ha- 101
beat,

beat, & de jure Imperii, & Impe-
ratoris docere oporteat, & aliquæ
sint, quæ antiquam suam libertatem
retinentes Imperio omnino non sub-
sunt *Klocb. in relat. Camer. Imper.
relat.* 169. *num.* 92. *vers. cum. &c.
Peller. in observat. ad Klocb. lib.* 1.
cap. 4. *a num.* 65. *pag.* 105.

Sicut etiam Principatus, & Co-
mitatus in allodium in Germania re-
tinentur, quorum dignitas, & pote-
102 stas ab Imperio non dependet *Reyn-
ching. de Regim. Imp lib.* 1. *class.*
4. *cap.* 16. *num.* 25., *& seqq. Sixtin.
de regal. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 60. 62.

Quin imo quemadmodum sunt
103 Status, qui cum Imperio non se col-
ligarunt, ita alii cum Imperio socia-
ti præscriptione, vel communi con-
sensu sese dissolverunt, ut Helvetii,
& Grisones, & alii, de quibus apud
Comitem Gualdum in notit. Imp. cap.
3. *Mager. de Advoc. armat. cap.*
6 *num.* 164. *Reynching. lib.* 1. *class.*
2. *cap.* 9. *num.* 53., *& seqq. Peller.
ad Klocb. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 108.
Grotius de Jur. Bell. & pac. lib. 2.
cap. 22. *§.* 13. *num.* 2. *Lampad. de
Rep. Rom. German. cap.* 21. *n.* 22. 23.

Si tanta est igitur Germanorum
104 Principum potestas, ut Regibus æ-
quiparentur, & Gratia Dei immedia-
te sese constitutos esse prædicent *Else-
viry in lib. inscrip. resp & Stat. Imp.
lib.* 2. *art.* 6. *Princ. Imp. Dignit. &
Jur.* nulla est, quæ magis refulgeat
105 quam Palatinorum Rheni, quos ma-
jorum gentium Principes vocavit Fri-
dericus Imperator, jure sanguinis ditio-
nes, & Castra Caroli Magni patri-
monialia nil cum Imperio communia
habentia retinentes, quorum etiam
prerogativis usus fuit, ut Austriæ
Duces extolleret, nam ut eorum po-
testatem augeret, unum de Archidu-
cibus Palatinis ducem Austriæ esse
censendum sancivit *Fricber. de Orig.
Palat. part.* 2. *cap.* 1. *vers. quantum.*

Et hæc sola est, quæ ad dete-
gendum Germaniæ splendorem præci-
pua recensetur, omnibus Europæ Co-
ronis cum coniugiis illustrata *Elsevir.
in lib. inscrip. resp. & Stat. Imp. par.*
2. *art.* 6. *Princ. Imp. dignit. & Jur.*

Dum igitur tantus est eorum
fulgor, tanta Gentium potestas, non
adumbratur, nec diminuitur, si ab
eorum Statibus in Camera Imperiali,
aut apud Imperatorem recursus seu
appellationes aliquando recipiantur,
nec investituris Imperio subiicitur,
nec Officiis Electoratus Archidapife-
ratus, Judicis, & Vicariatus Impe-
rii, suprema eorum potestas submitti-
tur.

Nam si Appellatinnes perpenda- 106
mus, cum Cameræ potestas, & Im-
peratori reservata majestas, a Capi-
tulationibus, & eorum conventione
pendeat, & in Camera etiam ipsi su-
premam potestatem habeant, non Pa-
latinis invitis causæ ad Cameram seu
Imperium trahuntur, sed eorum vo-
luntate quasi ad Tribunal Superius ab
iisdem Principibus constitutum, in
quo Auctoritas Imperialis ipsis com-
municatur *Struvius de Jur. Publ. Imp.
cap.* 24. *§.* 65. & propterea jus su-
perioritatis habent, & tamquam su-
premi resident *Jacob. Lampad. de Rep.
Rom. German. cap.* 16. *num.* 7. 9.
10. *& seqq. & bene Elsevir. in lib.
inscrip. resp. & Stat. Imp. part.* 2.
art. 11. *de Camer. Imp.* ubi constitu-
tio Cameræ refertur & declarat *Stru-
vius de jur. pub. d. cap.* 24. *§.* 65.
& 66.

Et si in aliquibus solus Impera- 107
tori cognoscit ut in Causis Feudali-
bus, Regalibus, in Consilio Aulæ
Cæsareæ *Reynching. de regim. Imp.
secul. lib.* 1. *class.* 4. *cap.* 19. *Lam-
pad. de Rep. Rom. German. cap.* 16.
num. 27. (quamvis Principes, & Or-
dines ita intelligant ea, quæ Impera-
tori sunt reservata ut consensus Pa-
rium Curiæ, vel Principum non ex-
cludatur *Elsevirii in lib. inscrip. resp.
& Stat. Imp. part.* 2. *art.* 12. *de Ju-
dicio Aulæ Cæsareæ, quod Consilium
Aulicum dicitur.*) Id pendet ex eo
quod sunt Jura, quæ ad jus publicum,
& universale Imperii spectant, quæ
ex fœdere societatis, & conventioni-
bus, ipsorum Principum voluntate Im- 108
peratori fuerunt reservata *Huber. de
Jur. Civit. lib.* 1. *sect.* 3. *cap.* 3. *n.*
35. 38. 39. Cujus formam & ordi-
nem

nem declarat *Struvius de jur. public.*
cap. 14. *§.* 55. *& seqq.*
Quare sive Imperatori, sive Ca-
meræ suffragiorum numero victi, in-
viti etiam pareant, superioritatem, &
supremam potestatem non amittunt
109 *Grot. de jur. bell. & pac. lib.* 1. *cap.*
3. *§.* 21. *num.* 6. *Huber. de jur. ci-*
vit. lib. 1. *sect.* 3. *cap.* 3. *num.* 35.
Præterea cum ex constitutione
110 Aureæ Bullæ *cap.* 11. & 13. supe-
rioritatem, & libertatem in Electo-
rum Statibus confirmantis, sublata
sit a Statibus Electorum appellatio,
& jus extremæ provocationis ipsis,
uti proprium reservatum, *Struvius*
de jur. publ. cap. 24. *§.* 26. 30. &
prius cap. 16. *§.* 16. prout hodie e-
tiam in Statibus Saxoniæ, & Bran-
111 demburgicis observatur *Reynching. de*
Regim. Imp. lib. 1. *class.* 4. *cap.* 6.
num. 2. *Sixtin. de regal. lib.* 1. *cap.*
5. *num.* 14. *Kloch. in relat. camer.*
relat. 72. *num.* 58. & 108. ubi quod
a Camera ad Saxonem causæ remit-
tuntur, si quæ appellatio in certis
112 casibus, & ultra certam summam be-
nigoitate Electorum in aliis Statibus
fuit iotroducta, ut in Statibus Ele-
ctoris Palatini ultra summam mille
florenorum aureorum *Sixtin. de rega-*
lib. lib. 1. *cap.* 5. *num.* 13. *Stam. de*
servit. personal. lib. 3. *cap.* 10. *n.* 19.
Cum id patientibus ipsis Palati-
113 nis fuerit usu receptum, & remitten-
tibus ipsis jus supremæ provocationis
Populorum utilitate, ut dicit de ipsis
Palatinis *Sixtin. de regalib. lib.* 1.
cap. 5. *num.* 12., superioritatem non
114 tollit *Huber. de Jur. Civit. lib.* 1.
sect. 3. *cap.* 3. *num.* 135., cum etiam
ad peregrinos Judices consuetudine in-
duci possit ut appelletur *Reynching. de*
115 *regim. Imp. lib.* 1. *class.* 5. *cap.* 5.
num. 92.
Et sicut ad Palatinum tamquam
116 Imperatoris Judicem ab ipso constitu-
tum Prætorio Præfectum in rebus
ad Imperatorem spectantibus provo-
care, & apud ipsum cum Imperatore
judicio contendere licet, & propterea
Imperator ipse vult a Palatino ut
Judice, & Præfecto Prætorio etiam
admoneri posse, si licentius imperet
Tulner. in histor. Palat. cap. 4. *pag.*
113., quæ facultas judicandi *Aurea*
Bulla tit. 5. *§. fin.* fuit confirmata
Reynching. de regim. Imper. secular.
lib. 1. *class.* 4. *cap.* 5. *Lampad. de*
Imper. Rom. German. cap. 16. *num.*
19. *Stam. de servit. person. lib.* 3. *cap.*
10. *tit.* 19. *vers. quod & deniq.*
Et nihilominus summa Impera-
toris Majestas, & suprema potestas
noo læditur, quia (ut *Grotius* notat) 117
& Reges apud Judices a se constitu-
tos judicio contendere solent *lib.* 1.
cap. 3. *§.* 21. *num.* 6., ita & in
Provinciis Palatinorum, dum vel ex
pacto, vel ex eorum voluntate jam
in consuetudinem translata, provoca-
re ad Cameram, vel Imperatorem
introductum fuit, nil detrahit supre-
mæ Palatinorum potestati in Provin-
ciis cum Imperio sociatis, sive cum
fœdere æquali, sive inæquali, in qui-
bus talis appellatio ad fœderis Princi-
pem, sive ad Cameram, vel Colle-
gium generale ex lege, & pacto fœ- 118
deris, vel sociorum voluntate absque
potestatis diminutione permittitur *Hu-*
ber. de Jur. Civit. lib. 1. *sect.* 3. *cap.*
3. *num.* 35. *Groti de jur. bell.*, &
pac. lib. 1. *cap.* 3. *§.* 21. *num.* 6. si-
cut certis ex causis ex lege fœderis, 119
& pacto unius Provinciæ, vel Civi-
tatis sociatæ, rei fiunt, & damnati
puniuntur apud commune Fœderato-
rum concilium, vel eum, qui in fœ-
dere superior est, Caput nempe aut
Princeps *Huber. de Jur. Civit. lib.* 1.
cap. 3. *sect.* 3. *num.* 25.
Parum igitur curandum est de 120
Investituris, vel ex pactis gentilitiis,
aut jure Familiari, vel lege fœderis
concessis Principibus Palatinis, ut Fri-
derici I. in Conradum Palatinum fra-
trem ejusdem, in Othonem Witelspa-
chium cognomento Majorem, Fride-
rici II. in Ludovicum Patrem Otho-
nis Illustris de quibus apud *Pereum*
in Hist. Bav. Palat. lib. 3. *sect.* 1. *n.* 3
& 7., & si quæ aliæ posterioribus tem-
poribus finita una Palatinorum linea
secutæ fuerint, cum de transferendis
Statibus de una Linea in aliam actum
fuit, tam ante Pacem publicam, cum
post mortem Ludovici Severi filij
Otho-

Othonis Illustris de anno 1289., divisis Statibus ex dispositione Ludovici Patris, Palatinatus Rheni cum Electoratu Rodulpho I. Primogenito assignatus fuit, a quo linea Rudolphina modernorum Palatinorum derivat, in Roberto III. Romanorum Imperatore Rodulphi I. abnepote postea illustrata, & Bavariæ, seu Boyariæ major pars Ludovico secundogenito data fuit, qui Ludovicus Bavarus fuit nuncupatus, & ad Imperium Romanum contradicente fratre Rodulpho postea assumptus, a quo altera linea Palatina Ducum Bavariæ Guglielmina nuncupata a Guglielmo V. Patre Massimiliani, Avi, moderni Massimiliani Mariæ Electoris, descendit: quarum utraque Imperatorem Romanum Auctorem, & Progenitorem habere gloriatur, ut apud *Pereum in Histor. Bavar. Palatin. lib. 4. sect. 1. & sect. 2.*

Quam post publicam Germaniæ Pacem, quando, extincta linea Ludovici IV. Barbati filii Primogeniti Roberti III. Imperatoris, in Othone Henrico de anno 1559 Palatinatus cum Electorali dignitate transivit in Fridericum III. Ducem Simmerensem Roberti præfati Imperatoris ex Stephano secundogenito abnepotem *Pereus de Hist. Palat. lib. 6. sect. 1. n. 283.*, cujus Successor Fridericus V. pronepos utroque Palatinatu cum Electorali dignitate a Ferdinando I. Imperatore anno 1623. privatus fuit *Pereus in Histor. Bavar. Palatin. lib. 6. sect. 2., & sect. 3* & postea anno 1648. Palatinatu inferiori in Comitiis Monasteriensibus, Carolo Ludovico ejus Filio reintegrato pacis ineundæ causa, cum octavo Electoratu eidem compensationis causa constituto ob amissionem quarti jam Massimiliano Duci Bavariæ filio Guglielmi V., & Avo moderni Massimiliani Mariæ Ducis Bavariæ cum Palatinatu superiori concessi *Pereus in Histor. Bavariæ Palatin. in append. post lib. 6: sect. 3. de Friderigo V. pag. ubi 543. & 546.*

Hujus linea extincta de anno 1685., in Carolo filio, Palatinatus inferior cum octavo Electoratu, tum vigore Aureæ Bullæ, tum pactorum Gentilitiorum familiæ Palatinæ anni 1548., tum sanctionis Wesphalicæ artic. 4 §. 10. in Philippum Wilhelmum Bipontinum, Neoburgicum Palatinum cum summa gloria, & unanimi Populorum acclamatione transivit, a quo Joannes Wilhelmus Primogenitus Princeps in magnam fortunæ sortem natus, ut dicit *Pereus in Histor. Bavar. Palat. in append. poster. lib. 5. sect. 3. pag. 508. §. 2. & in append. poster. lib. 6. sect. 3. pag. 567., & 569.*, præsertim ob feliciflimum coniugium cum Serenissima Principissa Anna Maria Aloysia Medicea, & Carolus Philippus modernus Elector Palatinus paternæ, avitæque virtutis herens vestigiis *Pereus in appendice prædicta pag. 594. § 3.*, cum tanta Majorum suorum gloria super omnes Germaniæ Principes derivarunt.

Nam etsi in hujusmodi Statuum 121
translationibus, & successionibus plerumque assensus, & auctoritas Imperatorum intervenerit; attamen cum ex Justitia propter primæva, & antiqua Palatinorum Jura, hujusmodi translationes jure gentilitio, vel ex legibus, & conventionibus fœderis factæ fuerint, in rebus jure proprio ab Imperio independenti, ad ipsos Palatinos Principes spectantibus, Imperato- 122
res tamquam Judices potius, quam Largitores intervenerunt, ac proinde nullam superioritatem acquisisse dicuntur ex *Grotio de jur. bell. & pac. lib. 1. cap. 3. §. 21. num. 6. Huber. de Jur. Civit. lib. 1. sect. 3. cap. 3. numer. 35.*

Et investituræ propterea tam ante Pacem publicam, quam postea, 123
jure semper Clientelæ ad ineundam cum Imperio societatem, defensionem acquirendam, & auctoritatem quam maximam in Imperio exercendam cum tanta Statuum unione factæ fuerunt. *Pereus in Histor. Palatin. in append. poster. ad lib. 6. sect. 3. pagin. 545. & 569. Joan. Angel. Werdhenagen. de reb. publ. Hanseat. tit. de Orig. Elect. pag. 94.*

quæ

Quæ sicut subiectionem non in-
124 ducunt, ita & superioritatem conser-
vant *Grotius de Jur. Bell.*, *& pac.*
lib. 1. cap. 3. §. 21. n. 3., *& ibi ad-*
dend. Jo. Henric. Boecler., *Mager. de*
Advocat. armat. cap. 10. num. 439.
& 485. *& seqq.*, *& per tot.* prout re-
gulare est, quod unaquæque provincia
125 æque principaliter sociata, etsi cum
aliqua dependentia in certis casibus,
primævis juribus superioritatis, & li-
bertatis gubernetur, & regatur tam-
quam libera, & solum adherens, sed
non supposita *Natta cons.* 301. *num.*
1. *Gronov. ad Groti. de jur. bell.*, *&*
pac. lib. 1. *cap.* 3. *§.* 21. *num.* 14.
Valdaur. part. 1. *obser.* 15. *num.* 44.
Huber. de Jur. Civit. sect. 3. *cap.* 3.
num. 24.

Nec privationes Statuum, &
dignitatuum bellis fragrantibus factæ,
126 & religionis causa, quidquam possunt
ad superioritatem inducendam.

Tum quia earum justitia, &
127 super iisdem potestas ex pace inita
ex conventionibus factis in Comitiis
Monasteriensibus mensuranda est, in
quibus privationes non fuerunt ap-
probatæ, sed Palatini superiori Pala-
tinatui, quarto Electoratui, & Ar-
chidapiferatui, & globo Imperiali in
Insignibus anno 1652. renuntiarunt,
ita ut consensu opus fuit ad firman-
dam ammissionem Statuum, & di-
gnitatum *Pereus de Histor. Bavar.*
Palatin. in append. poster. a lib. 6.
sect. 3. *pag. mihi* 545. *Tulner. de*
Histor. Palatin. cap. 3. *num.* 33. re-
compensatione accepta cum octavo
128 Electoratu, & Archithesauratus di-
gnitate *Pereus in append. poster. a lib.*
6. *sect.* 3. *pag.* 543. *Tulner. de Hi-*
stor. Palat. cap. 3. *num.* 34. *& cap.*
4. *de Vicario Imp. Peller. in obser-*
vat. ad Kloch. de Ærar. cap. 4. *num.*
212.

Sicut postea de anno 1708. a
Serenissimo Jo. Wilhelmo Philippi
Wilhelmi filio Superiore Palatinatu
recepto cum Archidapiferatu, & quar-
to Electoratu, renunciatione, & re-
trodonatione Serenissimi Jo. Wilhelmi
opus fuit, ut Duci Bavariæ resti-
tui posset, quam recompensationis
promissione accepta fecit de anno 1714.
octavo Electoratu cum Archithesau-
ratus dignitate reassumpto *Pereus in*
Histor. Bavar. Palatin. in append.
poster. ad lib. 5. *sect.* 3. *pag. mihi*
594.

Tum quia, quando etiàm priva-
tiones legibus Imperii suadentibus re-
ligionis causa, aut alio jure fieri pos-
sent, cum id ex legibus societatis, &
conventionibus cum Imperio initis ser- 129
vandis sub pæna privationis factum
dicatur, præsertim ex Aurea Bulla in
pace pubblica ex pacto fœderis recep-
ta, sicut privationes aliorum Statuum
loco pænæ uni socio prodesse possunt,
ita iisdem pænis in propriis Statibus
subesse debet ad *Text. in L.* 1. *§.* 1.
ff. de capti. & postlim. reversis Huber.
de Jur. Civit. lib. 1. *cap.* 3. *sect.* 3.
num. 25. *& seqq.* quæ ex propria vo-
luntate inductæ, non ex jurisdictione
superioritatem non concludunt; Jus e-
nim habet socius cogendi socium ut
stet fœderis legibus, atque etiam pu-
niendi ni steterit, tam in fœdere æ-
quali, quam inæquali *Groti. de jur.*
bell., *& pac. lib.* 1. *cap.* 3. *§.* 21. *n.*
5. *Huber. de Jur. Civit. sect.* 3. *cap.*
3. *n.* 36. 37.

Et hac ratione privationes Sta-
tuum, & translationes procedunt a-
pud *Joan. Angel. Verdbenagen. de reb.*
publ. Hanseat. tit. de Origin. Elect
pag. 98. *&* 99.

Officia tandem Electoratus, Ar-
chidapiferatus, seu moderni Archithe- 130
saurarus, quorum primus a secundis
pendet, etsi familiaria facta fuerint
jure sanguinis, & primogeniali in po-
steros derivantia ex constitutione Au-
reæ Bullæ *cap.* 7. *Fricher. de Orig.*
Palat. cap. 13., & vigore ejusdem
Bullæ *cap.* 20. unita sint Palatinorum
Statibus, itaut Elector, Archidapi-
fer, seu Archithesaurarius esse debet
Statuum Princeps, & Dominus Pa-
latinus *Tulner. in Histor. Palat. cap.*
4. *de Vicar. Imper.*, *& in Cod. Pa-*
lat. post eudmem num. 137. 138., *&*
139. ubi diplomata unionis referuntur
pag. 89. 90. *Pereus in Histor. Bavar.*
Palatin. lib. 4. *sect.* 1. *num.* 161.
pag. mihi 154.

Attamen cum hæc unio, & ag-
131 gregatio sit accidentalis favore ipsorum Statuum, & ipsius Principis Regnantis ut hanc maximam auctoritatem habeant in universo Imperio, potius Status, & Principem extollunt, quam submittunt; jam enim quando officium Archidapiferatus incepit in Palatinis apud Saxones Imperatores (prius enim inter diversos Principes ad libitum Imperatorum conferebatur *Jo. Helvic. Sinold. Jur. Publ. lib.* 1. *tit.* 6. *posit.* 8. *in fin.*) & multo magis quando postea Electoratus dignitas Palatinis Archidapiferis data fuit,
132 summa potestas, & Principatus in Statibus Palatinorum longe antea erat constitutus ut supra probatum est, & ostendit *Tulnerus de Histor. Palat. cap.* 4.

Ex hac igitur Electorali potestate Palatinis uti Supremis in Imperio concessa, non dimittitur eorum superioritas in propriis Statibus, quia etsi eorum officia in Imperio non sint suprema, in Statibus tamen, in quibus tamquam Comites, Duces, & Princeps regnant, non tamquam Electores, & Archidapiferi, seu Archithesaurarii, eamdem supremam potestatem retinent, quam etsi dignitatibus unitam, ipsas tamen in acquisitione, &
133 consequtione præcedere debere *in Diplomate Caroli IV. Imp. in d. Cod. Palat. n.* 139. *post. Tulner. de Histor. Palat.* disponitur, quod aggregationem esse accidentalem ostendit *ad Text. in L. Falsa ff. de condit.*, *& demonstrat. L. Pacta conventa ff. de contrab. empt. L. Pro voluntariis ff. de impensis in reb. dotal. fact.*

Cum nulla discrepantia sit, ut
134 unus Princeps in Statibus Supremus, In majori etiam Hyerarchia sit Officialis, etiam si hoc officium Principatui accidentaliter sit annexum *Sixtin. de Regal. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 122.

Sicut Principes omnes Germani
135 Ecclesiastici Archiepiscopi, & Episcopi etsi in temporalibus in propriis Statibus sint supremi, in Hyerarchia tamen Ecclesiastica tamquam Archiepiscopi, vel Episcopi sunt Officiales Sedi Apostolicæ subjecti, & hoc Officium Ecclesiasticum Principatui unitum, & cum eo commixtum, quia post Principatum acquisitum confertur & sic accidentaliter aggregatur, subjectionem status temporalis Sedi Apostolicæ non inducit, ut bene *Sixtin. de regal. lib.* 1. *Cap.* 4. *num.* 119. *& seqq.*

Et in iisdem Statibus temporalia jura tamquam Supremi Episcopi exercent, spiritualia vero, & Ecclesiastica tamquam Officiales *Coppin. de Donat. Franc. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 7. *vers. cui rei accedit. Sixtin. de regal. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 124.

Hoc modo igitur Electores quoad particularia jura eorum Statuum, 136
& Provinciarum sunt Supremi, in iis vero, quæ ad universale Imperium spectant etiam in propriis Provinciis, ex legibus Fœderis & societatis Aristocraticæ sunt Imperii primi Officiales *Jacob. Lampad. de Repub. Rom. German. cap.* 3. *num.* 17. 18. *& per tot.*

Quæ cum ita sint ut idem homo diversis respectibus, diverso jure, & diversis qualitatibus censeri debeat, & diversas personas repræsentare, hinc factum est quod Palatini Rheni non solum Status retinuerint diverso jure ab Officiis Imperii, sed cum ipsismet Imperii dignitates non eadem ratione, sed variis, & multiplicibus titulis acquisiverint, quibusdam sublatis vel renuntiatis, sive cum Statibus, aut eorum parte, aut etiam sine Statibus, cæteræ, quæ alio jure retinebantur, remanserint.

Ut officium Supremi Judicis in Patrimomio, & Rebus Imperatoris, quod cum auctoritate Præfecti Prætorio a tempore Caroli Magni Comes Palatinus exercet, & alterum Vicariatus Imperii Sede vacante, quod 137
in Provinciis jure Francico viventibus ab Imperatorum Saxonum temporibus Palatinus habet *Tulner. in Histor. Palatin. cap.* 4. *de Vicar. Imp.*, quando Palatinus Rheni nuncupari cæpit, ut distingueretur a Palatino Saxoniæ altero Imperii Vicario, & Archipalatinus etiam vocari bo

supre-

supremam dignitatem, & Archidux Palatinus, quia longe honestiorem &
138 ampliorem Vicariatum quam Saxonicum tenet *Fricher. de Orig. Palat. cap. 15. vers. ab eo igitur tempore, & in fin. & cap. 16. vers. deinde a Palatina &c. Tulner. in Histor. Palat. cap. 4.*

139 Quæ officia ex jure Præfecturæ Palatii Veteris & Majoratus Domus, quod apud Reges Francorum eorum Majores exercuerunt, longe ante quam Status, & Provincias, & Archidapiferatus, & Electoratum habuerint in ipsos translata sunt *Tulner. in Histor. Palat. cap. 5. Elsevirii in lib. qui inscrib. Resp. & Stat. Imp. German. art. 3. de Orig. Vicar. pag. 109. Fricher. de Orig. Palat. cap. 12. vers. inter quos &c.* Magister Domus enim, sive Prætorio Præfectus, primus nem-
140 pe Palatii Comes, Vicem Regis gerebat in omnibus rebus belli, & pacis apud Reges Francorum, & idem poterat ac Rex eo absente, defecto, aut impedito, & presentem etiam admonebat, quod munus a Romanis, &
141 Grecis usurpatum Gothi, Longobardi in Francos tramandarunt. *Tulner. in Hist. Palat. cap. 5.*, & tamquam proprium Sacri Palatii, quia distingue-
142 batur ab Officiis Palatinorum, qui Provincias regebant ex *L. unic. ff. de Offic. Præf. Prætorio.*

Dum Provinciæ, vel tempore Carolingiorum, vel postea jure sanguinis, aut Populorum voluntate Palatinorum Rheni propriæ factæ sunt, Officia Sacri Palatii nil commune cum Provinciis, & aliis dignitatibus Archidapiferatus, & Electoratus longe postea in Palatinis supervenientis habentia, penes ipsos Palatinos Rheni extranea non solum a Provinciis, sed ab aliis præfatis dignitatibus remanserunt, & accidentaliter tantum in iisdem personis unita, & aggregata, &
143 jure sanguinis cum Statibus in Postheros postea vigore Aureæ Bullæ transmissa fuerunt *Tulner. in Histor. Palatin. cap. 5.*

Quare ante Auram Bullam Imperatores in his Officiis aliquando se-
144 cundum merita inter ipsos de familia unum alteri præferebant, & fratrem etiam filiis prædefuncti Palatini, Statibus tamen secundum jura successionis relictis *Marquard. Fricher. de Origin. Palat. cap. 11. vers. deinde illud quoq.*

Et propterea de anno 1652. translato Archidapiferatu, & quarto Electoratu in Massimilianum Bavariæ Ducem absque Palatinatu inferiori, qui est solus Palatinorum, & cui jura Statuum sunt annexa, Officium Iudicis Imperatoris, quod pendet ab Antiquissimo Officio Magistri Domus, & Præfecti Prætorio nil commune cum Electoratu, & Archidapiferatu habens, penes Palatinum absque controversia remansit *ex tradit. per Elsevir. in lib. inscrip. Resp. & Stat. Imp. tom. 2. art. 4. Elect. imp. potest., & suffrag. titul. de Elector. Palatin. pag. mihi 177.*

Et Vicariatum Imperii ex eodem Iure Præfecti Prætorio, & Magistri Domus procedentem eodem modo Palatinus retinuit *Comes Gualdus Priorat. in Notit. Imper. cap. 25. lib. 2.*

Quamvis post mortem Ferdinandi III. de anno 1657., & in Electione Leopoldi Imperatoris Carolum Ludovicum Palatinum Rheni Vicariatu spoliare Dux Bavariæ frustra tentaverit *Pereus in Histor. Bavar. Palatin. in append. poster. a lib. 6. sect. 3. de Frider. V. Elect. ejusq. posteris num. 2. pag. mihi 547. 548. 549.* unde bene *Spener. in Histor. Germ. Univer. part. 2. lib. 6. cap. 2 §. 3.* notat quod si jura Vicariatus ex Officio Iudiciali, & antiquo Præfecti Prætorio, quod minime cum Electoratu aut Archidapiferatu in Bavaros translatum erat, in illa controversia diudicassent, facilior, nec Ipsis Bavaris molesta, controversiæ futura fuerat compositio.

Et id ipsum innuere videtur *Jo. Helvic. Sinold. in prælec. Accadem. ad jus public. lib. 1. tit. 4. posit. 2.*, ubi tam in Saxone, quam in Palatino ex jure Præfecturæ veteris, uni in Franconia, alteri in Saxonia competentis, Vicariatum Imperii derivare, & accidentaliter in Aurea Bulla

Electoratibus uniri, & aggregari demonstrat.

RESPONSUM XX.

PALATINA TESTAMENTI PRINCIPIS SUPREMI PALATINI RHENI.

SECTIO SECUNDA

Super solemnitatibus Testamenti Serenissimi Principis Palatini.

ARGUMENTUM.

Princeps Supremus potest testamentum absque solemnitatibus conficere.

Elector Palatinus Rheni non tenetur in confectione testamenti observare solemnitates juris positivi.

SUMMARIUM.

1 *Rex Hispaniarum Matriti Residens parte in territorii Castiliæ omnibus Regnis mutuatur ut Matriti residens omnibus Regnis jus dicat.*

2 *Ita Palatinus Rheni qui in omni provincia & territorio legibus solutus tamquam princeps supremus progreditur sive moratur.*

3 *Et regalia majora nomine suarum ditionum ubique habet constituens regiam communem omnibus statibus quocumque proprio statu resideat.*

4 *Arces, castra, & Academias universales propria auctoritate erectas retinet.*

5 *Concedit asyla.*

6 *Leges universales in omnibus suis statibus constituit, & constitutas a se vel suis majoribus abrogat.*

7 *Et Camera Imperialis legibus ab ipso Palatino constitutis in rebus ad ejus provinciam spectantibus judicat.*

8 *Et sola naturæ ratione inspecta ubique locorum in suis statibus tamquam supremus jus dicit.*

9 *Princeps Supremus est legibus solutus.*

10 *Quia regalia majora cum potestate tollendi omne jus positivum jure proprio tamquam supremus habet.*

11 *Sicut in rebus gestis subditorum juri communi derogat.*

12 *Principes etsi legibus soluti sæpius ad legum observantiam promovendam secundum leges vivere volunt.*

13 *Si princeps jus Civile notorium prætermittat nefas est de potestate legum conditorem redarguere ut actus pereat.*

14 *Præsentia Principis supplet omnes solemnitates.*

15 *Et nefarium est de fraudibus in Aula Principis dubitare.*

16 *Licitum est in Curia judicis coram ipso pro tribunali sedente testari saltem coram duobus testibus omni alia solemnitate neglecta.*

17 *Princeps supremus coram suis proceribus in Concistorio supremo testari potest absque solemnitate.*

18 *Testamenta ex rescripto Principis, vel facta coram Principe absque rescripto convalidantur.*

19 *Propter quodunumquodque tale, & illud magis.*

20 *Principis contractus pro lege habetur, & non requirit solemnitates.*

21 *Ita & ejus testamentum vim legis habet absque ulla solemnitate.*

22 *Leges quæ actum irritum faciunt in pœnam legem non observantis in regum actibus locum non habent.*

Ele-

23 *Elector Palatinus Rheni supremam potestatem non amisit quando cum fœdere æquali, vel inæquali cum Imperio se coniunxit.*
24 *Et antiqua summa potestas quam ante Imperium habebat dicitur post Imperium continuata.*
25 *Nec quia Imperatorem superiorem habere dicatur non est ideo superior in potestate a Palatino retenta sed dignitate, & auctoritate in reservatis Cæsari,* & n. 27.
26 *Nec differt ab aliis principibus supremis, qui etsi inferiores Imperatori eidem suppositi non sunt.*
28 *Principes Germaniæ tamquam legibus soluti possunt absque solemnitatibus testari.*
29 *Et uxores horum principum tamquam augustæ sine ulla juris Civilis solemnitate testari possunt.*
30 *Quod absque dubio in Electoribus procedit.*
31 *Principes Imperii & Electores subditi & Vassalli Imperii sunt.*
32 *Supremam potestatem habentes in subditos sed eorum personæ Imperio subiectæ sunt. contrarium,* num. 44.
33 *Dicitur communicata summa potestas cum Principibus Imperatorem recognoscentibus non ab Imperio abdicata. contrarium,* num. 45.
34 *Et omnis concessio per investituras, privilegia exemptiones facta salvo jure superioritati intelligenda est.*
35 *Idem possunt Proceres in suis Statibus ac Imperator in Imperio quoad jura territorialia, & quoad jurisdictionem ordinariam, non vero quoad jura Imperialia, nec quoad jurisdictionem absolutam supra leges Civiles constitutam. contrarium,* n. 43. *distingue,* ut n. 49.
36 *Et ideo juri communi derogare non possunt nisi ex permissione juris Communis.*
37 *Et quæcumque provincialis constitutio eorum per legem Imperialem corrigi, declarari & abrogari potest. Declara,* ut numer. 61.
38 *Subiectio in parte facta, & ad certos determinatos effectus non tollit libertatem, & absolutam potestatem in reliquis,*
39 *Principes qui majora regalia habent, etsi superiorem recognoscant tam in actibus inter vivos quam ultimæ voluntatis solemnitatibus non adstringuntur,* & n. 40.
41 *Et hoc procedit quam maxime in Electoribus Imperii.*
42 *Contrarium in statibus mediatis, aut votum in Imperio non habentibus nec majora regalia retinentibus.*
46 *Superioritat territorialis Electorum in propriis statibus non differt nisi nomine a suprema majestate.*
47 *Contra omnes Imperii Supremos Principes & præsertim Electores crimen lesæ Majestatis committitur.*
48 *Et habent in propriis statibus potestatem eamdem similitudine juris, cum illa quam habet Imperator in Imperio, & ideo omnes leges etiam communes tam in judiciis quam in ordinatione testamentorum moderantur.*
49 *Legibus Imperii fundamentalibus nec ipse Imperator derogare potest.*
50 *Germania ante Carolum Magnum Imperatorum constitutiones numquam agnovit.*
51 *Apud Burgundiones, & Francos post Carolum Magnum Codex Theodosianus in usu fuit,* n. 58.
52 *Post extinctionem Carolingiorum Germani Italorum imitatione academiis constitutis jus Justinianeum explicare cœperunt.*
53 *Et ex scholis, & Academiis in forum paulatim fuit traductum.*

Ac

54 *Ac ita consuetudine, & subsidiarie deficientibus Germanorum legibus introduci cœpit.*

55 *Simile evenit in Italia.*

56 *Et jus Justinianum receptum commune jus dici cœpit.*

57 *Et a nullo Imperatore in Italia observari hoc jus constitutum fuit.*

59 *Vix vigesima pars Pandectarum ad Statum Reip. Germanicæ fuit accomodata.*

60 *Legem, quæ recepit vim ab usu Provinciæ Princeps Provinciæ potest abrogare; & ab illa est solutus.*

62 *Leges provinciales possunt abrogare legem Imperatoris factam in Comitiis ubi de jure Civili Provinciarum statuat.*

63 *Etiamsi clausulam derogatoriam habeat excedentem potestatem Imperatoris.*

64 *Princeps Provinciæ in perniciem Imperii, & eorum quæ Cesari sunt reservata se intromittere non potest.*

SUpremus itaque est Comes, Dux, & Princeps Palatinus Rheni tam Hydelberghæ in Palatinatu Inferiori, tam Neoburgi Principatu Gentilitio, tam Pheusendurphi in Juliacensi, & Bergensi Ducatu ab Antiquis Palatinis libere, & absolute retento, ut supra *Sect.* 1. *§. & circa Ubios &c.* demonstratum est.

Officiis Electoratus, Judicis, Imperatoris, & Vicarii Imperii condecoratus, & Archipalatinus, sive Archidux Palatinus propterea vocatus, & hac quadruplici corona insignitus, ubique locorum in suis Statibus, secum trahit omnium Statuum jura, & omnibus Statibus partem Territorii loci seu Provinciæ in qua moratur accomodat, prout Rex Hispaniarum Matriti in Regno Castiliæ residens, partem Territorii Castiliæ, omnibus Regnis mutuatur, ut Matriti residens omnibus Regnis jus dicat *Valdau. observat.* 15. *num.* 58.
1 62. 72. *& seqq. & bene Amaja in comment. Cod. lib.* 10. *tit.* 39. *leg.* 7. *num.* 93. *& seqq.*

Qua propter sicut Hydelbergæ, & Neoburgi, non solum uti Palatinus Princeps, & Neoburgicus disponit, & jus dicit, sed uti Iuliacensis, & Bergensis Comes, ita Pheusendurphi, non solum uti earum Provinciarum Comes, sed & uti Palatinus, vel Neoburgicus Princeps omnem suam potestatem in rebus ad se spectantibus habet, & in omni Provincia, & Territorio legibus solutus tamquam Princeps Supremus, & Imperator progreditur sive moratur *ad Text. in L. Princeps* 31. *ff. de Legibus. §. Sed & quod Principi instit. de Jur. Natur. gent. & civil. L. Donationes quas Divus C. de donat. inter vir. & uxor. Gaill. lib.* 2. *obser.* 127. *num.* 8. *Antun. de donat. Regis lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 17., *& prius cap.* 3. *num.* 2. *Bacovius ad Treutler. tom.* 2. *disput.* 3. *thes.* 6. *lit. E. vers. altera*, & regalia majora nomine suarum ditio- 3
num, & Statuum ubique habet, & secum ducit, regiam communem omnibus Statibus, quocumque proprio statu resideat, constituens *ad Text. in L. In Orbe Rom.* 17. *ff. de stat. homin., Sixtin. de reg. lib.* 1. *tit* 4. *n.* 29. *Valdaur. part.* 1. *obser.* 15. *num.* 62. 63. *Myller. de jur. Asylor. cap.* 8. *tit.* 1. *Kynischild de Civit. Imp. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 43. *Kloch. relat.* 169. *num* 118. *& seqq.*

Arces ideo & Castra, & Accademias Universales propria auctoritate erectas, ut Hydelbergensem Aca- 4
demiam a Roberto Comite Palatino anno 1346. institutam, maxima libertatis inditia retinet, *Klochus. relat.* 169. *num.* 130. *& seqq.*

Asyla concedi *Myler. de Jur. Asylor. cap.* 7. *& cap.* 8. *num.* 9. ubi 5
Fridericum Quartum Comitem Palatinum, & Electorem novæ Urbi Manheimi refugii immunitatem, & asylum concessisse refert *Reynching de Regim. Imp. lib.* 1. *class.* 4. *cap.* 3 *num.* 3. 4. 5. *& seqq.*

Leges communes, & universales 6
in omnibus Statibus abrogat, novas etiam generales cuique Provinciæ consti-

stituit, constitutas a se, vel antecessoribus Principibus irritat *Klocb. de Ærar. lib. 1. cap. 4. num.* 49. *Bacovius ad disput. Treutler. tom. 1. disp. 3. thes. 6. lit. E. vers. altera, & disp. 23. thes. 1. litt. C. Elsevir in lib. inscrip. resp. Stat. Imp. p. 2. art. 6. Principum Imperii dignit. & Jur. Har. pract. instit. tit. de iniuriis §. in summa autem* 10. *num.* 144. *Mager. de advoc. armat. cap. 6. num.* 78. *Klocb. de contrib. cap. 4. num.* 307. *Burccard. Gotthelffius Struvius in Histor. Jur. Rom. Justinian. cap. 6. de Jur. Germanico §.* 42. *& de Jur. Public. cap. 26. §.* 53.

7 Et ipsa Camera Imperialis Legibus ab Ipso constitutis in rebus ad ejus Provincias spectantibus judicat *Burcard. Gotthelffius Struvius in Histor. jur. Rom. Justinian. cap. 6. §.* 42., *& ibi addend.*, ubi quod Cameralibus juramenta ex constitutione Maximiliani Primi in Comitiis Wormaticensibus de anno 1495. dantur de judicando secundum leges Provinciarum.

8 Solemnitate itaque Iudiciorum exemptus sola naturæ ratione inspecta, ubique locorum in suis statibus tamquam supremus jus dicit *Vasq. de success. in Præfat. num.* 87. *Dauth. de Testam. ad explic. L. 3. §. ex Imperfecto C. de Testam. num.* 5.

Dubium.

Quid dicendum igitur si in aliqua ex suis Provinciis, puta Pheusendorphi Testamentum, vel aliam ultimam voluntatem condat, poterit ne testari, seu aliter disponere naturaliter tantum, sola veritatis substantia attenta, omni juris Civilis solemnitate ex *L. hac consultissima C. qui testam. fac. poss. §. fin. instit. de testam. ordin.*, neglecta?

Dubium profecto indignum tanta majestate Supremi Principis Palatini Rheni Primi Germaniæ principis jure sanguinis in omnibus Statibus Supremi, & Maximi Imperii socii, quod nisi enixis precibus veniam deprecando rei necessitate ita exigente proponere non licet.

Res enim mira est quod ubi tanta Maiestas extollitur, & veneratur, ibi jus ipsum majestatis, & superioritatis ostendere oporteat, iis qui factis & rebus ipsis confitentur.

Si supremus igitur est, ergo legibus solutus *ad Text. in L. Princeps.* 31. *ff. de legib.*, & nullis vinculis juris civilis etiam universalis ligatus *Bart. in. L. relegat. 4. ff. de Pœnis Schrader de feud. 2. part. 9. part. princip. sect. 10. num. 35. Dauth. de Testam. §. de causa efficiente 17. Amplia vers. nam aut de sum. principe fol. mihi* 34. quia regalia majora cum po- 9
testate tollendi omne jus positivum 10
jure proprio ex juribus coronæ tamquam Supremus habet *Novell.* 106. *cap. 2. in fin. Reynching. de regim. imper. lib. 1. class. 3. cap. 12. num. 18. & seqq. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 2. num. 9. Antunez. de donat. Regiis lib. 2. cap. 10. num.* 5. 6. & sicut in rebus gestis subditorum juri
Civili etiam Comuni derogat *L. qui-* 11
dam consulebant ff. de re Judic. Sanchez. de Matrim. lib. 3. disp. 4. num. 2. Menoch. de præsum. præsum. 20. lib. 2. Larrea alleg. fiscal. 25. num. 9. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 10. num. 52. Antunez. de donat. regiis lib. 2. cap. 11. num. 18.

Ita in rebus suis gerendis, etsi aliquando Civilia jura imitari non 12
dedignetur, quia Principes legibus soluti sæpe sepius ad legum observantiam promovendam secundum leges vivere volunt *L. digna vox majest. Regna. 4. C. de legib. L. 23. ff. de legat. 3. L. 3. C. de testam. cap. 13. vers. his ita respondetur caus. 25. quæst. 1. Krebs. post tract. de lig. & lapid. in miscell. quæst. 2. Quomodo Princeps solut. leg. num. 20. 21. Antunez. de donat. reg. lib. 2. cap. 10. num. 19. & seqq.*

Attamen si jus Civile notorium præsertim, & vulgatum prætermit- 13
tat nefas est de potestate, legum conditorem, & destructorem redarguere ut actus pereat, contra *Tex. in cap. 1. de constit. in 6. Felin. in cap. nonnulli*

li num. 4. de rescrip. Rip. in cap. 2. num. 55. eod. tit. Gonzal. ad regul. cancell. 8. gloss. 9. §. 1. num. 51. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 40. num. 17. Alex. in L. Centurio 15. col. 12. ff. de vulg. & in L. Quamquam 3. cod. de testam. milit. Castren. in L. ex imperfecto 3. C. de testam. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsump. 34. num. 2.

Præentia enim Principis supplet omnes solemnitates, & major est om-
14 nibus juris civilis circumspectionibus
ad fraudes tollendas excogitatis *L. omnium C. de testam. & ibi Castren. L. donat. quas Divus. cod. de donat. inter vir. & uxor. Reynebing. de regim. Imp. lib. 1. class. 3. cap. 12. n. 30. 31. & prius class. 1. cap. 5. n. 55. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 10. num. 52. & seqq. Antunez. de donat. lib. 1. cap. 3. num. 3.*

Quia nefarium esset de fraudibus in Aula Principis ubi semper Proce-
15 res, & Fidissimi Consiliarii adstant,
dubitare *Bald. in L. Sancimus C. de testam. Harprect. inst. tit. de testam. ordinand. § Sed cum Paulatim 3. & 4. num. 332. & seqq. Hartmann. Pistor. quæst. jur. lib. 3. quæst. 9. n. 2. Gaill. observat. lib. 1. cap. 42. n. 1. 2. & 3. & cap. 87. num. 6. Reinebing. de regim. Imp. lib. 1. class. 3. cap. 12. num. 29. & seqq.*

Et dum licitum est in Curia Judicis coram Ipso pro tribunali se-
16 dente, ubi omne genus personarum
adesse potest, testari, saltem coram duobus testibus omni alia solemnitate neglecta *ad Tex. in L. Omnium C. de testam. Hartmann. Pistor. quæst. jur. lib. 3 quæst. 9. num. 23. & 27. Barry de success. leg. lib. 1. tit. 2. n. 4. Heelser. in loc. comm. part. 2. loc. 11. num. 42.*

Dicendum erit supremum Prin-
17 cipem coram suis proceribus in Con-
cistorio supremo ubi omnes leges tolluntur, moderantur, aut renovantur, toto jure teste, quod in regiis scriniis est constitutum, testari non posse! Id absolute negant *Lancellott. Galliav. in repet. leg. Centurio 15. num. 61. ff. de vulg. & Pupill. Schrader. de Feud. part. 10. sect. 1. n. 36. Reynebing. de regim. secul. Imp. lib. 1. class. 3. cap. 12. num 29. Gaill. lib. 1. observ. 42. n. 1. 2. & seqq. Harprect. inst. tit. de testam. ordin. §. Sed cum paulatim num. 310. 311. Barry de success. lib. 1. tit. 2. n. 1. Hartman. Pistor. quæst. jur. lib. 3. quæst. 9. num. 21. de Petr. de Potest. Principis cap. 3. quæst. 4. Vasq. de success. lib. 3. §. 26.*

Et dum aliorum Testamenta precibus Principi exposita, vel solis auribus Principis, etsi nil rescribat,
teste tantum jure toto in Principis 18
scriniis reposito, convalidantur, & robur accipiunt ut respondit *Imperator in L. Omnium C. de testam. Julius clar. §. Testamentum quæst. 58. & Graff. de success. §. Testamentum quæst. 54. num. 17. Barry de success. lib. 1. tit. 2. num. 2. Pecch. de testam. conjug. lib. 3. cap. 24.*

Aliud jus statuere in Ipsomet Principis testamento juris ambagibus non supposito, non est juri conientaneum, ex regula propter quodunum
quodquetale, & illud magis, *ad* 19
Tex. in L. Digna vox C. de legib.

Sicut enim Principis contractus pro lege habetur, & ad sui perfectionem solemnitates non requirit quibus
dicitur solutus *L. Donatione quas Divus* 20
C. de donat. inter vir. & uxor. §. Sed quod Principi instit. de jur. natur. gent. & civil. Larrea all. 3. num. 7. & all. 119. num. 9. Gaill. lib. 2. obser. 127. num. 8. Antunez. de donat. regiis lib. 2. cap. 11. n. 17. & prius cap. 3. num. 2.

Pari ratione, & Testamentum Principis legis vim habere absque ulla
solemnitate ostendit *Cujac. obser. lib.* 21
26. cap. 35. leges enim, quæ actum irritum faciunt in pænam ejus, qui leges non servat, in Regum, &
Principum actibus tam inter vivos, 22
quam ultimarum voluntatum, locum non habere bene ostendit *Grotius de jur. bell. & pac. lib. 2. §. 14. cap. 2. num. 2.*

Et idipsum fatendum erit si ut maximum Imperii socium inspiciamus Palatinum.

Si-

Sive enim fœdere æquali, sive
23 inæquali cum Imperio sit conjunctus, aut jure clientelæ colligatus, supremam potestatem non amisit, ut *sect. 1. §. Nam etsi, & §. Et defensio, & §. Nil refragante quod jus clientelæ &c.* probatum est.

Et antiqua summa potestas quam ante Imperium habebat continuata di-
24 citur non nova acquisita *Bacovius ad disput. Treutler. tom. 1. disp. 3. thes. 6. litt. E. vers. altera.*

Propterea etsi Imperatorem superiorem habere dicatur, non est superior in potestate a Palatino retenta, sed dignitate, & authoritate in
25 Cæsari reservatis, ut dicit *Grotius de jur. bell. & pacis lib. 1. cap. 3. §. 71. num. 2.* unde consequens est quod nil differat a Principibus supremis, qui nullo modo Imperatorem recognoscunt, qui minus digni, & inferiores Imperatore, & Regibus dicun-
26 tur, nullo modo tamen suppositi *Reynching. de Regim. Imper. lib. 1. class. 5. cap. 5. num. 18. 19. Grot. de jur. bell. & Pacis lib. 2. cap. 20. §. 3. & 4. ac. seqq.*

Nec diverso jure censendus est si regalia ab Imperatore vel Imperio habere dicendum esset, quia eodem modo Imperatorem ex lege fœderis reservatam sibi potestatem a Principibus Germaniæ recognoscere in pace publica dici posset; unde quo jure sive veteri, sive novo post pacem publicam est in Imperatore reservata potestas, eodem censeri debet in Primarijs Germaniæ Principibus, & præsertim in Palatino Rheni jure sanguinis Statuum possessore *ut sect. 1. §. quod potentiori jure* demonstratur.

Et sicut libera & absoluta est in Imperatore, ita libera & absoluta, & propria est in Palatino licet in reservatis Imperatori illum superiorem
27 recognoscat, ex quo derivat quod ait *Bald. in L. sancimus C. de donat. ex sententia Bart. & Franc. de Pisis,* quod quidam Dux seu Comes de Ursinis regalia majora habens libera, & exempta in quodam Castro poterat sine solemnitatibus testari etsi superiorem recognosceret, quod dictum comprobant *Alex. in L. Omnium C. de Testam. Jas. in d. L. omnium 19. num. 15. Schrader. de Feud. par. 10. sect. 1. num. 17., & 36. Alex. cons. 18. & 15. lib. 2. Roland. a Vall. cons. 93. num. 42.*

Quod si verum est ex sententia Bartoli, & sequacium quando etiam ex gratuita, vel onerosa concessione regalia majora libera sunt acquisita, 28
non poterit in dubium revocari in primarijs Germaniæ Principibus uti supremis, & immediatis in Imperio residentibus, ex lege fœderis Status cum suprema potestate retinentibus, qui juri positivo non suppositi, omnem derogandi jure communi potestatem habent, quare immediatos Germaniæ Principes ita testari posse tamquam legibus solutos præcise fatentur *Bald. in L. Præcibus num. 15. ff. de Impuber, & aliis substit. Lancellot. Galliau. in L. Centurio n. 26. ff. de Vulgar Harman. Pistor. quæst. jur lib. 3. quæst. 9. num. 26. Klock. de Contribut. cap. 4. num. 310. Dauth. de Testam. in §. de Caus. efficien. 17. ampliat. vers. Nam aut de summo Principe fol. mihi 34. & seqq. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 1. num. 37. & seqq. Kynifchild. de Fideicom cap. 6. num. 1. Struvius de jure publ. cap. 26. §. 64.*

Et in Accademia Tibicensi ita decisum apparet ex voto ejusdem Academiæ relato penes *Christoforum Besold. disc. Politic. 4. Reip. & stat. subaltern. cap. 8. pag. 191., & consil. part. 6. cons. 273. & par. 4. consil. 150. & apud Harpreckt. instit. tit. de Testam. ordi. lib. 2. §. sed cum paulatim num. 311. & 312.*

Et quod uxores etiam horum Principum tamquam Augustæ ijsdem 29
juribus Maritorum radiantes sine ulla juris Civilis solemnitate testari possint dicit *Myller. de matrimon. cap. 7. de uxor. Illust. num. 9. Menoch. cons. 351. num. 10. & seqq. Harprecht. Instit. tit. de Testam. ordin. lib. 2. num 315. & 316. Krebs. post. Tract. de lign. & lapid. in Miscell. quæst. 2. quomodo Princeps sit solutus legibus num. 43. & 44.*

Et in Electoribus absolutum præ-

supponit *Klocb. de contribution. cap.*
4. num. 307. *Dauth. de Testam. in §.*
30 *de Caus. efficien. 17. ampliat. vers.*
aut de summo Principe pag. 34.

Ratio Dubitandi.

Pro ratione dubitandi contrarium
forsan proponi posset.

Primo ex eo quod Principes Im-
perij & etiam Electores subditi &
vassalli Imperii dicantur non socij,
seu Imperatores *Reynching. de regim*
31 *Imp. lib. 1. class. 5. cap. 6. num. 66.*
Sixtin. de Regal. cap. 5. num. 121.
Hermannus Stam. de servit. Person. lib.
3. cap. 10. num. 33., & supremam
potestatem propterea habent ratione
subditorum, & super subditos, eorum
32 vero personæ imperio sint subjectæ ut
notat *Rosental. de Feud. cap. 12. concl.*
10. num. 16., qui propterea dicit te-
stamenta Electorum vidisse cum om-
nibus solemnitatibus juris Civilis facta
quæ cum sint iudicanda in Camera,
vel coram Imperatore non admitte-
rentur nisi cum legittimis solemnita-
tibus.

Secundo quia cum Principes su-
periorem Imperatorem recognoscant,
summa potestas cum illis comunicata
dicitur, non ab Imperio, & Impera-
tore abdicata, quæ idcirco in recur-
33 sibus ad Imperium, & Imperatorem
recurrit, cum penitus avelli, majora
illa regalia supremæ Majestatis pro-
pria, & in signum summæ Eminen-
tiæ tributa, quæ dicuntur scabellum
pedum suorum, in quo essentialis vir-
tus & Majestas Imperatoris consistit,
non possint *Reynching. de regim. Imp.*
lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 48. 49. &
seqq. 89. 96. Hermann. Stam. de ser-
vit. personal. lib. 3. cap. 10. num. 33.

Omnis proinde concessio per in-
vestituras, privilegia exemptiones fa-
cta salvo jure superioritatis quam
Hispani Majoriam, Galli Domanium,
34 Germani reservata Cæsari, appellant
intelligenda est *Reynching. de regim.*
Imp. lib. 1. class. 5. cap. 6. num. 60.
61. 70. 73. 84. & quod idem possint
Proceres in statibus, ac Imperator
35 in Imperio procedat quoad jura Ter-
ritorialia, & regalia, non vero quoad
jura Imperialia Imperatori ad tuendam
majestatem reservata, & quoad Juris-
dictionem ordinariam, & omnimodam
non quoad absolutam, & supra leges
Civiles constitutam potestatem in Ju-
diciis, & Testamentis ordinandis *Re-*
ynching. de regim. Imp. lib. 1. class. 5.
cap. 6. num. 129. 130. & 132. Her-
man Stam. de servit. Person. lib. 3.
cap 10. num. 36. vers. testamentarias
quod in Ducibus, & Baronibus supe-
riorem recognoscentibus autumat. *Si-*
card. in L. sancimus 34. in princ.
num. 18. & 19. C. de donat.

Tertio quia ex hoc deduci posse
videtur quod Proceres Juri Comuni
derogare non possunt, nisi saltem ex 36
permissione juris Comunis *in L.*
Omnes Populi ff. de Iustit. & jur.
quare si lex prohibitiva, & cum clau-
sula derogatoria promulgata sit aut
lex aliqua Imperialis ob bonum pu-
blicum constituta, nulla ab ijs contraria
constitutio fieri potest, & si quæ pro-
vincialis constitutio proferatur tanti
roboris esse non potest, quin per Im-
perialem, & Majestaticam legem,
corrigi, declarari, aut abrogari non 37
possit, ut ex pluribus recessibus co-
mitiorum dicit *Reynching. de regim.*
Imper. lib. 1. class. 5. cap. 6. num.
148. 149. 152. Hermann. Stam. de
servit. Person. lib. 3. cap. 8. num. 36
vers. leges locales.

His tamen, & similibus non
obstantibus contrarium decidendum est
ex iis, quæ late supra *sect. 1.* pro
absoluta potestate procerum Imperii
deducta sunt. Pro quibus stat firma,
& inconcussa juris conclusio, quod
subjectio in parte facta, & ad certos, 38
& determinatos effectus, non tollit
libertatem, & absolutam potestatem
in reliquis ut late probat *Klocb. in*
relat. cameræ Imp. relatione 72. num.
126. 127. & relat. 269. num. 97.
& 131. quia cum summa potestas di-
vidi, & scindi possit, Aquilam inter
Principes necessitate cogente, pactis
& conventionibus fœderis divisisse Im-
perii prædam supra *sect. 1. §. Et*
hinc est quod ex Restauro & §. Et ita
re rite percepta &c. probatum fuit,
&

& si quæ jura etiam in portionibus
sibi reservatis in certis casibus Pro-
ceres Imperatori concesserunt, eadem
ex pacto, & conventione tributa,
superioritatem non inducunt ut supra
sect. 1 *§. Et hæc defensio Imperii* de-
claratur.

Quapropter etiam Principes qui
majora regalia habent, & legis con-
dendi potestatem, & jura Principa-
tus tenent, etsi superiorem recogno-
39 scant; tam in actibus inter vivos,
ut in Donationibus, insinuationis so-
lemnitati non esse obnoxios *ex Tex. in
L. Sancimus §. exceptis C. de donat.
Castren. cons.* 34. *colum.* 3. *lib.* 2. *A-
lex. cons.* 2. *col.* 7. *lib.* 5. *Schrader.
de feud.* 2. *part.* 9. *partis principio
sect.* 10. *num.* 37. *Hartman. Pistor.
quæst. jur. lib.* 3. *quæst* 9. *num.* 4.
Hermann. Stam. de servit. personal. lib.
40 3. *cap.* 10. *num.* 15. *vers. similiter*,
& eorum liberalitas erga Augustam
legis vinculis non coarctari ex *Tex.
in L. Donationes quas Divus* 26. *cod.
de donation. inter vir. & uxor. Bald.
in L. Præcibus C. de impub. & aliis
substition. & in d. L. Donat. quas Di-
vus in fin. Schrader. de feud. d. sect.*
10. *num.* 33. *& seqq. Brunemann. in
cod. d. L. donationes, quas Divus
num.* 4. *&* 5. *cod. de donat. inter vir.
& uxor. Sanchez. de matrim. lib.* 6.
disp. 4. *num.* 1. *Mantic. de tacit. lib.*
21. *tit.* 3. *n.* 2. tam in actibus ultimæ
voluntatis solemnitates *L. Hac consul-
tiss. C. qui testam. fac. poss.* observare
non debere, constans est Doctorum
sententia, de qua contra *Sicard. Cor-
neus cons.* 200. *vol.* 1. *Myller. de ma-
trim. cap.* 7. *de uxor. illustri n.* 9. *Schrad.
de feud. part.* 10. *sect.* 1. *num.* 36.
Hartmann. Pistor. quæst. jur. lib. 3.
quæst. 9. *Kinisch. de fideicom. cap.* 6.
num. 19. *Struvius de jur. public. cap.*
26. *§.* 64. *cum aliis supra in §. Quod
si verum est deductis*.

Et hæc in Electoribus, qui de-
rogandi juri comuni potestatem ha-
41 bent, & comunicant pluribus maje-
statis juribus cum Imperatore tam-
quam illius partes etiam in Cæsari
reservatis ex *Aurea Bulla cap.* 9. *&*
11. *Hermann. Stam. de servit. personal.
lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 34. *Sixtin. de
regal. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 29. *& seqq.
Myller. de jur. Asilor. lib.* 1. *cap.* 8.
num. 4. nullam dubitationem habet,
& contraria procedunt in Statibus
mediatis, aut votum in Imperio non 42
habentibus, nec majora regalia reti-
nentibus, & derogandi legibus comu-
nibus potestate non fruentibus, in
quibus terminis loquuntur, & pro-
cedunt *Sichard. Reynching. & Stam-
ma &c.* in contrarium adducti, non
distinguentes Statum a Statu. Cæte- 43
rum contradictorium est admittere ut
Status sit supremus, & potestate con-
dendi, & derogandi legibus etiam co-
munibus fruatur, ut nullus, nec ipsi
Reynching. & Stam. negare ausi sunt,
& illum Judiciorum, aut Testamen-
torum legibus, etiam comunibus, ex
usu tantum Provinciæ ut infra dice-
tur receptis, submittere ut explicat
Klock. de contribut. cap. 4. *num.* 310.
& Corn. cons. 200. *lib.* 1.

Quibus sic stantibus non obstant
contraria; nam ad primum responde- 44
tur quod Electores subditi, & Vas-
salli Imperii dici possunt tamquam
Imperii officiales, nempe Electores,
Archidapiferi, & Architesaurarii cum
illa maxima auctoritate in Imperio,
quam secum fert tanta dignitas, &
officium, quod accidentaliter Statibus
unitum, potius Status extollit, quam
quod submittit, ut *sect.* 1. *§. Offi-
cia tandem Electoratus &c.* dictum
est. Et in reservatis Imperatori su-
bjectio consistit, quæ cum sint ad de-
fensionem, ipsorum statuum & ex
voluntate Principium paciscentium;
ex lege fœderis Status non submittunt,
& servant supremam potestatem in
iis quæ retinent Principes regnantes;
quæ Principum potestas impossibile
est quod sit suprema ratione subdito-
rum, & subjecta ratione Personarum
ipsorum Principum, quia quatenus su-
premus est superiorem habere non po-
test, nec alteri esse suppositus. Et si
supremus est erga subditos, ergo legi-
bus solutus *L. Princeps* 31. *ff. de legib.*

In iis igitur, quæ eorum supre-
mæ dispositioni sunt supposita alius
superior, nec etiam ratione eorum
Z 2 per-

personarum adesse potest, nec personæ legibus ligari possunt.

In reservatis vero Cæsari eorum persona ob bonum Imperii publicum dicitur subjecta, nec implicat quod eadem persona diverso jure ex diversis causis, & diversis respectibus modo libera, modo subjecta censeatur *ad Tex. in L. fin. ff. de institut. Sixtin. de reg. lib. 1. cap. 4. num. 122.*

Qua ratione etiam Ludovicus 14. Magnus Galliarum Rex postquam plures provincias Belgii Hispanici olim Imperio sociatas in suam supremam potestatem redegit, ut votum in Comitiis Imperialibus, & Camera ratione Statuum acquireret, atque ita potestatem Regis Galliarum extenderet, petiit, & desideravit legibus Imperii ligari, & socius, seu cliens Imperii fieri quamvis frustra, ut dicit *Jo. Helvic. Sinold. jur. publ. lib. 2. tit. 2. posit.* 5. cum maxime etiam Monarchæ conveniat in aliquibus Statibus socium esse Clientem, & Feudatarium alterius Principis, tam superioris, quam inferioris, qui propterea ratione eorum Statuum dicitur legibus Imperii ligatus, seu subjectus, quamvis respectu subditorum earumdem Provinciarum, & in aliis Regnis, & Provinciis sit maximus, supremus, & Monarcha *Sixtin. de regal lib. 1. cap. 4. num. 64. et seqq. Peller. in observat. ad Klocb. de ærar. lib. 1. cap. 4. n. 101. et 102.*

Dum igitur in Cæsari reservatis non continetur, nec contineri potest tamquam bonum subditorum particulare, derogatio formæ Testamenti ex usu Provinciarum recepta; Princeps ratione subditorum supremus, legibus comunibus factis pro testamentis privatorum, quæ ex Provinciarum tantum usu ligant, non est suppositus, nec comprehensus; *ad Tex. in L. Princeps 31. ff. de legib. Harprecht. Inst. tit. de testam. ordin. §. Sed cum paulatim num.* 358. præsertim si sit Elector eadem Imperatoria majestate fulgens, tamquam pars Imperatoris, qui nec Imperatoria lege sicut ipse Imperator ligatus est, dum pluribus Cæsari reservatis ex Aurea Bulla participat.

Et si aliquando secundum leges testari velit prout dicit *Rosental.* Electores aliquando testasse, id procedit quia secundum leges Principes plerumque agere, & vivere volunt *ad tex. in L. digna vox. Cod. de legib.*, ut supra probatum est.

Ad secundum respondetur Regalia majora esse quidem comunicata
Principibus Germaniæ, nec penitus 45
ab Imperio avulsa, sed per partitionem, & divisionem, ut supra *Sect. prima §. Et hinc est, & §. Et ita re rite percepta &c.* demonstratur, ita ut ea quæ respiciunt bonum particulare privatorum sint omnino penes Principes jure proprio, & privativo ad Eos spectantia *Myller. de jur. Asilor. cap. 8. tit. 3. Henischild. de civitatib. Imperial. lib. 2. cap. 5. num. 43.* & ad libitum exercibilia in Statibus, etiam si Imperator præsens sit *Stam. de servit. personal. lib. 3. cap. 3. num. 15. vers. nec Statuum jurisdictio.*

Quæ vero spectant ad bonum publicum Imperii Cæsari, & Comitiis reservata dicuntur. Et hæc sunt quæ componunt scamnum pedum suorum, illam nempe excelsam Majoriam a Corona Cæsaris inseparabilem, quæ in quibuscumque concessionibus censetur reservata, & excepta, quam bene declarat *Dauth. de testam. in Add. ad tit. de caus. efficiente ampl. 17. vers. Idemq. de Electoribus. Stam. de servit. personal. lib. 3. cap. 10. n.* 32. quæ superioritatem non inducit in aliis ad Principes provinciarum spectantibus cum suprema, & omnimoda potestate, quæ etsi ob quamdam Imperatoris reverentiam dicatur multoties superioritas territorialis in Statibus, & non Majestas, hæc tamen nil dif-
fert nisi nomine a suprema Majestate 46
ut dicit *Huber. de jur. civit. lib. 1. sect. 3. cap. 3. num. 19.*

Nam cum sint Status membra Imperii, & Imperatoris formalis, & præsertim Electores, qui caput Imperatoris regentes partes ipsius Imperatoris dicuntur, Majestas Imperatoris, & Imperii per omnia corporis membra repræsentatur; & propterea con-
tra omnes Imperii Supremos Princi- 47
pes,

pes, & præsertim Electores crimen læsæ Majestatis committitur *ex Aurea Bulla cap. 4. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 5. num. 17. Hermann. Stamm. de servit. personal. lib. 3. cap. 10. n. 10. vers. tamquam læsæ. Struvius de jure public. cap. 16. §. 16.*

Nec tanta Majestas ex recursibus, & appellationibus redit ad Imperium, seu Imperatorem, sed penes ipsa membra in Camera, & Imperio residentia conservatur *ut sect. 1. §. Dum igitur tantus est &c.* probatum est.

Quamvis igitur non sit eadem specie, nec par cum potestate Imperatoris, est tamen eadem similitudine Juris, quæ facit ut possint Principes
48 in sibi commissis utilitate subditorum, quod potest Imperator in universo Imperio ob bonum Imperii universale, unde sicut Imperator in sibi reservatis nullis legum vinculis est adstrictus, ita Principes in juribus Provinciarum ab ipsis retentis, non solum ordinaria, sed & absoluta potestate super omnes leges, etiam communes, & universales, tam in judiciis, quam in testamentorum ordinatione moderantur, & disponunt, ut contra *Sicard. & alios* in contrarium adductos supra *in §. Quapropter etiam Principes*, abunde probatum est.

Ad tertium facilis est responsio,
49 quia aut agitur de legibus fundamentalibus Imperii cum clausulis derogatoriis, & consensu Electorum constitutis, prout constitui debent ut *Sect. 1. §. Et etiam plus aliquando possunt &c.* dictum fuit, & iis nec etiam ipse Imperator sine consensu Electorum extra Comitia derogare potest, & ipse eodem modo servare tenetur ut in Capitulatione Cæsarea *in lib. inscrip. resp. et Stat. Imp. tom. 2. art. 8. Capitulatio Cæsarea. Huber. de jur. civit. lib. 1. sect. 3. cap. 5. per tot.*

Aut vero agitur de legibus communibus etiam Imperatoriis ante Carolum Magnum ab ipso Justiniano, & successoribus Imperii Orientalis constitutis cum quibuscumque etiam clausolis derogatoriis, & cum eæ in Germania jubendi potestate numquam li-
gaverint; Germania enim jure Saxonico, & Svevico, seu Francico vivens, Regum Francorum viribus seculo quinto juris Romani penitus expers facta fuit *Spener. in notitia German. Antiq. lib. 4. cap. 5. §. 9. 10. 11.* & constitutiones Imperatorum Orientalium ante Carolum Magnum 50
numquam agnovit *Cristophor. Gothofred. Hoffmannus in histor. jur. Roman. Justinian. cap. 3. de jur. Roman. et Justinian. in Delineation. Thomasian. num. 118. pag. 374.*

Et solum post Carolum Magnum tempore Carolingiorum apud Burgundiones, & Francos Codex 51
Theodosianus in usu fuit, *Gothofred. Hoffmann. dicto cap. 3. in d. delineation. Thomasia. n. 374.* Postea vero Carolingiis extinctis cum in Academiis Italiæ jus Justinianeum explicari cæpisset, Germani Italorum imitatione Academiis Germania consti- 52
tutis, inter quas prima recensetur Hydelbergensis a Roberto II. Palatino anno 1346. sub Carolo IV. Imperatore propria authoritate tamquam Principe supremo erecta *Pancirol. de Clar. ver. Interpret. lib. 4. de Europ. Accadem. cap. 3. Gotofred. Hoffmann. d. delineat. Thomasian. num. 163.*

Jus Justinianeum seculo 13. explicare cæperunt. *Godbofredus Hoffman. de jur. Justinan. d. delineat. Thomas num. 162. 163. & 164.* quod non statim Fora, & Judicia receperunt, sed longe post, prius in una Provincia postea alterius imitatione in alia non ulla Imperatorum Germanorum, 53
seu Principum Provinciarum constitutione sed multiplicatis Juris Justinianei Professoris, & partim ipsis, partim eorum Discipulis consiliis Principum, & Judiciis adhibitis, non potuit usus Juris Romani ex scholis in Fora Germaniæ non esse traductus. *Gothofred. Hoffmann. d. delineat. Thomasian. num. 164. & 165. Gotelffius Struv. in Histor. jur. Rom. cap. 6. §. 40.* ac ita usu tantum, consuetudine Populorum & subsidiarie deficientibus Germanorum legibus introduci cæpit, ut *bene Gothelfius Struv.* 54
in

in Histor. Jur. Rom. Justinian. cap.
6. *de jur. German. §.* 39. *&* 40.
Audientibus præsertim Germanorum
Populis sub Bartolo Jurisconsulto Pi-
sas a Perusinis ad Carolum IV. mis-
so, Auream Bullam ex Jure Justinia-
neo excerptam Carolum Imperato-
rem Latino Idiomate constituisse *Go-
thofred. Hoffmann. d. cap.* 3. *de Jur. Ju-
stinian. in delineat. Thomasian. n.* 162.
Prout antea in Italia postquam
in Accademiis per plura tempora fuit
explicatam, & ejus maxima præstan-
tia ab eximiis J. C. Hirnerio & e-
55 jus sequacibus Jacobo, Bulgaro, Mar-
tino, Hugone, & horum discipulis
Azzone, Lothario, & Accursio co-
gnita, & laudata, ipsimet, & horum
discipuli modo in una Provincia mo-
do in alia judicentes, tam præclaris
legibus in judicando deferre, & secun-
dum illas deficientibus Provinciarum
legibus jus dicere cœperunt *Gothofred.
Hoffmann. in d. delineat. Thomasian.
num.* 119. *& seqq. & num.* 170. atq.
ita usu, & consuetudine, modo in
una, modo in alia Provincia jus il-
56 lud receptum, commune Jus dici cœpit
Struv. in Histor. Jur. Justinian. d. cap.
6. *§.* 292.
Quod a nullo Imperatore nec
etiam in Italia observari debere con-
57 stitutum est prout contra illos, qui
Lotharium id constituisse asserunt,
ostendit *Gothofred. Hoffmann. in d.
delineat. Thomas. num.* 119. 120.
& seqq.
Qua ratione cum tam in Italia
quam Germania ex usu, & consue-
tudine ligare cœperit; & usus Pro-
vinciarum sit varius, & diversus, &
58 in territoriis Statuum tardius usque
ad seculum 16. receptus *Gothofred.
Hoffmann. in d. delineat. Thomas. n.*
174. *Struv. in Histor. jur. Rom. cap.*
6. *§.* 39., alia plures, alia paucas,
seu nullas observans, ita ut vix vi-
gesima pars Pandectarum ad Sta-
59 tum Reip. Germanicæ fuerit accomo-
data, & Codicis, & Novellarum fa-
ciliorem esse usum afferat *Struv. in
Histor. Jur. Justinian. d. cap.* 6. *§.* 41.
Cum usus igitur, & consuetudo
60 Provinciæ sit illa quæ legi vim, &
robur tribuit, statim emergit quod
hæc lex tamquam provincialis pote-
state Principis Provinciæ possit ab-
rogari, & quod ab illa ipse Princeps
sit solutus *L. Princeps* 31. *ff. de le-
gib.*
Parum refragante quod Impera-
tor etiam leges provinciales abroget 61
quia id sit in Comitiis Electorum
consensu, quando hujusmodi leges bo-
no publico Imperii contradicunt, quia
sicut Imperator in perniciem alicuius
Provinciæ legem Imperialem condere
non potest, & conditam etiam in
Imperii recessibus, leges Provinciales,
ubi de jure Civili statuit abrogare e- 62
am possunt, ut dicit *Struvius in d.
Histor. Juris Justinanei cap.* 6. *§.* 42.
Strich. de success. ab intest. dissert. 8.
cap. 7. *num.* 19.
Etiam si clausulam derogatoriam
habeat excedentem Imperatoris pote-
statem in rebus civilibus ad Provin- 63
ciam spectantibus *Gothelfius Struvius
in Histor. Juris Justinian. d. cap.* 6.
§. 42. *in Addition.*
Ita nec Princeps provinciæ in
perniciem Imperii, & eorum, quæ 64
Cæsari sunt reservata se intromittere
non potest *Stamm. de Servit. personal.
lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 14.

RESPONSUM XXI.

PALATINA TESTAMENTI PRINCIPIS SUPREMI PALATINI RHENI.

SECTIO TERTIA

Super Dispositione seu ultima voluntate Serenissimi Principis Jo. Wilhelmi Supremi Principis Palatini Rheni Imperatoris, Judicis, & Sacri Romani Imperii Electoris & Vicarii.

ARGUMENTUM.

Pro validitate testamenti, vel Codicilli Principis Supremi sufficit ut
de

de ejus voluntate naturali ratione constet.

Legatum alternativum non inducit incertitudinem, sed tribuit heredi facultatem præstandi unam vel alteram summam.

Incertitudo quantitatis relictæ in legato non vitiat legatum quando adest causa quia tunc quantitas taxatur ab Judice secundum negotii qualitatem, circumstantias, & mentem testatoris.

SUMMARIUM.

1 *Pro validitate testamenti vel Codicilli Principis Supremi sufficit ut de ejus voluntate naturali ratione constet coram duobus, vel tribus testibus.*
2 *Militi in Castris hujusmodi testamentum facere permittitur.*
3 *Et etiam Domi recursu animo remanendi dum sub stipendio, & Sacramento vivit.*
4 *Et privatis etiam hæc privilegia conceduntur.*
5 *Statutis Provinciarum plerumque permittitur omnibus coram duobus, vel tribus testibus testari ut Senis, Venetiis &c.*
6 *Jure Bavarico coram duobus testibus qui se subscribant testari permittitur.*
7 *Legatis nummis sine certa quantitate legatum evanescit.*
8 *Largitate adhibita in legatis, & ex modo elargiendi suspicari potest de mentis integritate.*
9 *Ultima voluntas non est satis probata quando nec unico contextu facta sit, & ex testibus singularibus eliciatur.*
10 *Alternativa incertitudinem non inducit in ultimis voluntatibus.*
11 *Sed facta in pecunia vel aliis rebus fungibilibus in genere suo facultatem tribuit heredi unam, vel alteram summam eligendi.*
12 *Ut si testator dixerit quod non minus minori summa, nec plus majori ibi relicta arbitrio heredis solveretur.*
13 *Incertitudo quantitatis tunc legatum vitiat quando nec causa, nec quantitas pecuniæ est expressa.*
14 *Sed quando adest causa dotis, alimentorum, viduitatis &c. etiamsi quantitas non sit expensa, esset a Iudice taxanda prout negocii qualitas, & voluntas testatoris expostulabat*, & num. seq.
16 *Congruitas præstationis relicta a marito viduæ non est mensuranda ex sufficienti quantitate pro Viduili honore sustinendo, sed ex more, & mente testatoris & meritis coniugis.*
17 *Durante anno luctus cuique viduæ ab heredibus viri debentur eosdem redditus ut si maritus viveret.*
18 *In Imperio Romano Germanico inter Principes quantitas præstationis viduilis pendet ex liberalitate Principis mariti.*
19 *Lex præsumit testatorem quemque sanæ mentis.*
20 *Quod confirmatur a prudentia testatoris in cæteris dispositionis partibus demonstrata.*
21 *Principes diverso contextu diversis temporibus explicando voluntatem testari possunt.*
22 *Et testibus etiam singularibus singularitate adminiculativa eorum voluntas comprobari potest.*
23 *Ita ut sufficiat quod quocumque modo voluntas jure gentium attento comprobetur.*
24 *Etsi testes diversimode ordinem dispositionis referant.*
25 *Heres qui in certa parte dispositionem auctoris observavit non potest in alia parte dispositionem respuere.*
26 *Voluntas certa testatoris etsi nulla ex defectu solemnitatum per heredem in foro conscientiæ est servanda.*

Pro-

PRobata igitur Suprema Majestate, & absoluta potestate in Serenissimo Principe Palatino Rheni regnante, tam uti Principe independenti, quam uti Maximo Imperii socio, & consequenter quod juris positivi legibus tam in Contractibus, quam in ultimis voluntatibus sit solutus *ad Text. in L. Princeps ff. de legib.*

Superest ut discutiamus, & ad trutinam revocemus, quid sibi velit, quodque jus contineat ultima voluntas, & dispositio Serenissimi Principis Jo. Wilhelmi Supremi Principis Palatini de anno 1716. Mense Junii paucis diebus ante mortem facta coram Aulae Proceribus, & consequenter sit ne per Serenissimum Philippum Supremum Palatinum Regnantem modernum Statuum Serenissimi Jo. Wilhelmi successorem, & heredem universalem executioni demandanda.

Casus.

Moriturus enim Serenissimus Princeps Jo. Wilhelmus in reali Cubiculo sedens, sentiens in dies sibi vires deficere, & extremam unctionem S. Matris Ecclesiae sumere cogitans, Supremos Aulae Proceres sibi accersiri fecit, inter quos primi comparuerunt Dominus Comes Schaesbergh Supremus Domus Magister, Dominus Comes Diemastein Consiliarius secretus, quibus exponere coepit, quod vires corporis sui deficiebant, & quod propterea rebus suis consulere volebat, ut humanis curis solutus, cum toto cordis affectu Omnipotentis Dei decreta expectare posset. Cadaver itaque suum jussit, omni funebri luxu praetermisso, in majorum suorum sepulcris reponi. Postea dixit clarum esse, & omnibus patere successionem in Electoratu, & Statibus ad Serenissimum Fratrem Carolum Philippum spectare, sicut in reliquis bonis, & praesertim in gemmis pretiosis ejus Personae. Sed quia plurima debeat Serenissimae Electrici Conjugi, ob eximiam fidem, singularem pietatem, & amorem, quae in ejus suavissimo Coniugio pro salute Animae, & Corporis expertus erat, praesertim in infirmitatibus suis, & magis magisque in illa ultima, & diuturna, qua laborabat; propterea mandavit omnibus Officialibus, quod post mortem suam Serenissima Electrix Conjux eadem veneratione cultu, & obedientia, coleretur, prout in ejus vita observabatur, & idcirco, quod ejus annua praestatio pro viduili decore substinenda, esse deberet in summa, prout Comes Schaesbergh testatur, biscentum mille, usque ad tercentum mille florenorum, & prout dicit Comes Diemanstein florenor. biscentum mille, vel tercentum mille, & quod uti deberet eodem modo gemmis domus Palatinae durante ejus vita, de propriis vero gemmis quod ad libitum disponeret. Iniungens ulterius iisdem Officialibus praesentibus, quod enixis praecibus eam Majestati Caesareae Imperatricis Sororis Serenissimi Electoris commendarent. His igitur vix expletis, cubiculum ingressus Dominus Baro Hamdtein digito fuit a Serenissimo Electore evocatus, ut prope seipsum accederet, cui praedicta omnia a se disposita, praesentibus iisdem Comitibus eodem modo exposuit, & mandavit etiam illi, ut praefata observaret, & circa viduilem praestationem Serenissimae Electrici solvendam testatur etiam hic Baro quod Serenissimus Elector dixerit, esse debere in summa biscentum mille, vel tercentum mille floren. Et paulo post in Cubiculo apparuerunt Aulae Cancellarius, & Dominus Comes Blanckenheimb, & cum Serenissimus Elector ad se vocaverit praefatum Aulae Cancellarium, multa de supra expositis eodem modo illi enunciavit, licet de Viduili praestatione Serenissimae Electricis nil repetiit. Quibus absolutis Sacrosanctam Extremam Unctionem praesentibus omnibus praefatis umillime recepit, postero die cum esset in eodem Cubiculo idem Dominus Baro Hanndtein, Serenissimus Elector illum approximare fecit Regio Sedili, in quo requiebat, & illi notum fecit quod ultra

alia

alia ab ipso disposita, jubebat quod famulis suis præterita salaria solverentur, & quod omnia prætiosa post mortem suam inclusa reponerentur in ejus secreto Cubiculo, & quod gemmæ ejus Personæ Serenissimæ Electrici consignarentur, ut ab ejus manibus Serenissimus Elector Frater Successor eas reciperet. Et quod nil aliud ejus memoriæ apparebat posteris demandandum.

Et hæc fuit ultima voluntas, & dispositio Serenissimi Electoris cum tanta seria cogitatione, & repetitione spatio plurium dierum ante mortem confirmata, quam in omnibus prudentem, in multis Juri conformem, & testamentis Magnorum Virorum, & Magnatum usitatam, quis dixerit non esse exequendam?

Quibus enim vitiis scatet, seu laborat?

De solemnitatibus namque Juris positivi in ultimis voluntatibus Supremi Principis Palatini quærere non oportet. Jam supra *Sect.* 1. *&* 2. clare demonstratum est quanta Majestate fulgeat, quomodo Supremus sit, omnibus Juris Civilis legibus solutus, etiam in ultimis voluntatibus, ac proinde sufficit, quod de ejus voluntate, naturali ratione constet coram duo-
1 bus, vel tribus testibus, secundum illud Apostoli relatum *in cap. in omni* 4. *& in cap. licet Universis. extra. de testibus. L. ubi numerus ff. de Testibus.* Sive ejus dispositio tamquam testamentum accipiatur, quia contineat successionem fratris heredis in Statibus, & aliis bonis, sive tamquam codicillus ab intestato, quia commemoratio successionis facta sit per modum uniformis voluntatis legis dispositioni, utroque modo, sive tamquam testamentum, sive tamquam Codicillus coram duobus, vel tribus testibus, hæc dispositio satis probata dicitur, & legitime facta a Palatino Principe Supremo, jure proprio Maiestatis, sive alio quocumque modo majora regalia habeat, aut exemptionem Juris Civilis ex privilegio etiam retineat *Lancell. Conrad. in templ. omnium Judic. lib.* 1. *cap.* 4. *de Ducib. num.* 11. *vers. quo circa. de Petr. de Potest. Princip. cap.* 3. *quæst.* 4.

Si enim militi in Castris id facere permittitur ad *Tex. in §.* 1. *Inst. Tit. de Milit. Testam. lib.* 2. *L. prima ff. de Testam. Militis*, & etiam domi reverso, animo remanendi dum sub stipendio, & Sacramento vivit *Mans. in Centur. Decis. Palatin. quæst.* 33. *per tot. post ejusdem Bibliot. Legal. tit.* 1., & Patri inter liberos *L. hac consultissima §. ex Imperfecto C. de Testam. ordin. Gaspar. Manz. in d. Centur. decis. Palatin. quæst.* 34. *num.* 22. *& per tot.* 2 3

Et Privatis etiam hæc privilegia conceduntur *Harprect. Instit. tit. de Testam. ordin. §. sed cum paulatim num.* 331. 4

Et Statutis Provinciarum plerumque quibuscumque coram duobus vel tribus testibus testari permittitur, ut Venetiis, Senis, & alibi *Harprecht. Instit. titul. de testam. ordin. §. sed cum paulatim num* 31. *& seqq. Gayll. observat. lib.* 2. *observat.* 123. *num.* 1. 5

In Dubium revocare licebit Supremum Principem Palatinum, omnibus regalibus majoribus condecoratum, tantis Imperii privilegiis suffultum coram duobus, vel tribus testibus testari non posse?

Jure Bavarico enim, quo in Neupalatinatu utuntur, coram duobus testibus, qui se subscribant testari permittitur *Gaspar. Manz. in d. Cent Decis. Palatin. in Dicaster. Neoburg. prolatar. quæst.* 32. *num.* 9. 6

Et Supremus Princeps NeuPalatinatus, qui jura Principatus secum fert, etsi hac lege solutus, Pheulendorphi, ubi territoria dum ibi moratur, omnibus suis Statibus mutuatur, ut supra *sect.* 2. *in princ.* dictum est, secundum hanc legem testari non poterit? Absurdum est omnino vitandum.

De voluntate igitur si quæramus, illa enixa est, prudens, pluribus diebus præcogitata, cum perfectissima mente, & sano intellectu, verbis propriis pluries exposita, cum cognitione omnium procerum testium præsentium, quos ipse videns, & agnoscens

cens pluries evocavit, & cum ipsis collocutus est, & postero die etiam tacite confirmata.

Nulla ratione igitur executio est deneganda.

Pro ratione dubitandi forsan dici poterit respectu Viduilis præstationis legatæ Serenissimæ Electrici.

Primo quod certam summam
7 non contineat, & proinde legatis nummis sine certa quantitate quod legatum evanescat *ad Text. in Leg. Nummis* 85. *ff. de leg.* 3. *L. Si sic legatum* 75. §. 1. *ff. de leg.* 1.

Secundo quando certam quantitatem contineret, quod sit excessiva, nullæ umquam forsan Principissæ in tanta quantitate assignata, & quod ex hac largitate, & ex modo elargiendi
8 bisentum mille, aut tercentum mille florenos, quasi parum distent biscentum mille, a tercentum mille, suspicari possit de mentis integritate.

Tertio demum quod non sit satis probata, quia nec unico contextu
9 facta sit, & ex testibus quasi singularibus eliciatur, qui etiam ordinem dispositionis diversimode referant.

His tamen, & similibus non obstantibus stat firma supradicta dispositio tamquam certa, prudens, & cum integritate mentis facta, & abunde ex testibus præfatis probata.

Nam ad primum respondetur, certam esse quantitatem bis centum mille florenorum, in qua minori quantitate omnes testes concordant, etsi alternative sit relicta cum alia
10 majori quantitate, quia alternativa incertitudinem non inducit, sed in pecunia, & aliis rebus recipientibus functionem in genere suo facultatem tribuit heredi unam vel alteram sum-
11 mam solvendi *ad Text. in L. fidejussorem ff. Mandati L. legata Generaliter* 37. §. 1. *ff. de legat. prim. Camerell. de legat. lib.* 3. *de generis legat. quæst.* 2. *n.* 15. *& quæst.* 3. *&* 4. *pag. mihi* 331. *Donell. comment. jur civil. lib.* 8. *cap.* 19. §. *ex legato num.* 40. *&* 50. *Cuiac. in comment. ad Affrican. tract.* 6. *in L. si quando* §. *heres cujus* 109. *ff. de legat. primo. Bruneman. in L.* 43. §. 1. *ff. de legat.* 2.; & minor summa in legatis quantitatis alternativis ipso jure debetur *Camerell. de legat. lib.* 9. *tit. de legat. alternat. quæst.* 12. *pag. mihi* 690 *Donell. comment. juris civil. lib.* 8. *cap.* 19. §. *quæ ex legat. num.* 50. *& est tex. expressus in L. si ita relictum* 43. §. *ultimo ff. de legat.* 2. ibi „ *si ita scriptum sit decem aut quindecim heres dato, pro eo est ac si decem sola legata sint quia heredis videtur potestas in eligendo*. Et idem est in contractibus *L.* 12. 109. *ff. de verb. oblig. L. si ita* 12. *L. si ita* 109. *ff. de verb. oblig. & ibi d. Donell.*

Ita ut sensus & mens testatoris fuerit, quod non minus quam bis 12
centum mille floreni, nec plus quam ter centum mille annui solverentur arbitrio heredis *ad Text. in L. si quando* 109. §. 1. *ff. de legat. primo & ibi Cuiac. in comment. ad Affrican tract.* 6.

Quia si data erat potestas solvendi tercentum mille, poterat etiam solvere bis centum quinquaginta mille & excedere biscenta mille; qua interpretatione retenta non discrepat primus testis, qui asserit reliquisse bis centum mille usque ad tercentum mille florenos, quia relinquendo bis centum mille usque ad tercentum mille dat facultatem heredi excedendi summam minorem usque ad majorem, prout heredi permittitur in alternativis *in L. si quando* 109. §. 1. *ff. de legatis primo*.

Et prout quando taxantur dotes seu alimenta in certis summis usque ad aliam majorem, censetur data potestas heredi, si opus fuerit excedendi summam taxatam usque ad majorem summam.

Et hac ratione idem continet legatum alternativum a duobus Testibus expositum, ac alterum unius Testis in minori summa usque ad majorem relictum.

Præterea incertitudo quantitatis tunc legatum vitiat quando nec causa nec quantitas pecuniæ est expressa 13
prout *in d. Leg. Nummis* 75. *ff. de legat.* 3. *leg. si sic legatum* 75. *ff. de legat. primo*.

Sed

Sed quando adest causa dotis, alimentorum, viduitatis sustinendæ, etiam si nulla quantitas in legato pecuniæ esset expressa, esset a Judice
14 taxanda, prout negocii qualitas, & voluntas testatoris ex circumstantiis expostulat, *L. Si filiæ* 43. *ff. de legat.* 3. *leg. cum post §. Gener. ff. de jur. dot. L.* 3. *C. de dot. promiss. Camerell. de legat. lib.* 3. *tit. de quantitate legat. quæst.* 4. *pag. mihi* 377.

Quare quacumque incertitudine
15 retenta non minor summa bis centum mille florenor., in qua omnes conveniunt posset arbitrari quolibet anno solvenda, prout viduilis præstationis constitutio secum fert *ad Tex. in L. Qui quatuor* 30. *§. Uxori ff. de legat.* 3. *L. Pecuniæ* 8. *ff. de Alim. & cibar. legatis* vel ad summum quod gratis (nulla causa id exigente dicitur) ultro per Serenissimum heredem maximum augumentum esset offerendum viduili præstationi ab initio promissæ, ex Testatoris generositate, enixa mente recompensandi tantas Serenissimæ Electricis virtutes erga illum expensas, & quantitatibus magnis expressis latissime taxandum, & arbitrandum ut est textus expressus *in L. Si servus* 50. *ff. de legatis primo* ibi „ Si numerus nummorum legatus sit, nec appareat quales sunt „ legati ante omnia ipsius Patris familias consuetudo, deinde regionis, „ in qua versatus est exquirenda est; „ sed & mens Patris familias, & „ legatarii dignitas, & charitas, & „ necessitudo, item earum quæ præcedunt, vel quæ sequuntur summarum scripta sunt spectanda „ & ibi bene *Gothofredus*.

Et ex his ad secundum respondetur quod excessiva non dicitur tanta summa florenorum bis centum mille si generositatem tanti Principis, & Testatoris morem, in recompensandis, & beneficandis, non dicam æqualibus sed Infimis, & servis toti Germaniæ notam perpendamus, quæ cum adæquare non possit ea omnia quæ Serenissimæ Conjugi debebantur tum ob Generis dignitatem, & magnitudinem, tum ob maximas præclaras virtutes & peculiares animi dotes, quibus Serenissimum Electorem quotidie excolebat, & corpore, & animo proficere curabat; Hinc coniicere licet quod cum mandaverit proceribus Curiæ quod Serenissima Electrix eadem veneratione coleretur, & iisdem servitiis frueretur prout eo vivente factum fuerat, ea mente fuisse ut constitueretur uxori talis præstatio, qua idem decus, & eumdem splendorem & eamdem majestatem in vita viri retentam, sustinere posset. 16

Qua propter non ex sufficienti quantitate pro viduili honore sustinendo hæc præstatio mensuranda est sed ex more & mente Testatoris, meritis Conjugis, & usu etiam plurimorum Magnatum qui uxores viduas iisdem servitiis, honoribus, & præeminentiis in vita constitutis durante viduitate frui debere volunt, prout dignum est, cum vidua præsertim Principissa quæ repræsentando virum, sicut eadem dignitate, & majestate colenda est, ita eosdem reditus habeat ad eam sustinendam necesse est *Klocb. consf.* 155. *num.* 132 *lib.* 4. *Mevius ad jus Lubecens. lib.* 1. *tit.* 5. *art.* 13 *n.* 53. *lib.* 2. *art.* 2. *tit.* 2. *n.* 49. *&* 50 *Bersan. de viduis cap.* 2. *quæst.* 1. *n* 66. *& seqq.*

Quod si durante anno luctus cuique viduæ ab heredibus viri debetur 17
Heesser loc. commun. parte prima loc. 5. *num.* 127. *& seqq. parte* 2. *loc.* 14. *num.* 108. *&* 109. *Carpzov. Respons. Elector. lib.* 1. *tit.* 8. *resp.* 58. *num.* 12.

Nonne laudabile est si generosissimus Princeps absque filiis decedens erga uxorem ex summo stirpis genere ortam, tantis virtutum meritis suffultam durante ejus viduitate id facere velit?

In Imperio præsertim Romano Germanico ubi inter Principes ex liberalitate Principis mariti quantitas 18
dotalitii seu præstationis viduilis pendere asserit *Myller. de matrim. cap.* 10. *num.* 10.

Hæc enim sunt indicia virtutum & summæ Principis prudentiæ, ne uxoris virtute vinceretur, & ne ejus majestas in uxore vidua adumbraretur.

Et id ad minus constantem men-
19 tem referre, est a mente legis aberrare quæ contrarium præsumit juxta *Text. in L. 5. C. de codicill. Deci. conf. 102. num. 1. & 2. lib. 1. Anton. Perez. conf. 9. num. 6. Wulter. inter conf. Accadem. Marburgien. conf. 30. n. 4. lib. 4.*

Et a mente Testatoris integra in tantis collocutionibus, & aliis circumstantiis supra recensitis demonstrata, & a prudentia ejusdem in cæteris dispositionis partibus contenta, aber-
20 rare. *Cels. Hugo. conf. 120. num. 33. in fin. Castill. controver. jur. lib. 4. cap. 27. num. 18. prope finem*, & dixit *Rot. Rom.* in testamento Principis morbo Apoplexiæ ita correpti, ut loqui non posset *decis. 9. 10. & 11. & 12. post. Card. de Luc. de Testam.*

Nec quid aliud incongruum significat modus elargiendi alternative satis juri & rationi conveniens supra demonstratus, & *in L. Lucio Titio 23. ff. de legat.* 2. tamquam congruus approbatus.

Ad tertium demum respondetur quod abunde probata dicitur ex primis duobus Testibus concordibus in summa florenorum bis centum mille, qui ut supra probatum est, non discrepant in sustantia majoris quantitatis, quæ arbitrio hæredis posset præstari.

Et his accedit tertius Testis, cui omnia primum disposita repetita fuerunt, præsentibus iisdem primis Testibus; quare sive prima, sive secunda dispositio attendatur, utraque perfecta, naturæ, & veritatis ratione attenta, dicenda est.

Quin imo quando etiam disjun-
21 ctim utraque dispositio accipienda esset, illud peculiare est in Testamentis Principum, & eorum, qui juris civilis vinculis sunt soluti, ut non unico sed diverso contextu diversis temporibus voluntatem explicando testari possint *Vasq. de succes. lib. 3. §. 26. in princ. Harprect. instit. tit. de Testam. ordinand. §. sed cum paulatim num. 308.*

Et Testibus etiam singularibus singularitate adminiculativa eorum 22
voluntas comprobari, sive ante testamentum, sive postea contenta in eodem noverint *Vasq. de succes. dict. lib. 3. §. 26. in princ. Harprect. de testam. ordinand. d. §. sed cum paulatim n. 309.* ubi, etiamsi testamenti partem ab unis, & partem ab aliis habuerit.

Ita ut sufficiat quod quocumque modo voluntas jure gentium attento comprobetur, ut executioni sit demandanda *Vasq. de succ. d. §. 26.* 23
Raudens. de Analog. lib. 1. cap. 28. per tot. Harprect. instit. tit. de testam. ordin. d. §. sed cum paulatim num. 309., etiamsi testes diversimode ordinem dispositionis, qui substantiam veritatis non tollit referant *Petr. de* 24
fideicom. quæst. 12. n. 1072. & 1096.

Quod tanto magis procedere debet, quia in cæteris partibus disposi- 25
tio a Serenissimo Herede fuit observata; eam repuere igitur non potest quoquomodo sit favore Serenissimæ Electricis *ad Text. in L. 3. ff. de Condit. & demonstr. L. prima ff. de condit. institut.*

Nec est de recusatione suspicandum in mente Iustissimi Principis, dum in Foro conscientiæ probabilis est opinio Teologorum, quod voluntas certa Testatoris, etiam nulla ex 26
defectu solemnitatum sit per heredem servanda, prout in Dicasterio Neoburgico dictum fuisse refert *Gaspar. Manz. in dicta Centur. decis. Palatinat. quæst. 32. num. 11. & 12.*

RES-

RESPONSUM XXII.

FLOREN. SEU LUNEN. INVESTITURÆ.

ARGUMENTUM

Explicatur natura decem Feudorum pro quibus sub die 26. Maii 1724. ab Augustissimo Imperatore Carolo VI. favore Serenissimi Magni Ducis Etruriæ J. Gastonis I. fuit renovata investitura cum antiquarum omnium concessionum exactissima approbatione. Ubi probatur Imperatorem nihil immutare potuisse cum hac investitura in præjudicium Principis possessoris.

SUMMARIUM.

1 *Multiplex, & varia est natura feudorum.*

2 *Investitura pro confirmatione, & renovatione cujuscumque feudi, nil aliud continere debet quam novam possessionis traditionem feudi jam creati nec aliquid immutare in præjudicium possessoris*, num. 14. 17. 18. *Maxime si possessor succedat ex Persona propria veluti jure fideicommissi, vel Primogenituræ*. num. 7. & num. 42.

3 *Ideo si in eadem investitura plures acquisitiones contineantur, quarum aliæ masculos tantum, aliæ fœminas quoque & quoscumque heredes respiciant, non possunt ad unam speciem masculorum descendentium coarctari* num. 15. *Et in terminis Feudorum Malespinorum in agro Lunensi* num. 16.

4 *Et in hoc casu expressio descendentium masculorum vel ad feuda masculina tantum referri debet, vel per errorem adjecta vel masculi tantum invitati censentur tamquam heredes, & quatenus sint heredes secundum Doctrinam Bartoli*, & num. 6.

5 *Nam prima fœudi constitutio est radix, & fundamentum fœudi, & regulam & directionem subsequentibus investituris tribuere debet.*

8 *Affertur emptio Feudi Fillattieræ facta a Cosimo I. a Marchionibus Malespinis, & investitura a Leopoldo I. Imperatore obtenta a Cosimo III.*

9 *Nec non emptiones ab eodem Cosimo I. factæ feudorum Corlaghæ, & Arcis Sigilliuæ.*

10 *Nec non emptiones factæ a Francisco I. Feudorum Lusuolo, Ricco, & Lisana.*

11 *Nec non emptio Feudi nuncupati Terra Rubra facta a Cosimo II. & infeudatio ejusdem in Marchionem Manfredi Malaspina facta a Ferdinando II.*

12 *Nec non investitura omnium prædictorum feudorum, a* num. 8. ad 11. *a Cosimo III. obtenta a Leopoldo I. Imperatore.*

13 *Feuda Italica plerumque sunt acquisita pro heredibus, & successoribus, & cum facultate alienandi.*

19 *Adfertur emptio Feudi Pontremolis facta a Ferdinando II. cum Rege Hispaniarum, & Investituræ ab eodem Ferdinando, a Cæsarea Majestate obtentæ.*

20 *In quibus concessa facultate Ferdinando II. alienandi, impetrato assensu Cæsareo cum expressione Personæ in quam fiat alienatio, assensus non potest denegari, nec respui Persona nominata ut inutilis talis facultas constituatur.*

21 *Ad hoc ut Feudum improprium sit efformatum sufficit, ut unum ex requisitis feudi recti deficiat.*

22 *Uti si Instrumento adquisitionis adesset expressio Feudi liberi quæ idem valet ac Feudi franci.*

23 *Qua expressione existente eo casu nominatio heredum, & successorum, non ad heredes, & successores feudales, sed ad quoscumque etiam extraneos & ad fœminas esset extendenda, maxime si de qualitate feudali nulla mentio facta fuerit*, & num. 25.

Quam-

24 *Quamvis non sint adjecta verba* quibuscumque, vel cui & quibus dederint *quae important potius allodialitatem & quod absque licentia Domini directi feuda possint alienari*.

26 *In feudis vero rectis, & propriis servatur natura feudi & leges feudorum locum habere possunt*.

27 *Consensus a Domino directo in transferendis feudis Francis, & impropriis non potest recusari*.

28 *Maxime si in adquisitione adjecta fuerit clausula* pienamente *quae importat integrum dominium, & tam directum, quam utile*.

29 *Sicuti alia* per sempre.

30 *Et alia* nella più ampla forma che si può a consiglio di savio.

31 *Sapiens enim naturam alienationis rei tamquam liberae factae potest semper magis explicare, & declarare*.

32 *Ideo bona alienata tamquam allodialia reputantur in quibus natura feudi alteratur, licet in caeteris non alteratis natura feudalis remaneat, & propterea Beneplacitum Imperiale ad majorem tantum cautelam censetur adpositum*.

33 *Eo magis feudum francum & liberum est asserendum si adsit in contractu emptionis expressa alienandi facultas tam per actus inter vivos, quam ultimae voluntatis*.

34 *Et justissimo praetio sit emptum nulla servitiorum facta reservatione*.

35 *Contrarium in feudo simpliciter emptitio distingue, ut* num. 36. 37.

38 *In Investitura quae confirmat acquisitionem feudi tamquam liberi, franci, & improprii, expressis* pro legitimis heredibus, *ad excludendos illegittimos censeri debet adposita*.

39 *Vel ad includendos prius legitimos heredes absque tamen aliorum exclusione prout servatur in feudis, ad quae plures disiunctive lineae sunt vocatae*.

40 *Adfertur emptio feudi Pitiliani facta a Ferdinando I. & alia Groppoli a Francisco I. & Investiturae ab Imperatoribus obtentae*.

41 *Quae cum sint stipulatae pro filiis heredibus ac descendentibus masculis legitimis, non poterant a Carolo VI. aliorum feudorum investiturae cum his cumulari quae diverso jure censentur*.

43 *Feuda Pitiliani, et Groppoli quamvis magis habeant naturam feudi recti et legalis, tamen quia ab initio erant libera, et in protectionem Imperii data, remanet in Possessoribus alienandi facultas saltem cum consensu Imperiali*.

44 *Praesertim quia ante consuetudines feudales haec feuda constituta cum illis non regulantur*.

45 *Et cum non habeant prohibitionem in rem, sed in Personam, intrat conclusio quod semel alienata semper alienabilia durant*.

46 *Licet in caeteris jus feudale servandum sit*.

47 *Et haec est constans praxis feudorum Malespinorum, quae fere omnia sunt alienata*.

48 *Cum in judicio de feudis nulla lex esse possit quae usum vincat aut mores*.

49 *Et propterea Jo. Gasto ultimus ex masculis descendentibus feuda dicta distrahere potiet, nec afsensus Imperialis esset denegandus*.

50 *Et si non distraheret, soror agnata ex aequitate Bartoli defectis masculis, esset admittenda*.

51 *Sicuti in aliis feudis masculinis, et in specie in Statu Senensi fitis*.

CUm tam varia, & multiplex sit Feudorum natura quae pactis, & conventionibus in eorum acquisitionibus constituitur *ad Textum cap. 1. tit. de duobus fratribus a Capitaneo investitis lib. 2. Feudorum*, non uno eodemque jure plura Feuda diversis temporibus, & a pluribus personis diversimode acquisita censeri possunt, nec una, eademque regulari Investitura, quae pro adimplemento, & executione antiquarum concessionum datur, ita ut si unico instrumento plurium feudorum investitura cumuletur, non unica, & simultanea omnium

feu-

feudorum Investitura esse potest, sed multiplex, & varia secundum naturam creationis cujusque feudi esse oportet, & quod unicum instrumentum dicatur, diversas & varias investituras continens.

Cum decem itaque feuda, nempe Filacteria, Corlata, Arcissigillina, Ricò, Lisana, Luxolum, Terra rubra, & Pontremolim, Apua quondam nuncupatum, Pitilianum, & Groppoli in præfato renovationis instrumento contenta diversas habeant naturas, propter varias eorum constitutiones diversis temporibus, & sub dissimilibus conventionibus, & pactis sub multiplicibus Augustissimis Imperatoribus in variis Diplomatibus, & Litteris creatas, & productas, non possunt propterea unam, eamdemque recipere Investituram, omnino simultaneam, quæ easdem personas, similesque facultates amplectatur, quia si Feuda sunt diversimode constituta, alia franca, & libera, seu impropria, pro heredibus, & successoribus, fœminas, & extraneos heredes complectentia, & alienandi facultatem habentia, alia recta, & legalia ad masculos descendantes restricta cum eadem, vel sine facultate alienandi; Investitura, quæ pro adimplemento, confirmatione, & renovatione cujuscumque feudi jam constituti est consignanda, & nil aliud continere debet, quam novam possessionis traditionem

2 feudi jam creati *ad Text. in cap. Investitura tit. 2. quid sit investit. lib. 2. feud.* non potest unam, eamdemque omnibus feudis in eodem instrumento comprehensis dare naturam, antiquas eorum destruendo, & excludendo personas, & facultates in prima feudi constitutione comprehensas, sed secundum primam feudorum creationem, & tenorem primarum concessionum, cum quibus fuerunt feuda ab initio creata, & constituta, Investitura cujusque feudi est renovanda, & propterea maxima ratione in renovationis instrumento præfato Carolus VI. professus est, quod de supradictis feudis, eo modo, quo in superioribus, & anterioribus Diplomatibus de quovis feudo memoratum venit, eumdem Serenissimum Joannem Gastonem clementer investire, & infeudare intendebat, & quod privilegia, pactaque litteris superioribus inserta, cum omnibus eorum punctis, clausulis, tenoribus, articulis, sententiis, & verborum expressionibus approbabat, ratificabat, & confirmabat. Cum qua verborum expressione, quia natura cujusque feudi servatur, maxime repugnans est, quod in anteriori oratione in eodem instrumento, quando nominavit decem feuda prædicta, profiteatur Serenissimum Joannem Gastonem, ejus filios, heredes, & descendentes masculos legittimos de iisdem investivisse, quasi ea omnia feuda ejusdem sint naturæ, easdem personas complectentia, quod summopere adversatur creationi, & constitutioni cujusque feudi, & antiquioribus Diplomatibus Imperatorum, quæ servare voluisse Cæsarea Majestas protestatur, & feuda omnia prædicta in eadem priori oratione retinere, & habere Serenissimo Magno Duci præfato licuisse, & licere, prout ea omnia prædecessores ejus compararunt, & possederunt, promittit, & vult. Acquisitiones igitur a Serenissimis ejus antecessoribus factæ sunt perscrutandæ, & dum illæ diversas personas continent, aliæ masculos, & fœminas, heredesque quoscumque propter diversas feudorum naturas, non possunt ad unam speciem descendentium masculorum coarctari, cum maxima voluntatis Cæsareæ repugnantia, & contradictione, dum creationem cujusque feudi servare voluisse profitetur. 3

Nisi dicamus præfatam descendentium masculorum expressionem solum ad ea feuda masculis tantum convenientia esse referenda, disjunctive illam accipiendo, vel quod per errorem falsa quadam suppositione censeri debeat adiecta, prout ipsa jura feudalia declarant, quando repugnat feudi naturæ *per Text. in cap. 1. de Vasfall. decrep. ætat. Menoch. cons. primo num. 124. Castrens. cons. 142. num. 3. Thesaur. decis. 227. num. 2. Christinæus decis. Belgic. vol. 6. ad consue-* 4

suetud. feud. decis. 3. *num.* 23. *& seqq. Scrader. de feud. cap.* 5. *part.* 2. *num.* 28. *& seqq. Gayll. observ.* 49. *num.* 1. 2. *lib.* 2., quia radix, & fundamentum feudi est illa prima feudi constitutio ab Imperatoribus approbata, quæ regulam, & directionem subsequentibus Investituris tri-
5 buit. *Decian. cons.* 3. *num.* 51. *vol.* 4. *Afflict. decis.* 145., *Buratt. cons.* 85. *num.* 6., & quæ taotum spectanda est pro intelligentia posteriorum Investiturarum.

Vel quod descendentes masculi in feudis impropriis, & hereditariis invitati censeri debeant, tamquam heredes, &
6 quatenus sint heredes secundum doctrinam *Bart. in L. si tibi §. si pactus ff. de pactis*, *Peregrin. cons.* 33. *n.* 9. *lib.* 1. *Covarruvias var. resol. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 7.

Et quamvis eadem descendentium masculorum expressio, & nominatio eodem modo fuerit adiecta in investituris eorumdem decem feudorum renovatis Serenissimo Cosmo Tertio Magno Hetruriæ Duci per Augustissimum Imperatorem Joseph primum anno 1706., & per eumdem Carolum VI. anno 1713. Nihilominus cum præfatæ renovationes iisdem verbis ac ultima Serenissimo Joanni Gastoni concessa sint conceptæ, & exaratæ, eamdem repugnantiam, & contradictionem antiquioribus concessionibus, quas Imperatores servare voluisse profitentur, habere dignoscuntur, & easdem responsiones, & interpretationes supra relatas patiuntur, & quod magis est, cum Serenissimus Joannes Gasto Magnus Dux, Dominus noster in his feudis ex propria persona succedat jure fideicommissi, vel primogenituræ majorum suorum, præfatis renovationibus affici non po-
7 test, & statim ac de ultimo, & duabus prioribus notitiam habuit, protestari, & reclamare contra illas mandavit, & quod illæ declarentur nullo modo præjudiciales primis, & antiquissimis concessionibus, quibus natura cujusque feudi fuit constituta. Eoque magis quia de illis nec Serenissimus Cosmus Tertius notitiam habuisse constat, nec in primis ejus mandatis id contineri potest.

Naturam igitur eorum dictorum feudorum explicare oportet, ut cognoscatur, quænam renovationes sint difformes contrariæ, aut uniformes, & consentaneæ.

Primum igitur feudum ex supranominatis Filattiera nuncupatum, comparatum fuit per Serenissimum Cosmum Primum sub die 17. Martii 1549. sub rog. Jo. Conti, a Marchione Bernabò Malaspina pro se ipso ejus heredibus, & successoribus cum solitis clausulis *ad habendum*, *& quicquid &c.* salvo Cæsareo consensu. Et fidelitatis juramentum Filattieræ populi, & communitas cum omnibus ejus Collegiis Serenissimo Cosmo I. præstiterunt sub die 4. Aprilis 1551. sub rogiti Hyeronimi da Bagnone, & Nicolai Satti, & denuo idem juramentum ratificarunt, & renovarunt sub die 24. Julii 1554. sub rog. Thomæ Casieri.

Quam venditionem anno 1614. sub die 16. Decembris sub rogitu Andreæ Andreini libere confirmarunt, & ratificarunt, Bernabò, & Manfredus Malespina descendentes a præfato venditore Bernabò pro seipsis, & eorum descendentibus in infinitum, recepto justissimo pretio, & pluribus honorificis, & utilibus compensationibus. Sed quia postea descendentes alii Malespinorum Jo. Hippolitus, & Manfredus hanc venditionem, & alienationem impugnare conati sunt, per binas sententias primam Mediolani anno 1699., & alteram Viennæ in consil. aulico anno 1700. confirmatam cum denegatione restitutionis in integrum anno 1701. 22. Febr. propter naturam feudi franci, & liberi rejecti fuerunt, revocata, & rescissa Investitura per ipsos antea de anno 1698. ad falsas eorum preces erronee impetrata; Et propterea de eodem feudo postea sub die 13. Junii 1701 Serenissimus Cosmus Tertius ab Augustissimo Imperatore Leopoldo investitus fuit eo modo, & forma, qua Antecessores Magni Etruriæ Duces illud a Marchionibus de Malaspi-

na

na quomdam sibi legitime compararunt. Cum illud igitur pro heredibus, & successoribus comparassent cum facultate alienandi salvo Cæsareo consensu, secundum naturam Feudi franci, & liberi per binas sententias declaratam, hinc aperte constat, quod prima constitutio hujus Feudi ab Augustissimo Imperatore approbata fuit pro heredibus, & successoribus tamquam franci, & liberi.

8 Et eodem jure censeri debet secundum, & tertium nempe Feudum Corlaghæ, seu Corlatæ nuncupatum, & aliud Arcis Sigillinæ, quorum prius per eumdem Serenissimum Cosmum I. pro se, ejus heredibus, & successoribus cum clausula *ad habendum* comparatum fuit a Pompeo Malaspina per Instrumentum de die 24. Decembris 1550., & a Morello, & Hippolito Malaspina ejus nepotibus per Instrumentum de die 20. Januarij 1551., utrumque sub rogitu Joannis de Comitibus; Et alterum vendiderunt libere Leonardus, & Jo. Comites de Noceto, & filij Petri Francisci de Noceto eorum fratris, Serenissimo Cosmo I. pro, se & nomine suo proprio, & suis heredibus recipienti, & ementi, cum clausula *ad habendum &c. quicquid &c.* pro pretio scutorum sex millium per Instrumentum de die 30. Octobris 1546. sub rog. Laurentii Pagni filii Andreæ Bandoni.

9 Sicut pariter quartum, quintum & sextum nempe feuda nuncupata Lusuolo, Riccò, & Lisana acquisita fuerunt salvo beneplacito Imperiali quatenus opus esset per Serenissimum Franciscum Primum Magnum Ducem pro ejus heredibus, & successoribus cum solitis clausulis *ad habendum &c.* & pro successoribus in Dominio Florentino, cui aggregata, & unita esse debere declararunt, cum facultate tamen eidem Serenissimo Magno Duci, & ejus successoribus alienandi & disponendi tamquam rem propriam loca prædicta prout constat per Instrumentum de die 23. Decembris 1574. sub rog. Ludovici Stradella, confirmatum declaratum & auctum per aliud Instrumentum de die 7. Februarii 1574 sub rog. Francisci Jordani. Quorum locorum possessionem apprehendit Serenissimus Franciscus I. per bina Instrumenta rogata sub diebus 17. & 18. Februarii 1574. sub rogit. Daccii de Dacciis, & homines, & comunitates eorumdem locorum per alia bina Instrumenta de diebus 17. & 18. Feb. 1574. sub eodem rogit. Dacci de Daccis fidelitatis juramentum præstiterunt.

Et hujusmodi alienationes, traditiones, & possessiones acceptas per Serenissimum Magnum Ducem Franciscum Primum Ludovicus Malaspina filius Herculis præfati, salvo Cæsareo assensu notificavit, & confirmavit per Instrumentum de die 31. Maii 1608. sub rog. Pamphilii Guerrini, cum venditione etiam, & alienatione omnium bonorum allodialium, & introituum bonorum feudalium, reservatorum in prioribus instrumentis, pretio scutorum novem millium.

Succedit septimum nuncupatum Terra Rubra, quod per Serenissimum Cosmum Secundum pro se & heredibus, & successoribus cum solitis clausulis *ad habendum &c. & quiquid &c.* titulo emptionis acquisitum fuit pro pretio scutorum 24. m. cum pluribus allodialibus a Marchione Fabritio Malaspina per Instrumentum de die 24. Januarii 1617. sub rog. Dom. Francisci de Marellis, salvo assensu Cæsareo. Quod postea per Ferdinandum Secundum per Instrumentum de die 18. Decembris 1628. sub rog. Bernardi Guidarrighis, infeudatum fuit Marchioni Manfredi Malaspina cum diversis pactis, & conditionibus, & cum aliqua correspectivitate renuntiationi jurium super Feudo Filattieræ factæ per Bernabò ejus Patrem in instrumento de die 16. Decembris 1614. sub rogit. Andreæ Andreini. 10

Et præfatæ omnes acquisitiones & Feudorum constitutiones Filattieræ, Corlatæ Arcis Sigillinæ, Lusuoli, Riccò, & Lisanæ, & Terræ rubræ (prævia omnimoda remissione quarumcumque caducitatum, & præjudiciorum quæ prætendi possent ob omissiones 11

quascumque a quibuscumque personis
commissas, & confirmatione possessio-
num eorumdem Feudorum quæ per
Serenissimum Cosmum Tertium reti-
nebantur per Augustissimum Leopol-
dum I. ad preces Serenissimæ Electricis
Palatinæ sub die 29. Novembris 1700.
promulgata) per eamdem Augustissi-
mi Leopoldi Imperialem Majestatem
approbatæ, & confirmatæ fuerunt
sub die 30. Januarii 1702. & eidem
Serenissimo Cosmo Tertio concessæ,
& confirmatæ fuerunt cum iisdem ju-
ribus prærogativis, & prout Serenis-
simi Cosmi Tertii Antecessores com-
pararunt, & possederunt, & prout
idem Serenissimus Cosmus Tertius re-
tinebat, & possidebat, & de illis eo-
dem modo investitus fuit, & infeudatus
prout antea de anno 1701. sub die 13.
Junii de Feudo Filattieræ separatim
investitus fuerat, ut supradictum est.
12 Constitutiones igitur, & creatio-
nes horum Feudorum ab instrumentis
in quibus comparata fuerunt sunt me-
tiendæ in quibus nova Feuda consti-
tuuntur & si illa pro heredibus, &
successoribus sunt comparata & cum fa-
cultate alienandi prout fere omnia Feu-
da Italica ita communiter esse tradit
*Vultejus de Feudis lib. 1. cap. 1.
ante num. 14. Schendevv. de reg. Imp.
lib. 1. classe 4. num. 13., & seqq.*
quomodo poterant adiici in renovatio-
nibus factis de anno 1706. ab Josepho
I., & anno 1713. favore Serenissimi
13 Cosmi Tertii Magni Ducis, & anno
1724. favore Serenissimi Joannis Ga-
stonis Primi ab Augustissimo Carolo
VI. regnante, expressiones illæ *e-
jusque filios heredes, & descendentes
masculos legittimos*, quia dum sunt
confirmatoriæ antecedentium conces-
sionum, & nominatim illæ factæ per
Augustissimum Leopoldum sub die 30.
Januarii 1702. in iisdem renovatio-
nibus insertæ, quæ in omnibus pun-
ctis, & clausulis & expressionibus
approbatur, & dum etiam Serenissi-
mis Magnis Ducibus io his renova-
tionibus dantur feuda prout eorum
antecessores compararunt, non potest
deduci ulla immutatio naturæ Feudo-
rum ab illis expressionibus in renova-
tionibus præfatis adiectis, dum hæ
pro adimplemento, & executione pri-
mæ concessionis dantur *Giurb. de Feud.* 14
prælud. 4. num. 62. quæ regulam &
directionem renovationibus tribuere
debet, ut supradictum est, & propte-
rea quod Feudum hereditarium non
censeatur cum his adiectiooibus in re-
novationibus factis immutatum, nec
mixtum seu sanguinis effectum dixe-
runt *Capyc. Galeot. controv. 32. num.* 15
*27. & seqq. Ludov. Bellus. cons.
3. num. 132.* Et in terminis Feudo-
rum Malespinorum in agro Lunensi
Cephal. cons. 194. num. 39. 40. 16
Dum enim confirmant titulos
præcedentes, & ad preces possessorum
eorum favore impetrantur, nil inno-
vare, vel immutare possunt de anti-
quo bonorum Statu per *Text. in cap.* 17
*de confirm. util. vel. inutil. de Luc.
de regular. disc. 172. num. 8. & de
Feudis disc. 60. num. 11. Scrader. de
Feud. cap. 5. num. 33 par. 3.* nec 18
præjudicium afferre possessoribus super
libera bonorum possessione *Castrens.
cons. 142. num. 3. vers. non autem,
lib. 2. Decius cons. 390. num. 3. Me-
noch. cons. 1. num. 124. Surd. cons.
5. num. 62. Scrader. de Feud. d.
par. 3. cap. 5. num. 33.*
Quæ si ita se habent in Feudis
præfatis, quid dicemus de octavo Feudo
Pontremolis Apuæ quondam nuncupa-
to, quod expresse tamquam francum,
& liberum fuit emptum justissimo
pretio per Serenissimum Ferdinandum
II. pro se heredibus, & successoribus
*piezamente per sempre, e nella più
ampla forma che si può a consiglio di
savio*, a Catholica Majestate Hispa-
niarum Regis anno 1650. 15. Martii
in instrumento Matriti rogato, quod
postea sub die 23. ejusdem mensis ab
ipsomet Hispaniarum Rege fuit ra-
tificatum, & confirmatum. Et quod
magis est ipsamet Cæsarea Majestas
petente, & instante Catholica Maje-
state ejusdem Regis Hispaniarum sub
die 9. Maii 1650. illud in omnibus
punctis confirmavit & approbavit,
& venditioni prædictæ, in omnibus
ejus partibus assensum præstitit cum
explicita promissione Serenissimo Fer-
dinan-

dinando II. investituram tradendi. Quare cum postea 11. Junii 1650. Serenissimus Ferdinandus II. eumdem assensum, & confirmationem petierit quatenus opus esset, postulans etiam pro se suisq. heredibus & successoribus investituram ad mentem instrumenti præfati, fuit denuo hoc instrumentum pro heredibus, & successoribus stipulatum, a Cæsarea Majestate approbatum & confirmatum; Sed investitura Serenissimi Ferdinandi II. Mandatario concessa fuit pro eodem Serenissimo Ferdinando II. ejusq. heredibus, & successoribus legittimis. A qua moderatione cum reclamasset Serenissimus Ferdinandus II. tam apud Regem Catholicum, quam apud Cæsaream Majestatem in Germania, quia forma instrumenti venditionis in investitura non erat servata, tandem anno 1661 sub die 10. Februarii Viennæ, ne cum illa investitura pro heredibus legittimis concessa, censeri posset alterata natura feudi franci, & liberi in instrumento conventa, data fuit Serenissimo Ferdinando II. & ejusdem descendentibus, & singulis ipsorum expressa facultas alienandi feudum prædictum tam per actus inter vivos, quam per ultimam voluntatem cum assensu Cæsareo impetrando cum expressione personæ in quam facienda esset alienatio, antequam ad actum
19 alienationis deveniatur. Et hæc facultas data ad servandam naturam feudi in instrumento emptionis appositam debet omnino admitti, prout natura feudi franci, & liberi exposcit, nempe ut non possit assensus denegari, nec respui persona ab alienante nominanda ne inutilis talis facultas constituatur per tradita per *Camerat. cap. Imperial. de prohib. feudi alienatione. per. Frider. a Pont. cons. 2. num. 7. & seqq. Gobius. de feudi alien. quæst. 3. num. 4. & seqq.*

20 Ex his igitur, tantisque expressionibus, & alterationibus mutata regulari feudi natura a legibus feudalibus constituta, nullus adesse potest, qui neget in illa Pontremolis acquisitione novum feudum improprium francum, & liberum non fuisse constitutum, transitorium non solum ad fœminas, sed ad heredes quoscunque, etiam extraneos, cum satis sit ut unum ex requisitis Feudi recti deficiat ut improprium sit efformatum *Par. cons. 4. n. 13. cons. 23. n. 400. lib. 1.* & ut successio in illo servetur non secundum 21
leges feudorum, quæ feudum proprium, & rectum tantum comprehendunt, sed secundum leges communes, fœminas, aliosque heredes quoscunque comprehendentes, sive omnia simul juncta discutiantur, sive singillatim ad trutinam revocentur, quia unaquæque res etiam separatim accepta francum, & liberum feudum ostendit.

Primum enim expressio illa, quod tamquam liber status Pontremolis vendebatur pro heredibus, & successoribus emptoris cum clausulis amplissimis, nempe *pienamente, per sempre, e nella più ampla forma che si può a consiglio di savio*, a Cæsarea Majestate approbata, tantæ potestatis est, ut dum expresse tamquam liberum, idest francum ut dicit *Clar. lib.* 22
4. §. Feudum quæst. 12. feudum vendebatur, nominatio heredum & successorum non est restringenda ad heredes, & successores feudales, dum de feudali qualitate in instrumento nulla fuit facta mentio, sed ad heredes quoscunque etiam extraneos, & ad fœminas secundum jus commune, quod in successione feudi franci, & liberi servatur *Menoch. cons. 216. num. 24. &* 23
cons. 503. num. 30. Berretta cons. 78. num. 13. 24. Schendevvin. instit. lib 3. tit. 9. num. 6. Jo. Helvic. Sinold. in colleg. feud. cap. 3. quæst. 2. cap. 3. vers. ex his autem pagina mihi 43. quamvis heredibus, & successoribus non sint adiecta verba *quibuscumque, vel cui, & quibus dederint*, quia similes adiectiones faciunt quod feuda vendita allodialia reputentur, & quod absque licentia Domini directi alienari possint *lib. 2. feudor. tit. 48. Clar.* 24
in §. Feudum quæst. 9. 31. 83. Cæterum sine illis adiectionibus, *pro heredibus, & successoribus* feudum simpliciter emptum, & acquisitum, si aliunde constet, quod mutata fuit feudalis regularis natura, quia tamquam

liberum vendebatur, vel alio modo francum, & improprium constituebatur, sicuti in feudis rectis, & propriis talia verba *pro heredibus*, & *successoribus* referuntur ad heredes, & successores secundum leges feudales saltem in feudis post consuetudines feudales constitutis, ita in francis, & impropriis, quæ sunt hereditaria referuntur ad successores secundum leges
25 communes *Roland. cons.* 1. *num.* 66. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 65. *num.* 54. 56. *Paris. cons.* 4. *n.* 22. *lib.* 1. & *cons.* 12. *n.* 29, licet in aliis non immutatis servetur natura feudalis, & leges feudorum
26 locum habere possint *cap.* 48. *lib. feud.* *Jo. Elvicus Sinold. in colleg. feud. tit. de orig. & author. jurisf. feud. cap.* 3. *quæst.* 2. *vers. ex his autem ante num.* 1., & propterea consensus etiam Domini directi in transferendis his feudis francis, & impropriis accedere
27 possit *lib.* 2. *feud. tit.* 48. *cap.* 1. Quæ facilius in hoc feudo procedunt, quia adiectæ fuerunt clausulæ *pienamente per sempre, e nella forma più ampla che si può a consiglio di savio*, verba enim *pleno jure*, quæ sonant *pienamente*, integrum dominium comprehendunt tam directum, quam
28 utile *Barbos. clausul.* 101. *num.* 2. 4. 11. & *per tot.*, sicuti alia *per sempre*, nempe *perpetuo*, demonstrant, numquam ad Dominum servata fidelitate
29 feudum reversurum *Barbos. dict.* 163. *num.* 5.

Et alia *nella forma più ampla che si può a consiglio di savio* explicant extendendam esse hanc concessionem clausulis amplissimis, quibus ma-
30 gis, magisque feudum tamquam liberum venditum trasferri potest, sicut quisque sapiens magis peritus favore emptoris illud extenderet in venditione rei tamquam liberæ factæ, ac proinde cum clausulis *quibuscumque*, & *quibus dederint* adiiciendis verbis *heredibus*, & *successoribus*, quæ compatiuntur cum alienatione feudi tamquam liberi, & sequuntur naturam alienationis rei tamquam liberæ factæ, quam sapiens potest semper ma-
31 gis explicare, & declarare *Cephal. cons.* 88. *num.* 17. 18. & *seqq.* *Merlin. Pignatell. controv. cap.* 35. *lib.* 1. *Mantica de tacit. lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 4. *Marta de clausul. part.* 4. *clausul.* 33., & faciunt quod bona alienata tamquam allodialia reputentur in his, in quibus natura feudi alteratur, licet in cæteris non immutatis feudalis natura remaneat, & propterea Beneplacitum Imperiale quatenus opus esset in alienatione conventum ad majorem tantum cautelam 32
censeatur appositum.

Secundo expressa alienandi facultas tam per actus inter vivos, quam ultimæ voluntatis concessa Ferdinando II. & singulis ejus descendentibus ad corrigendam, & declarandam Investituram factam pro heredibus, & successoribus legitimis, rem in tuto ponit quod revera francum, & liberum feudum sit judicandum, quia talis qualitas hujusmodi facultate absque ulla controversia resultat *Klock. cons.* 131. 33
num. 77. *lib.* 3.

Tertio cum justissimo pretio scutorum 500000. fuerit emptum tamquam liber, & cum nulla servitorum reservatione, nullus est qui dubitet, quin feudum impropium, & francum sit constitutum mutata per conventionem feudi regulari natura; ac proinde hujusmodi feudum non simpliciter emptitium, sed tantum alteratum circumstantiis, & conventionibus, non solum deficientibus masculis esse transitorium ad fœminas, sed ad heredes etiam extraneos, quia de eo, uti de rebus hereditariis sit judicandum communis est feudistarum sententia, secumdum *Gaill. lib.* 2. *observat. cap.* 34
159. & quicquid alii teneant in feudo simpliciter emptitio ut *Mynsinger. observat. lib.* 5. *cap.* 73. *Klock cons.* 9. 35
num. 45. & *seqq. lib.* 2.

Illud certum est quod quando justissimo pretio fuit emptum, & nulla facta fuit servitiorum reservatio, & fortius si tamquam liberum, & francum venditum fuit, quod tunc sequenda sit affirmativa sententia pro fœmina, & heredibus extraneis, quia non vigore feudi, sed in vim contractus fœmina, & hæres extraneus succedat. Contraria vero procedant quan- 36
do

do in prima feudi concessione servata est natura feudi recti, & legalis, & adiectum est aliquod onus, vel servitium non explicabile per fœminam ut bene distinguunt *Garzon. in tract. de*
37 *fœmin. in feud. recip. vel non restrict.* 6. *Menoch. conf.* 391. *num.* 37. 38. *Decianus conf.* 58. *num.* 49. *& seqq. volum.* 2., & conciliando contrarias sententias *Gaill. lib.* 2. *observ. cap.* 139. *Minsinger. observ. lib.* 5. *cap.* 73. *Vulteius de feudis lib. primo cap.* 9. *num.* 74. *Gaspar. Kloch. conf.* 9. *num.* 47. *tom.* 2.

Parum igitur curandum est de Investitura concessa *pro legitimis heredibus*, cum ad dignoscendam naturam feudi conventam, attendendum sit instrumentum venditionis ab Augustissimo Imperatore pluries approbatum, in quo natura feudi constituitur, & explicatur. Investitura vero cum nil aliud contineat, quam traditionem possessionis feudi jam constituti ut supradictum est, pro adimplemento, & executione acquisitionis jam factæ per *Text. in cap.* 1. *tit. quid sit investitur lib.* 2. *feud.* dum in ipsamet investitura confirmatur acquisitio feudi tamquam liberi, franci, & improprij, ex ea inferri non potest quid contrarium naturæ feudi in ipsamet Investitura confirmatæ, sed solum quod possessio tradita dici non possit nisi pro legitimis heredibus, vel ad exludendos illegittimos se-
38 cundum *Menoch. conf.* 104. *num.* 18. *vers. non obstat.*, vel ad includendos primum legitimos heredes, absque tamen ulla exclusione aliorum heredum, qui ex natura feudi vocati censeri possint, prout servatur in feudis, ad quæ plures lineæ, & diversarum personarum descendentiæ vocatæ sunt, in quibus investitura solum conceditur primo vocato, & ejus descendentibus, nulla habita ratione aliorum vocatorum, ut quando casus venerit eorum vocatio-
39 nis agnosci possit a Domino directo persona, cui possessio, & Investitura sit tradenda, atque ita in feudo franco, & libero, ab initio solum dici potest data investitura, & possessio pro legittimis heredibus, non pro extraneorum exclusione, sed ut his deficientibus agnoscantur ab Augustissimis Imperatoribus quinam sint heredes extranei, quibus danda sit possessio, & investitura feudi, quod maxime consonat, & bene compatitur cum expressa facultate alienandi data Serenissimis descendentibus Ferdinandi II. etiam per ultimam voluntatem, cum explicatione personæ in qua facienda sit alienatio, ac proinde ex hac facultate & ex aliis omnibus supradictis magis magisque emergit natura feudi franci, & liberi in statu Pontremolis.

Quibus explicatis occurrunt feuda Pitiliani, & Groppoli, quæ diversam forsan habent naturam, compatibilem tamen cum facultate alienandi, accedente Beneplacito Imperiali, prout legittime Cæsareo interveniente consensu feudum Groppoli in Marchionem de Brignolis Ianuensem alienatum fuit.

Pitilianum enim sub cujus territorio venit Soranum erat liberum spectans ad Ildebrandum, seu Ildebrandinum Comitem Palatinum in Etruria qui sub protectione Augustissimi Imperatoris Friderici Primi, dum per Italiam transibat cum omnibus aliis suis bonis acquirendis illud constituit a quo pro se, filiis, & hæredibus nascituris ex quacumque ejus legittima uxore cum omnimoda jurisdictione salvo jure, & honore Imperii illud recepit; quod postea Henricus VI & Otho IV. eidem Ildebrandino pro se, & ejus heredibus in perpetuum confirmavit. Deinde cum Nicolaus Ursinus, & Ludovicus filius derivationem, & descendentiam a prefato Ildebrandino demonstraverint: iidem ab Othone IV., & Maximiliano I. hæc bona concessa fuerunt pro illis, & eorum filiis heredibus, & descendentibus suis legittimis. Cum igitur Joannes Antonius filius Alexandri Orsini anno 1608. hoc feudum in Ferdinandum I. Magnum Ducem titulo permutarionis transtulisset, strenuus hic Magnus Etruriæ Dux investituram hujusmodi feudi a Rudolpho II. Imperatore pro se filiis, heredibus, & de-

scen-

ſcendentibus ſuis maſculis legittimis
recepit, & eodem modo talis Inveſti-
tura anno 1609. titulo feudi recti,
& legalis, prout antea in conceſſio-
nibus factis Ildebrandinis, ſeu Urſinis
nominatum fuerar, Coſmo II. Magno
Duci ab eodem Rudolfo II., ſicut po-
ſtea a Matthia Primo Imperatoribus
confirmata fuit; mortuo vero Coſmo
II. Magno Duce, anno 1621. renovata
fuit inveſtitura præfata cum iiſdem clau-
ſulis *pro ſe filiis heredibus, ac deſcen-
dentibus ſuis maſculis legitimis*, Fer-
dinando II. Magno Duc' Etruriæ ab
Auguſtiſſimo Imperatore Ferdinando
II. cum ratificatione omnium præce-
dentium conceſſionum, quæ factæ fue-
rant Ildebrandinis, ſeu Ildebrandis,
Urſinis, & Mediceis. Succedente vero
de anno 1641. Ferdinando III. Im-
peratore; cum Ferdinandus II. Ma-
gnus Etruriæ Dux poſſideret, & re-
tineret feudum Groppoli in agro Lu-
nenſi ſitum, quod longe antea de an-
no 1578. Franciſcus I. Magnus Etru-
riæ Dux comparaverat ab Antonio
Maria Malaſpina cum Beneplacito Im-
periali accepto a Rudolfo II. Impe-
ratore pro ſe, ac filiis deſcendentibus
ſuis maſculis legittimis, ac naturali-
bus pro pretio ſcutorum triginta mil-
lium quæ inveſtiri deberent in bonis
ſtabilibus in Statu Florentino, vel Senen-
ſi, prout pro majori parte inveſtita
fuerunt in emptione caſtrorum, quæ
vocantur Montemaſſi, & Rocca Te-
derighi in agro Senenſi, feudo Pitilia-
ni aggregatum fuit a Ferdinando III.
præfato hoc feudum Groppoli, & de u-
troque inveſtituram accepit Ferdinan-
dus II. Magnus Dux Etruriæ pro ſe
filiis heredibus, ac deſcendentibus ma-
ſculis legittimis ab eodem Ferdinando
III. Imperatore, cum ratificatione,
& confirmatione omnium inveſtitura-
rum, quæ prius conceſſæ fuerant pro
feudo Pitiliani Ferdinando I., & Coſ-
mo II., & eidem Ferdinando II. Ma-
gnis Ducibus, & pro feudo Groppoli
Franciſco I. Magno Duci.

Renovata itaque hac inveſtitura
eodem modo a Leopoldo I. eidem Fer-
dinando II. M. Duci, & Coſmo III. ſuc-
ceſſori cum iiſdem clauſulis *pro filiis
heredibus, ac deſcendentibus maſculis* 40
legittimis, nulla ratione poſtea de an-
no 1706. ab Auguſtiſſimo Ioſepho I.
& de anno 1713. a Carolo VI. Re-
gnante cumulari poterant cum hac
Inveſtitura aliæ inveſtituræ aliorum
feudorum ſuprarelatorum, quæ diver-
ſo jure cenſentur, & eodem periodo
& oratione de his decem feudis Sere-
niſſimum Coſmum III. inveſtire cum
eadem clauſula *pro ſe filiis, heredibus
deſcendentibus maſculis*, quæ cum pe-
culiaris eſſet feudi Pitiliani, & Grop-
poli non poterat comunicari cum aliis
feudis pro heredibus, & ſucceſſoribus
acceptis niſi diſiunctim accipiatur,
prout ita accipiendam eſſe repugnantia
cum primis Inveſtituris, & conceſ-
ſionibus in præfatis renovationibus
confirmatis manifeſte cogit.

Quod multo magis procedit in 41
renovatione nunc facta favore Sereniſ-
ſimi Ioannis Gaſtonis I. qui ex pro-
pria perſona, & jure proprio in his
feudis ſuccedit, & qui poteſtatur, &
reclamat, quod niſi ad mentem, &
tenorem primarum conceſſionum inve-
ſtituras præfatas recipere, & accepta-
re intendit.

Et quamvis hæc feuda Pitiliani 42
& Groppoli pro filiis heredibus, ac
deſcendentibus maſculis conceſſa ſint
etiam in antiquioribus conceſſionibus
& inveſtituris, & magis propriam
habeant naturam feudi recti, & lega-
lis, attamen quia ab initio erant li-
bera, & in protectionem Imperii fue-
rant data, & conceſſa & tamquam
allodia cum dignitate Imperiali rece-
pta, ut juribus, & honoribus Impe-
rii defenderentur, remanet in poſſeſſo-
ribus ſaltem cum conſenſu Imperiali
facultas alienandi, & diſponendi, ut
dicit *Reinching. de Regimin. Imperii* 43
lib. 1. *claſſe* 4. *cap.* 16. *num.* 24.
*Criſtin. ad conſuetud. feud. diverſ.
prov. tit. ult. Klocb. conſ.* 7. *n.* 228.
& conſ. 8. *num.* 106., *&* 114. *&
ſeqq.* præſertim quia ante conſuetudi-
nes feudales hæc feuda conſtituta, cum
iilis non regulantur *Burſatt. conſ.* 46. *n.* 44
16. 19. *Klocb. conſ.* 7. *num.* 229. *&
conſ.* 8. *num.* 106. 114. *& ſeqq.* pro-
ut de Pitiliano diſpoſitum fuiſſe ap-
paret

paret titulo permutationis, & emptionis per Ursinos favore Serenissimæ Familiæ Mediceæ & de Groppoli a Malaspinis favore Francisci I. de Medicis, & ejus descendentium, & ab his favore Marchionis de Brignolis Ianuensis, & in his feudis, quæ non habent prohibitionem in rem, sed in personam, de plano intrat conclusio quod semel alienata semper alienabilia durent *Decian. cons.* 58. *num.*
45 51. *lib.* 2. licet in cæteris jus feuda-
46 lem servandum f *Dexart. dec. Sardin.* 27. *num.* 2. *S...d. de feudis cap.* 9. *conclus.* 58. *a num.* 23., & aperta est consuetudo in Lunensi Provincia, quod feuda Malaspinorum alienabilia sint, quæ propterea apud
47 extraneos fere omnia reperiuntur. Et si in judicio de feudis nulla lex esse potest, quæ usum vincat, aut mores ut constanter asseruit *Albertus de*
48 *Orto lib.* 2. *feud. tit.* 1. facilius Serenissimus Ioannes Gasto I. Pitilianum etiam distrahere poterit tum propter usum tum propter emptionem factam ab ejus predecessoribus tum demum quia pro nunc est ultimus de descendentibus masculis, quæ omnia faciunt, ut assensus Imperialis in alienatione non sit denegandus.
49 Et quando etiam illud distrahere sibi non placeret semper Serenissima
50 Soror agnata etiam ex *æquitate Bartol. in L.* 2. *Cod. de aq. & aq. pluv. arcend.* defectis masculis esset admit-
51 tenda, sicuti in aliis feudis masculinis ut in Statu Senensi ut bene in his feudis probat *Decian. cons.* 58. *n.* 52. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 391. *num.* 39. & pluribus exemplis demonstrat *Itterus de feud. cap.* 14. *num.* 13.

RESPONSUM XXIII.

FLOR. SEU LUNEN. ASSERTÆ ALIENATIONIS FEUDI TRESCHIETTI.

ARGUMENTUM.

Explicatur natura & qualitas Feudi Treschietti pro substinenda in Imperiali Camera Sacræ Majestatis alienatione dicti Feudi in Serenissimos Magnos Etruriæ Duces: ubi incidenter de qualitate & natura aliorum Feudorum, quæ ab Illustrissima Familia Malaspina in Lunensi Provincia possidentur.

SUMMARIUM.

1 *Carolus Magnus in suam ditionem redegit Feuda Italica alia a Longobardis alia ab Orientali Imperio avulsa.*

2 *Et cum illis temporibus nullum de Feudis certum jus universale fuisset statutum, nullo alio jure regulantur quam eo quod usus & consuetudo cujusque Feudi producere cœpit.*

3 *Ideo Obertus de Orto asseruit, nullam Legem in hac materia usui aut moribus prævalere posse.*

4 *Et si initium inspiciatur, alia feuda jure proprio possidebantur, alia quoad utile dominium vel usumfructum tantum, alia quoad administrationem.*

5 *Ea vero quæ in administrationem data erant, postea a Carolo Magno, et ejus successoribus hereditaria facta fuerunt ut Provinciæ amore rerum suarum retius gubernarentur.* Et n. 11. amplia ut n. 14.

6 *Et hac de causa Feuda Provinciæ Lunensis, de quorum certo initio non constat potius impropria vel mixta, quam propria censeri debent maxime cum sint anteriora receptioni consuetudinum Feudalium, & earum collectioni factæ per Gherardum & Obertum de anno* 1240.

7 *Ideo nec ab iis possunt recipere interpretationem, nec a constitutionibus Imperatorum subsequentibus, ita ut ad earum mentem habeantur propria ac recta.*

Ca-

8 *Castra praesumuntur magis allodialia & libera quam feudalia, quia feudalitas est servitus.*
9 *Et ubi sunt Castra allodialia, & feudalia ut in Austria possessor potest allegare allodialitatem.*
10 *Et quamvis constaret in genere de feudalitate contra possessorem etiam post consuetudines feudales non sufficeret praesumptio ad inducendum feudum proprium, sed concludenter esset probandum.*
11 *Carolus Magnus multas Provincias Populorum utilitate hereditarias facere consuevit.* Et n 5.
12 *Ideo feuda Italica plerumque hereditaria dicuntur.*
13 *Uti feuda quoque Germaniae.*
14 *Et inde evenit quod nomina Marchionatus, & Comitatus respicientes tantum administrationem facta sint Patrimonialia, uti jurisdictio, & Castra cum dignitatibus in allodium salva fidelitate Imperio plerumque recipi ceperint.*
15 *Feudum si datum est* pro se & heredibus *nomen heredis solet explicari pro heredibus sanguinis.*
16 *Si tamen adiecta sint verba* quibus dederint *important tacitam alienandi facultatem, uti est concepta Investitura Caroli Magni favore Marchionum Familiae Malaspinae.*
17 *Nec non hereditariam qualitatem.*
18 *Et propterea improprium & francum omnino feudum efficiunt.* Et n. 20. 21.
19 *Nemo potest impugnare qualitatem Investiturae ab ejus actoribus in Judicio allegatam, & productam.*
22 *Et est norma & fundamentum caeterarum investiturarum, subsequentium.*
23 *Ita ut illa sola sit inspicienda.*
24 *Et ab ipsa sumendus sit modus, & regula intelligendi posteriores.*
25 *Et quidquid in subsequentibus est omissum vel adiectum per errorem non ex serta scientia omissum, vel adiectum censetur.* Ex n. 27.
26 *Ac propterea clausula* quibus dederint *in prima apposita in omnibus subsequentibus repetita censetur, cum illi derogatum non censeatur nisi expresserit dictum* bene.
28 *Investitura Friderici Primi anno* 1164., *& Friderici Secundi ann.* 1220., *nec non Caroli IV. ann* 1355. *concepta pro legitimis heredibus favore Marchionum Familiae Malespinae mixtum feudum efficerent vel hereditarium secundum quid, si primae essent judicandae.*
29 *Immo cum investiturae Friderici primi, & secundi praecedentes supponat confirment, & ratas habeant, clausula* & quibus dederint *censeri debet adiecta, & vocatio heredum legitimorum censeri debet facta ad excludendos illegitimos, non ad innovandam qualitatem heredum in primis expressam.*
30 *In Investititura vero Caroli IV., quae est relativa alterius Friderici Secundi adiectio illa,* sibi & heredibus suis velut heredibus legitimis, & per masculinam lineam descendentibus *cum in relata Investitura non contineatur, vel per errorem censetur adiecta.*
31 *Vel descendentes Masculi censeri debent vocati non uti descendentes, sed uti heredes, scilicet quatenus fuerint heredes.*
32 *Et proinde feudum hereditarium censetur immutatum, nec mixtum seu sanguinis effectum.*
33 *Et in individuo feudorum Familiae Malaspinae quod franca, & impropria habeantur ab effectu & eventu alienabilitatis secuta scripsit Cephalius.*
34 *Ulterius cum in secundis Investitu-*

stituris Feudum Trescbietti expresse nominatum non sit, vel tamquam allodium est judicandum, vel quod non in istis sed in antiquioribus Investituris sit comprehensum.

35 *Vel quatenus sub generalitate verborum contineatur, Investiturae posteriores nihil immutare potuerunt, vel innovare de antiquo statu bonorum.*

36 *Nec praejudicium afferre Possessoribus super libera dispositione eorum bonorum.*

37 *Et quando etiam praedicta investiturae respectu Trescbietti primae essent judicandae nil aliud continerent quam dationem propriorum bonorum in clientelam, & protectionem Imperialem tamquam allodium cum Imperiali dignitate receptum.*

38 *Ideo cum jure proprio retineretur jura tantum feudi impropri haberet cum facultate alienandi praesertim ante consuetudines feudales.*

39 *Et concessio bonorum* pro se, & heredibus *ex subiecta materia non pro heredibus sanguinis, sed bonorum haberi deberet, sicuti altera* pro legitimis heredibus *non pro descendentibus sanguinis, sed pro iisdem quatenus sint heredes bonorum judicanda esset.*

40 *Meritorum expressio quorum gratia feudum conceditur, facit aequare feudi valorem.*

41 *Et causam correspectivam & onerosam continere dicendum est.*

42 *Ideo feudum absolute improprium & francum efficitur.*

43 *Vel saltem cum similibus expressionibus* ingenti servitio *&c. donationem continere fatendum est. Maxime si omnia regalia & jura Imperii sint translata nihilo penitus reservato. Quod est contra naturam feudi veri & proprii.* Et n. 47.

44 *Nam duo in solidum possessores esse non possunt.*

45 *Ideo francum, & liberum feudum censetur datum vel confirmatum.*

46 *Et allodium salva fidelitate effectum.*

48 *Et hec est verior & receptior sententia.*

49 *Et habet literalem dispositionem Textus.*

50 *Quem uti authenticum defendit* Menochius.

51 *Et ita decidendo tenuit* Rota Romana.

52 *In qua sententia omnes conveniunt quando secuta sit libera translatio, vel juramentum injunctum non fuit in investituris.* Et num. 57. *contra*, ut n. 60. *Distingue*, ut num. 61. 62. *Et de ratione*, num. 65. *amplia*; ut n. 66.

53 *Quo casu tamquam impropria, & ad Foeminas trasitoria censentur.*

54 *Et alienabilia in extraneos.*

55 *Tam cum consensu Domini directi quam sine.*

56 *Admissis etiam Clericis.*

58 *Septem sunt requisita Feudi proprii.*

59 *Quorum unum si deficiat feudum impropriatur.*

63 *Generalis praesumptio non sufficit contra possessorem Feudi.*

64 *Sed qui agit concludenter qualitatem feudi probare debet.*

67 *De Carolo IV. praedicatur quod pene totum Imperium erat venditurus si emptorem invenisset.*

68 *Usus longevus specialis Feudi derogat generali Feudorum consuetudini.*

69 *Et praesumitur omnem meliorem titulum intervenisse ad destruendas priores Investituras & naturam Feudi.*

70 *Uti de Feudis Malaspinis dixit* Riminald.

71 *Maxime vero habet vim interpretandi antiquiores Investituras,*

ras, de quibus aperte non constet.

72 *Vel ad posteriores declarandas ut sint conformes antecedentibus.*

73 *Vel ad derogandas consuetudines feudales quae in pluribus Provinciis in consuetudinem abierunt, cum unumquodque feudum propria consuetudine regatur.*

74 *Quia per usum contrarium legi in multiplicatis actibus cum scientia Principum, vel lex judicatur abrogata, vel in eo loco non usu recepta.*

75 *Et ad formam hujus specialis consuetudinis est judicandum.*

76 *Quae si deroget juribus Feudalibus super successione & alienatione est attendenda.*

77 *Quamvis in aliis non impropriatis Feudi naturam retinere possint.*

78 *Et jus feudale habere etiam ex pacto & providentia quatenus non alienentur & de successione non agatur.*

79 *Ideo feuda alienabilia facta vel per successionem in extraneos transitoria perpetuo in hoc statu durant.*

80 *Nec hujusmodi consuetudo a Domino directo vel ab Agnatis revocari infringi aut prohiberi potest.*

81 *Quare inhibitiones de non alienando ad formam juris sunt intelligendae nempe non impetrato Beneplacito Apostolico.*

82 *Consuetudo quae est omnibus notoria sufficit ut allegetur.*

83 *Adferuntur probationes alienationum, & translationum Feudorum Malespinorum per aliquot seculorum spatia factarum quae vel ab initio feuda impropria, vel postea ita facta esse demonstrant.* Ex n. 85.

84 *Duae alienationes quae effectum habuerint & fuerint observatae itant ad notitiam Domini & Agnatorum pervenire potuerint, sufficiunt ad liberam alienandi & succedendi consuetudinem probandam.*

86 *Foeminae Clerici, Æquites Hierosolimitani non succedunt nisi in feudis impropriis.*

87 *Adferuntur exempla translationum Feudorum Malespinorum in supradicto genere Personarum,* num. 88.

89 *Feuda, quae emptitia demonstrantur absolute impropria quoad successionem, & alienabilitatem censeri debent.*

90 *Ita ut stultum sit regulas & leges Feudorum in his allegare.*

91 *Quamvis quoad substantiam fidelitatis, & alia non alterata aliquid proprii retinere possint.*

92 *Adfertur exemplum venditionis Feudi Filatteriae, & sententia confirmatoria alienationis.*

93 *In qua fuit reservata fructuum commoditas utpote in alienatione non comprehensa quae nil comune habet cum dominio feudi, & ipsa feudi natura in extraneum alienata.*

94 *Ideo cum haec sententia lata fuerit super Statu, & qualitate rei prejudicat adversariis, non solum in iisdem bonis sed & in aliis ejusdem naturae. Etsi independenter ex Persona propria veniant.* Ex num. 96.

95 *Maxime vero si habeant causam ab eis contra quos sententia emanavit.*

97 *Erectio Primogeniturarum quarum exempla in Lunensi Provincia adferuntur non potest fieri etiam cum consensu Imperatoris, si feuda impropria non extent respectu alienabilitatis.*

98 *Addit namque vinculum, & servitium in corpore Feudi, quae est species alienationis prohibitae.*

99 *Non attento quod per Primogenituram dignitas, & honor familiae conservatur.*

Nec-

100 *Nec quod ab ea beneficium resultet cum subditorum commodo, quibus expedit ab uno potius quam a pluribus regi.*

101 *Nec valet quod Imperator auctoritatem interponens erectioni primogeniturae feudum non destruat, sed formam tantum, & ordinem succedendi tribuat.*

102 *Nam sicuti erigi non posset primogenitura ab herede gravato, & possessore fideicommissi pluralitatem successionis admittentis, nec tolli jus aliis quaesitum.*

103 *Pari ratione erigi non debet in feudo natura dividuo, saltem quo ad commoditatem fructuum.*

104 *Nam hoc esset in praejudicium aliorum vocatorum.*

105 *Quamvis administratio etiam non obstante successione dividua, penes unum, & majorem esse possit.*

106 *Ideo hujusmodi erectiones cum consensu Domini directi feudum improprium, & liberum denotant, & consuetudinem alienandi inducunt.*

107 *Adferuntur probationes specialis consuetudinis Feudi Trescbietti super alienabilitate; Ex alienatione facta ejusdem Feudi & aliorum feudorum quae fratres sibi diviserunt.*

108 *Quae si alienari potuerunt eodem jure Trescbiettus censeri debet ut aequalitas in divisione servetur.*

109 *Ideo alienabilitas aliarum partium influit in alienabilitatem Trescbietti qui ab eodem fonte procedit.*

110 *Quod comprobatur ex erectione Primogeniturae instituta super eodem Feudo cum consensu Imperatoris.*

111 *Non datur sententia super successione viventis.*

112 *Etiamsi esset successio necessaria.*

113 *Ideo actor non audiendus, sed repellendus.*

114 *Constitutio feudalis Conradi pro successione collateralium in infinitum non habet locum in feudis impropriis, quae hujusmodi constitutionibus non subiiciuntur.* Et n. 123.

115 *Et ante consuetudines feudales in esse deducta futuris legibus quae de propriis loquuntur non debent gubernari.*

116 *Sed cum successione juris communis prout ante consuetudines praedictas.*

117 *Et propterea in his non succeditur primo acquirenti sed ultimo possessori, & fiunt propria ultimorum heredum salva fidelitate.*

118 *In undecimo gradu cum defuncto coniunctus habetur insuccessibilis ab intestato.*

119 *Et excluditur non solum a feudo hereditario.*

120 *Sed etiam a Feudo mixto.*

121 *Ex divisione feudorum, quae cum omni libertate adsignata fuerunt resultat remissio, & refutatio cujusque promiscuae successionis quae ex natura feudi resultare possit.*

122 *Quia vicem habet venditionis, & permutationis.*

124 *Et censentur divisa non solum bona & Castra sed etiam jura successionis prout ante Conradi constitutionem dividebantur.*

125 *Quia ad instar divisionis bonorum liberorum haec divisio est regulanda.*

126 *In feudis alienabilibus non requiritur in ipso actu assensus Domini directi sed posterius etiam accedere potest.*

127 *Valida interea manente alienatione quoad agnatorum praejudicium, quorum interesse talis assensus non tangit sed Domini.*

128 *Cujus defectus propterea a solo Domino potest allegari.*

129 *Locus esse non potest legitimae suc-*

successioni quae per dispositionem viventis cessare potest.

130 *Ac proinde omne preventivum judicium & declarationem excludit.*

131 *Exceptio reijudicate obstat petitori qui controvertit id quod primo fuit denegatum.*

132 *Et saltem interpretative concurrere dicuntur identitas rei Personarum, & causae.*

133 *Facinus quando res quae petitur est ejusdem qualitatis, & naturae.*

134 *Seu pars aut accessorium alterius potest repatari.*

135 *Et agitur ut sententia prosit alteri interesse habenti, & idem jus opponenti qui interpretative dicitur eadem Persona.*

136 *Defensio rei dicitur principaliter spectare ad eum qui est Dominus, vel possessor.*

137 *Et cum eo judicium debet substantiari, & uti legitimo contradictore actorum Persona legitimari.*

138 *Et jus reiudicate opponere valente propter identitatem rei causae, & Personae, exceptio obstat etiam ad impediendum litis ingressum, & pro denegatione audientiae.*

139 *Nemo potest aspernari illud jus quod tamquam justam sibi dici cepit, & ex quo commodum reportavit.*

140 *Grave enim esse non debet quod aliis idem jus impertiatur, quod antecessoribus suis fuit impertitum.*

141 *Sententia in Camera Imperiali lata facit jus quoad omnes etiam non intervenientes.*

142 *Feudum improprium est transitoriam ad foeminas cognatas, & quoscumque heredes extraneos sive quis ab intestato sive ex testamento decedat.*

143 *Nec Camera Imperialis potest se intromittere nisi quando remaneret vacans vel a successoribus denegarentur fidelitas, & veneratio.*

144 *Alienationes feudorum facte salvo Imperiali assensu & finita alienantium descendentia sunt conditionales, & suam perfectionem expectant ab Imperatoris voluntate.*

145 *Nec cadunt in commissum nec devolutioni sit locus etiam si feudum esset rectum & prohibitam alienationis.*

146 *Conditio traditionis rei vendita post mortem emptoris suspendit omnem consignationem etiam cum clausula constitati.*

147 *Alienatio feudi ab aliquo facta in executionem precedentium quas ejus auctores fecerunt, & cum iisdem conditionibus, eodem quoque jure cum illis regulari debet, & una eademque censeri.*

148 *Et cum sit necessaria excusat a poena devolutionis.*

149 *Pro qua requiritur dolus, & verus contemptus.*

150 *Et a qua quelibet etiam minus justa probabilis causa excusat.*

151 *Alienatio in feudo improprio permittitur etiam sine consensu Domini directi.*

152 *Et si requiratur ob reverentiam non potest ex justitia denegari.*

153 *Et potest quandocumque etiam ex post interponi.*

154 *Tanto magis si adsit talis consuetudo quae est servanda.*

155 *Alienatio feudi contra inhibitionem Domini directi facta est revocanda, & sive justa sive injusta sit inhibitio attendenda est sub poena attentatorum.*

156 *Quod tamen procedit quando inhibitio est obtenta cum citatione Partis.*

157 *Sed si ad instantiam unius partis, altera non audita, nil aliud importat quam simplicem citationem, & monitionem.*

158 *Quae continet tacitam conditionem.* Si preces veritate nitantur.

Et

159 *Et obligat ad mentem legis quatenus scilicet jus commune in minimo non lædatur.*
160 *Et jus tertii sit præservatum.*
161 *Ideo non est illi obtemperandum nisi verificatis precibus narratis cum citatione partis.*
162 *Et generale est in omnibus rescriptis.*
163 *Ita ut si Vasallus contumax sit non puniatur pœna privationis nisi trina citatio præcesserit.*
164 *In Camera Imperiali debet quis conveniri antequam cadat in commissum.*
165 *Alienationes, quæ tam in feudis impropriis quam rectis fiunt ipso iure validæ dicuntur.*
166 *Et proinde inhibitio alienandi non potest tollere alienabilitatem Feudi.*
167 *Princeps inviolabili sanctione præcipit ejus rescripta cum tertii præjudicio non observari.*

Antiquissima Malaspinæ Familiæ Feuda in Lunensi Provincia impropria, franca, ac libera, & alienabilia esse, ac degenerantia, tam pro successionibus, quam alienationibus a Feudis propriis, ac rectis, ac proinde a consuetudinibus, ac constitutionibus Feudalibus exempta diudicanda esse, ut distinguantur a Feudis rectis & propriis, secundum *Scrader. de Feud. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. in comperto est, tum ex illorum origine ex Personis in Investituris demonstratis, tum ex causis, & qualitatibus in Investituris adiectis, tum demum ex observantia, & inveteratis Lunensium Feudorum Consuetudinibus.

Ex Origine

Quia cum usque de tempore Caroli Magni anno Christi 800. Imperii occidentalis Initio hæc Feuda jam extiterint, ut patet ex Investitura Caroli Magni producta, seu allegata in causa Feudi Madrognani per acta Viennæ anno 1638. inter Dominum Marchionem Rainaldum Malaspina ex una, & Paulum, & Morellum alios Marchiones de eadem Familia ex altera; Tunc temporis, quando jam de anno 773. extincto ultimo Longobardorum Rege Desiderio, Carolus Magnus Longobardorum Imperio subacto, Feuda iam in diversis locis, per Italiam, sive a Romanis sive verius a Longobardis, & aliis Germanis, & Francis usque de anno 409. introducta in suam ditionem redegit alia a Longobardis, alia ab Orientali Imperio avulsa, antequam certi Fines, pacatis inter Irenem Imperatricem Orientalem, & Carolum Magnum dissidiis, inter utrumque Imperium constituerentur, ut ex *Joan. Helvic. Sinold. in Colleg. Feudal. cap.* 1. *num.* 14. *vers. quo spectat illa quæstio. Baron. Annal. Ecclesiast. ann.* 802. *num.* 5. bene comprobatur; Ac propterea, cum illis temporibus nullum de Feudis certum jus universale fuisset statutum, quod nec & legibus Romanis, nec Longobardicis reperitur, utpote quæ a Fide, & Fidelitate dicta diversimode, prout Fides Vassalli, & Clientis, aut Protectio Principis, aut Patroni exigebat, constituebantur, nullo alio jure regulantur, quam eo, quod usus, & consuetudo cujusque Feudi ex origine, & Natura ejusdem introducta producere cœpit; Ita ut alibi libere alienare Feudum liceret, ut Cremonæ, Ticini, & Mediolani, alibi cum consensu Domini, ut Mantuæ, & Veronæ, alibi in successorem transibant, alibi secus, prout usus cujusque Feudi introduxit, ut bene refert *Cuiac. in Præfat. lib.* 1. *Feudor. in princ. & De Luc. de Feud. disc.* 135. *num.* 5. *Cristin. ad consuet. Feudal. divers. Provinc. Tit. ult.* 1
2

Ex quo factum est, quod *Obert. de Orto Author. lib.* 2. *Feud. Tit.* 1. constanter asseruerit, quod in Iudicio de Feudis nulla lex esse potest, quæ usum vincat, aut Mores;

Et profecto, cum alia ex bonis propriis in Protectionem datis, alia ex bonis a Dominis receptis constituerentur alia tamquam officia vel temporalia, vel perpetua darentur, ac 3

ac proinde alia jure proprio possiderentur, alia quoad utile dominium, vel Usumfructum tantum, alia quoad administrationem *Cuiac. in Præfat.*
4 *ad lib. 1. Feud. Vulteius de Feudis lib. 1. cap. 1. num. 14. Cristin. ad Consuet. Feudal. divers. Provinc. d. Tit. ult. in princ.*

Et de iis etiam, quæ in administrationem data erant, cum Imperium bellis distraheretur, a Carolo Magno, & ejus successoribus hereditaria facta fuerint, ut Provinciæ amore rerum suarum rectius gubernarentur, ut dixit *Vult. de Feud.*
5 *lib. 1. cons. 1. ante num. 14. Reinching. de reg. Secul. lib. 1. class. 4. num. 13. & seqq.* Nullus autumare poterit, Feuda de quibus agitur, de quorum certo initio non constat, esse potius propria, quam impropria ex, pacto, & Providentia, vel mista, & non mere hereditaria; Quinimmo, cum illis Temporibus consuetudines Feudales, non solum non essent usu receptæ, sed nec collectæ per Gherar-
6 dum, & Obertum, dum de anno 1240. tantum recipi ceperunt, Teste *Grat. cons. 9. num. 48. & seqq. lib. 1. Ludovic. Bell. cons. 3. num. 125. Corsett. in cons. feud. 29. num. 8.*

Feuda antecedentia consuetudines præfatas non possunt recipere interpretationem ab istis consuetudinibus, vel constitutionibus Imperatorum subsequentibus, ut ad mentem ipsorum censeatur Feudum constitutum potius proprium, ac rectum, ut dicunt
7 *Grat. & Bell. in dd. consil.* sed cum castra etiam præsumantur magis allodialia & libera, quam Feudalia, quia Feudalitas est servitus, ut bene
8 *Valasc. de jur. Emphyt. quæst. 51. n. 1. Gaill 2. observ. 69. num. 4. Kloc. cons. 8. num. 47. 93. & seqq. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 4. num. 2. & 3. Rosenthal. de Feud. cap. 12. concl. 14. num. 11. & seqq.* Et ubi sunt Castra allodialia, & Feudalia, Possessor possit allegare allodialitatem, ut in Austria dicit *Bald. cons. 351.*
9 *in fin. vol. 1. & generaliter Gaspar. Kloc. d. cons. 8. num. 47. & seq. tom. 2. Surd. cons. 135. num. 75. vers. Quartum quoque Bos. tract. de Principe num. 247. Roland. cons. 82. num. 17. vol. 2. Bursat. cons. 46. num. 27.* Et si de Feudalitate in genere constat contra Possessorem, etiam post consuetudines Feudales non sufficiat præsumptio, quod Feudum præsumatur proprium, & rectum, & ex pacto, & Providentia, sed qui agit, debeat concludenter probare qualitatem Feu- 10
di; *Bald. cons. 151. num. 2. & in fin. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 5. num. 21.*; & tenuit *Rota Rom. dec. 93 num. 55. par. 5. rec.*

Hinc profecto sequitur, quod Feuda præfata ante consuetudines feudales a Carolo Magno introducta, tanto magis iudicanda sint impropria, libera, ac hereditaria, & potius titulo hereditario a Carolo Magno acquisita, prout tantus Imperator consuevit multas Provincias Populorum utilitate hereditarias facere ad tradita per *Brun. cons. 80. sub num. 14. Me-* 11
noch. cons. 104. num. 61. Cephal. cons. 152. num. 55. lib. 2. Mans. consult. 292. num. 13. & 14. Decian. cons. 58. num. 2. lib. 2. Jo. Petr. Surd. cons. 105. num. 89. Bardellon. cons. 78. n. 3. Valasc. de Emphyt. quæst. 43. n. 3. Qua ratione plerumque Feuda Italiæ hereditaria esse dicit *Gaill. lib. 2. ob-* 12
serv. 154. n. 22. Et de Feudis Germaniæ idem asserit *Pruckman. cons.* 13
2. num. 404. & cons. 4. num. 21. & 23. Vult. de feud. lib. 2. cap. 3. n. 33. Unde factum est, quod nomina Marchionatus, & Comitatus, quæ tituli olim erant Administrationis, Patrimonii nomine facta sint, & jurisdictio ipsa patrimonialis effecta fuerit, & Castra proinde cum suis dignitatibus, non in Feudum, sed in allodium, salva Fidelitate Imperio, plerumque recipi ceperint *Reinchingh. de regim.* 14
secul. sac. Rom. Imper. lib. 1. clas. 4. cap. 16. num. 19. & 24.

Ex Personis in Investituris Demonstratis.

Quod aperte dignoscitur ex Tenore ipsius investituræ Caroli Magni supra allegatæ, quæ cum supponatur con-

concepta *pro ſe*, *& eorum heredibus*,
& quibus dederint, quamquam ali-
quando, quando Feudum datum eſt
pro ſe, *et heredibus*, nomen heredis
15 explicari poſſit, pro heredibus ſangui-
nis *Natta conſ.* 159. *num.* 8. *Pariſ.*
conſ. 65. *num.* 14. *vol.* 3. *Galeott. reſ-*
ponſ. fiſcal. 12. *num.* 106. *Cavaler. dec.*
634. *num.* 4. *&* 9. *Manſ. conſult.* 8.
num. 14. Verumtamen, ſi adjuncta
ſint verba, *quibus dederint*, impor-
16 tant inhæſitanter tacitam non ſolum
alienandi facultatem, *Schrader. de feud.*
par. 8. *cap.* 2. *num.* 58. *Peregrin. de*
fideicom. art. 52. *num.* 38. *Card. De*
Luc. de feud. in contr. Boſcoli art. 3.
num. 123. ſed hereditariam inſuper
17 qualitatem; *Roland. conſ.* 1. *num.* 47.
lib. 3. *Peregr. conſ.* 9. *n.* 5. *lib. lib.* 1.
De Luc. d. controv. Boſcoli art. 3. *n.*
124. *& art.* 5. *num.* 30. Et propte-
rea, improprium, & francum om-
nino Feudum efficiunt *Curt. jun. conſ.*
18 130. *num.* 7. *Cravett. conſ.* 472. *n.*
10. *Thom. Marin. in tract. de feud.*
tit. de feudo non habente propriam na-
turam num. 5. *Menoch. de preſumpt.*
95. *num.* 10. *&* 11.

Qua ſuppoſita inveſtituræ quali-
tate, quam ipſimet domini Marchio-
nes de Maleſpinis impugnare non poſ-
ſunt, tamquam ab eorum Authori-
bus in præfato judicio allegatam, ſi-
19 ve productam *Ex Decian. reſponſ.* 24.
num. 84. *lib.* 1. *Chriſtin. ad conſuet.*
Feudal. dec. 85. *num.* 2. *&* 4. *vol.* 6.
Cum ex ea tamquam prima propriæ
Feudi naturæ derogetur. *Ad Text. in*
20 *cap.* 1. *tit. de duobus Fratribus a ca-*
pit. inveſt. lib. 2. *feud. Mant. de ta-*
tit. lib. 23. *tit.* 8. *num.* 7. Et impro-
pria conſtituantur, cum ea Clauſula,
21 *quibus dederint*, ut eſt præciſus *Text.*
in cap. 1. *tit. de feud. non hab. prop.*
feud. nat. lib. 2. *Feudor. tit.* 48. *Ca-*
pyc. latr. conſult. 75. *num.* 33. Illa
ſemper tamquam norma, & baſis,
& fundamentum ceterarum inveſtitu-
rarum eſt ſpectanda, cum ſit radix,
22 quæ regulam, & directionem ſubſe-
quentibus tribuit *Decian. conſ.* 3. *n.*
51. *vol.* 4. *Pariſ. conſ.* 5. *num.* 6. *lib.*
1. *Afflict. dec.* 145. *Burſatt. conſ.* 45.
num. 6. *Surd. conſ.* 340. *num.* 4. *vol.*
3. Ita ut illa ſola inſpicienda ſit *Ro-*
ſenthal. de feud. cap. 16. *concl.* 69. 23
num. 5. *Joſeph. Altogr. Jun. ſuper his*
feudis Malaſpinis controv. 5. *num.* 4.
Et ab ipſa ſumendus ſit modus, &
regula intelligendi poſteriores *Giurba de* 24
feud. prælud. 4. *num.* 62. Et quicquid
in ſubſequentibus eſt omiſſum, vel a-
djectum, per errorem, non ex certa
ſcientia omiſſum, vel adjunctum cen- 25
ſetur *Theſaur. dec.* 227. *num.* 2. *Surd.*
d. conſ. 340. *num.* 6. *Manſ. conſult.*
251. *num.* 3. *&* 4. *Chriſtin. dec. Bel-*
gic. vol. 6. *ad conſuetud. feudal. dec.*
3. *num.* 23. *& ſeqq.* Ac propterea
clauſula *quibus dederint* in prima ap-
poſita, in omnibus ſubſequentibus re-
petita cenſetur, cum illi derogatum
non cenſeatur, niſi expreſſe ſit dictum, 26
bene Chriſtin. d. deciſ. num. 23. *&*
ſeqq. ad conſuet. Feudal. Et poſterio-
res primæ ſemper confirmatoriæ, non
derogatoriæ in iiſdem Bonis iam a
Vaſſallo retentis, judicandæ ſunt, e-
tiam ſi alias loquantur, quam prima,
ut eſt dictum *Bald. in cap.* 1. *§. fin.* 27
verſ. quæro de feud. Guard. Caſtrenſ.
conſ. 176. *num.* 1. *&* 3. *lib.* 1.

Parum igitur curandum eſt de
inveſtituris Friderici Primi anno 1164.
& Friderici Secundi anno 1220. nec
non Caroli Quarti anni 1355. quæ
conceptæ pro legitimis heredibus, ſi
primæ eſſent judicandæ, ſaltem mix-
tum Feudum efficerent, vel heredita-
rium ſecundum quid, ut ſuper his In-
veſtituris dixerunt. *Cephal. conſ.* 694. 28
num. 19. *Altograd. Jun. contr.* 5. *n.* 1.
Quia (prætermiſſo, quod ſolum pri-
ma Friderici Primi ad nos ſpectat,
quæ Opizzoni primo fuit conceſſa,
a quo Domini Marchiones de Mala-
ſpina Agentes deſcendere poſſunt, re-
jectis aliis Opizzoni Juniori, &
Conrado, nec non Morello a Fride-
rico ſecundo, & Carolo Quarto con-
ceſſis, a quibus Dominos Agentes
non deſcendere in comperto eſt) cum
ſupponant præcedentes Inveſtituras,
& illas ratas habeant, & confirment,
nulla regula ex ipſis deſumi poteſt,
pro natura, & qualitate Feudi judi-
canda, cum & clauſula, *& quibus*
dederint, cenſeatur adjecta, & legiti-
mi

mi heredes vocati esse possint ad ex-
cludendos illegitimos, non ad inno-
vandam qualitatem heredum in pri-
mis expressam, quæ apparet confir-
29 mata *Menoch. cons.* 104. *num.* 48.
vers. non obstat Et in Investitura Ca-
roli Quarti, quæ est relativa alterius
Friderici Secundi adjectio illa, *sibi*,
et heredibus suis, *velut heredibus le-
gitimis*, *et per Masculinam lineam
descendentibus*, cum in relata Investi-
tura non contineatur, vel per erro-
30 rem censetur adjecta *ad Text. in cap.
1. de Vassal. decrep. ætat. Gaill. ob-
serv.* 49. *n.* 1. & 2. *lib.* 2. *Castrens.
cons.* 142. *num.* 3. *Menoch. cons.* 1. *n.*
124. *Surd. cons.* 5. *num.* 62. *Christin.
d. dec.* 3. *ad consuet. Feud. num.* 23.
& *seqq. vol.* 6. *Paris. cons.* 5. *num.*
6. *Schrader. de feud. cap.* 5. *par.* 2.
n. 28. & *seqq.* Vel descendentes ma-
sculi censeri debent vocati, non uti
descendentes, sed uti heredes, scilicet,
quatenus fuerint heredes, secundum
31 Doctrinam *Bartoli in L. Si Tibi §.
Pactus ff. de pact. Peregr. cons.* 33.
num. 9. *lib. primo. Covarruvv. var. re-
sol. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 7. *vers. ter-
tio si proxime.* Ac proinde, quod Feu-
dum hereditarium non censeatur im-
mutatum cum his adjectionibus, &
32 mixtum, seu Sanguinis effectum, di-
xerunt *Ludov. Bell. cons.* 3. *num.* 132.
Capyc. Galeott. contr. 31. *n.* 27. & *seqq.*
Et in individuo Feudorum de familia
Malaspina, quod non obstantibus se-
cundis Investituris Opizzoni, & Con-
rado Malaspinis factis, primæ, &
antecedentes Investituræ Caroli Ma-
gni & aliorum, quæ in secundis sup-
ponuntur, ab effectu, & eventu
alienabilitatis secutæ, demonstrentur,
quod habuerint hæc Feuda franca,
libera, & impropria, scripsit *Cephal.
33 cons.* 694. *num.* 39. & 40.

Et profecto, cum præfatæ se-
cundæ Investituræ, nil de nuovo con-
cedant, sed Castra, Bona, & Pos-
sessiones jam ab Opizzone, & Con-
rado retentas, & legitime possessas,
& ab Ipsismet Imperatoribus etiam
in aliquibus partibus titulo donationis
receptas, confirment, & roborent,
cum omnibus regalibus, & Imperii
juribus jam ab ipsis Dominis Mala-
spineis possessis, in quibus confirman-
tur, & roborantur; Quinimmo non
solum Bona, & Possessiones, quas
legitime habent, sed & quas habituri
sunt, iterato confirment, & corro-
borent, inter quas Treschiettus ex-
presse nominatus non apparet; Di-
cendum erit, quod aut Treschiettus,
tanquam Allodium est judicandum,
quod non in istis, sed in antiquiori-
bus Investituris fuit comprehensus, ut
in similibus terminis animadvertunt 34
Bursatt. cons. 46. *num.* 24. & *seqq.
Surd. cons.* 135. *num.* 47. *Brun. cons.*
127. *fol.* 29. *vers. item non obstat. De-
cian. cons.* 33. *num.* 50. *vol.* 1. *Petra
de fideic. quæst.* 13. *num.* 462. *vers.
Et iterum Schrader. de feud. par.* 3.
cap. 3. *num.* 55. *Rosenthal. eod. tract.
de feud. cap.* 12. *concl.* 15. *num.* 54.
in fin. Vel quatenus sub aliqua gene-
ralitate sub istis comprehendi posset,
cum sint confirmatoriæ titulorum præ-
cedentium, & ad Preces Possessorum
eorum favore Impetratæ, nihil im-
mutare possunt, vel innovare de an-
tiquo Statu Bonorum juxta sanctio- 35
nem *Text. in cap.* 1. *Extr de confirm.
util. vel inutil. De Luc. de regal. disc.*
172. *num.* 10. & *de feud. disc.* 60.
num. 11. *Schrader. de feud. cap.* 5.
num. 33. *par.* 3. Nec præjudicium af-
ferre Possessoribus super libera disposi-
tione eorum Bonorum *Castrens. cons.* 36
142. *num.* 3. *vers. non autem lib.* 2.
Dec. cons. 390. *num.* 3. *Menoch. cons.*
1. *num.* 124. *Surd. cons.* 5. *num.* 62.
Schrader. d. par. 3. *cap.* 5. *num.* 33.

Quinimmo, quando etiam pri-
mæ essent judicandæ, vel quod Tres-
chiettus esset postea quæsitus, ac pro-
pterea tamquam primæ, saltem illius
respectu, haberi deberent, nil aliud
continerent, quam dationem propriorum
Bonorum in Clientelam, & Prote-
ctionem Imperialem, tamquam Allo-
dium cum dignitate Imperiali rece-
ptum, ut dicit *Reinching. de regim.* 37
secul. sacr. Rom. Imper. lib. 1. *clas.*
4. *cap.* 16. *num.* 24. *Christin. d. tit.
ult. ad consuet. feudal. divers. Provinc.
Bursatt. cons.* 46. *n.* 16. 18. & *seqq.
Surd. cons* 271. *num.* 67. *Kloc. cons.*
7.

7. num. 229. *& conf.* 8. *num.* 106.
114. *& seq. vol.* 2. Ut juribus, &
honoribus Imperii defenderentur, &
consequentur, quia jure proprio reti-
nerentur, jura tantum feudi impro-
prij haberent, cum facultate alienandi,
38 præsertim ante consuetudines Feudales,
ut notat *Mans. consult.* 292. *num.* 14.
Bursat. d. conf. 46. *num.* 16. *&* 19.
Kloc. d. conf. 7. *num.* 229. *& conf.*
8. *num.* 106, 114. *& seqq.* Et con-
cessio pro se, & heredibus ex subje-
cta materia indifferenter transitoria
ad quoscumque heredes, non pro he-
redibus sanguinis haberi deberet, sed
bonorum, & altera pro legitimis he-
redibus, non pro descendentibus here-
dibus sanguinis sed pro descendentibus
sanguinis heredibus, uti heredibus bo-
norum, judicanda esset juxta superius
39 adductam Theoricam *Bart. in L. Si
tibi §. Si pactus ff. de pact.* quam
ultra relatos sequuntur *Decian. conf.*
149. *num.* 1. *vers. sive etiam. Paris.
conf.* 48. *num.* 9. *lib.* 4. *Gabriel. conf.*
196. *num.* 5. *lib.* 2. *Alex. conf.* 18.
col. 3. *num.* 6. *lib.* 5. *Rot. Rom. cor.
Merlin. dec.* 346. *n.* 4. *& dec.* 797.
Et propterea semper Feudi improprie-
tas utroque modo contineretur.

*Ex Causis, & Qualitatibus
Investituris adiectis.*

Quod sane clarius, & abundan-
tius emergit ex causis, & qualitatibus
Investituris adiectis.

Ex causis, quia cum non gra-
tuito, sed ob magnifica præclara, &
ingentia servitia processerint, quæ
verba in Ore Cæsaris posita, & ex
Magnitudine, & dignitate proferentis
metienda, ingens servitium præsup-
ponunt, quod tantam mereatur re-
compensationem ab Imperatore facien-
dam in confirmatione Provinciæ Lu-
nensis, & tantorum Castrorum ingen-
tis Principatus speciem redolentium, ac
proinde non solum tantæ potestatis
esse debeant, ac si Genus ad speciem
reduxissent, sed quia Merita æquare
40 Feudi Valorem præsumuntur *Scrader.
conf.* 39. *num.* 128. *& seqq. lib.* 2.
Roland. conf. 13. *num.* 64 *lib.* 3.

Rot. Rom. cor. Seraf. dec. 518. *num.*
4. Etiam cum tanto animi proposito
& Verborum amplitudine generaliter
expressa, dum non generalem amorem
& benevolentiam ex causa honestatis
& convenientiæ quam erga fideles subdi-
tos Principes exercere solent, sed ingen-
tem quamdam recompensam ostendunt,
quam Imperatores exequi profitentur,
causam correspectivam, & onerosam
continere dicendum est *Surd. conf.* 502. 41
num. 16. *Cephal. conf.* 96. *num.* 30.
Gratian. discept. Forens. cap. 736.
num. 79. *Scrader. de Feud. par.* 5.
cap. 2. *num.* 62. Præsertim quia cor-
respectivitatem etiam habent expres-
sam ad ea, quæ idem Opizzonus jam
per donationem acquisita Impera-
tori retrocessit, & refutavit in Civi-
tate Tortonensi, cum qua Feudum
absolute improprium, & Francum
efficitur, juncta tantorum merito-
rum expressione *Schrader. de Feud.* 42
par. 5. *cap.* 2. *num.* 62., *& seqq.*
Rot. Rom. dec. 748. *num.* 58., *&
dec.* 760 *num.* 4. *cor. Dunnozet,
Jun. & dec.* 265. *num.* 32. *cor. O-
thobon. & dec.* 94. *num.* 7. *& dec.*
237. *num.* 9. *part.* 12. *rec.* vel sal-
tem cum similibus expressionibus, in-
gentis servitii, donationem, non ob-
stante dictione *in Feudum*, continere
satendum est. *Cephal. conf.* 2. *num.* 43
18. *in fin.*, *& conf.* 19. *& conf.*
96. *num.* 30. *Bursatt. conf.* 46. *num.*
3., *& seqq. Dec. conf.* 390. *num.* 9.
& 10. *Paris. conf.* 4. *num.* 7. *vol.*
1. *Cacheran. conf.* 38. *num.* 29. *Klocb.
conf.* 16. *num.* 92 *Tom.* 2.

Ex qualitatibus: primo, quia
hæc libera donatio clarius apparet ex
libera translatione Dominii in Feu-
datarios cum omnibus regalibus, &
Juribus Imperii, nichilo penitus reser-
vato, quod facit, ut cum duo esse
non possint Possessores in solidum,
ad Text. in L. si ut certo §. si duo- 44
bus ff com d. Francum, & liberum
censeatur Feudum datum seu confir-
matum, *Cephal. conf.* 6. *num.* 20. *&* 45
21. *Rimin. Jun. conf.* 513. *num.* 73.
Paris. conf. 4. *num.* 6., *&* 7. *Capyc.
Galeott. contr.* 31. *num.* 49 *& seqq.*
& allodium, salva Fidelitate, effe-

46 ctum, ut supra dictum est *ex cap.*
veri de allodiis

Secundo quia, idipsum, quod
nulla facta fuerit Servitiorum reser-
vatio, quæ Feudo vero, & proprio
naturaliter convenit, dum facit, quod
facta libera translatione, noo debean-
tur contra Feudi veri, & recti re-
47 quisita, proprietatem, & naturam
Paris. cons. 12. *num.* 32. *& cons.* 23.
n. 32. *lib.* 1. *Ruin. cons.* 38. *n.* 7. *in*
fin. lib. 1. *Menocb. cons.* 504. *n.* 12.
Ramon. cons. 93. *n.* 40. *ubi Balduc.*
Spada cons. 30. *n.* 11. *lib.* 1. *Rot. Rom.*
dec. 1105. *n.* 9. *cor. Seraphin.* Hioc be-
ne infertur Feudum esse liberum, & fran-
cum *Ruin. cons.* 160. *n.* 24. *Rebuff. in*
Arbor. feudal. 14. *divis. Petr. Gregor. in*
tract. concess. feud. p. 5. *col.* 2. *Menocb.*
cons. 504. *n.* 12. *Ramon. cons.* 93. *n.* 40.
Spada cons. 30. *n.* 12. *lib.* 1. *Rot. Rom.*
dec. 94. *num.* 5. *& dec.* 237. *num.* 3.
& 8. *par.* 12. *rec.*

Et quamvis alii contrarium sen-
48 tiant, tamen hæc est verior, & re-
ceptior sententia, quæ literalem habet
dispositionem *Textus in cap. si cui mi-*
liti de feud. & benefic. in Extraordin.
cap. 3. ibi „ Multo magis dignum ob-
servantia existimavimus, cum Feudum
sic datum est, ut nullum servitium
49 pro eo fiat, ut pleraque hodie feuda
dantur.„ Quem uti authenticum defen-
50 dit *Menocb. cons.* 65. *num.* 16. *& seqq.*
Et ita decidendo tenuit *Rot. Rom. dec.*
51 94. *num.* 6. *par.* 12. *rec.* In qua sen-
tentia omnes conveniunt, quando se-
cuta est libera translatio, quæ pro-
prio Feudo non convenit, vel quan-
do iniunctum non fuit juramentum
in Investituris Feudalibus, in quo o-
bligatio servitiorum contineri solet,
ut bene *Paris. cons.* 4. *num.* 22. *&*
52 *cons.* 12. *num.* 29. *lib.* 1. *Corn. cons.*
16. *lib.* 1. & distinguit *Alex. cons.*
30. *num.* 18. *lib.* 1. cui bene respondit
Menocb. cons. 65. *num.* 19. *lib.* 1.
Ac propterea, quod hæc Feuda sine
servitio sint tamquam impropria tran-
53 sitoria ad fœminas *Tbob. Non. cons.* 2.
num. 38. *Spada cons.* 30. *num.* 12.
lib. 1. *Gratian. discept. for. cap.* 38.
num. 84. *& seqq. & cap.* 36. *num.* 75.
54 Et alienabilia in extraneos. *Alex. cons.*
30. *num.* 4. *lib.* 1. *Panciról. cons.* 1.
num. 3. *Menocb. cons.* 504. *num.* 15.
Ramon. cons. 93. *num.* 4. tam cum
consensu domini directi, quam sine 55
Ruin. cons. 18. *num.* 5. *&* 16. *lib.* 1.
Cepbal. sup. bec feudo d. cons. 694.
n. 38. Admissis etiam Clericis, qui
fœminis, quoad Feuda æquiparantur. 56
Cepbal. cons. 151. *num.* 27.

Tertio igitur, quia deficit con-
ventio, seu promissio juramenti in
prima, & secunda investitura Fride-
rici Primi, & Secundi, & propterea
excluditur omnis tacitus intellectus eo-
rum, quæ veniunt ex natura Feudi;
Hoc facit, quod non censeatur adje-
ctum, nisi quod fuit expressum, &
consequenter, quod talis defectus im-
proprietatem denotet *Decian. cons.* 57
58. *num.* 95. *lib.* 2. *Spada cons.* 30.
num. 11. *&* 12. *lib.* 1. *Rot. Rom dec.*
1105. *n.* 1. *cor. Serapb. & dec.* 748.
num. 60. *& dec.* 760. *num.* 23. *cor.*
Dunozet. Jun.

Septem enim requiruntur, ut
proprium Feudum sit constitutum, 58
quæ enunciat *Paris. cons.* 4. *num.* 13.
& cons. 23. *n.* 4. *lib.* 1. quorum si
unum deficiat Feudum impropriatur,
ut bene *Paris. d. cons.* 4. *n.* 13. 59

Neque huc spectat, quod alii refe-
runt, quod juramentum censeatur reserva-
tum, nisi expresse sit remissum, quia Feu-
dum judicetur io propria natura, ex 60
Corneo cons. 239. *n.* 6. *Rosentbal. de*
feud. cap. 2. *concl.* 55. *num.* 1. quia
id procedit, quoad juramentum fideli-
tatis, & quoad fidelitatem ipsam,
quæ est de substantia Feudi, & quæ
etiam Feudo improprio per juramen-
tum promittitur, si quandocumque 61
requiratur, ut bene *Schrader. de feud.*
par. 6. *cap.* 4. *num.* 7. Non vero
quoad naturalia Feuda, quæ nisi con-
stet, quod proprium, & rectum Feu-
dum sit constitutum, reservata non
censentur *Soccin. Sen. cons.* 257. *num.* 62
4. *vers. aut quærimus lib.* 2. *Bero. cons.*
65. *num.* 78. *vers. sed quando. Rota*
Rom. cor. Dunozet. jun. dec. 748. *n.*
62. Agitur enim de feudis ante con-
suetudines Feudales constitutis, in qui-
bus non intrat præsumptio pro ve-
ro, & proprio Feudo, ut supra ex
ori-

origine horum Feudorum dictum est;
Et quatenus etiam intraret hæc gene-
ralis præsumptio, contra possessorem
non sufficeret *Bartol. in L. penult. n.*
63 *4. ff. de condit. instit. Seraph. dec.*
1249. *num.* 2. Sed qui agit, conclu-
denter qualitatem Feudi probare de-
bet *Bald. cons.* 151. *num.* 2. *& in fin.*
64 *lib.* 1. *Mantic. de tacit. & Ambig.*
lib. 23. *tit.* 5. *num.* 21. *& tit.* 28.
num. 1. *& seqq. Rot. Rom. cor. Se-*
raph. d. dec. 1249. *num.* 2. *& dec.*
1422. *num* 10. *& in recent. part.* 5.
dec. 93. *num.* 55. Et excluditur,
omnis præsumptio ex libera transla-
tione cum omnibus Imperii juribus
facta, quæ repugnat cuicumque reser-
vationi, & facit, quod improprio
feudo constituto, nec servitium nec
juramentum censeatur reservatum, quia
interpretationem recipere non debet a
consuetudinibus Feudalibus, sed a jure
communi *Soccin. Sen. d. cons.* 257. *n.*
65 3. *& 4. lib.* 2. *& Rot. Rom. cor. Du-*
nozet. jun. d. dec. 748. *num.* 62.
Et omne juramentum, quod postea
accesserit in Investitura posteriori Ca-
roli Quarti (quæ tamen ad nos non
spectat; ut supra dictum est) confir-
matoria præcedentium, tamquam ac-
cessorium, debet famulari naturæ Feu-
di improprii, & quoad fidelitatem
tantum censeri debet conventum, ut
66 bene *Cephal. cons.* 151. *num.* 20. *&*
seqq. Menoch. cons. 65. *num.* 32. *&*
33. *Soccin. cons.* 262. *lib.* 2. *Add. ad*
Buratt. dec. 206. *num.* 28. *Schrader.*
de feud. par. 6. *cap.* 4. *num.* 7. *Rot.*
Rom. dec. 94. *num.* 18. *& dec.* 237.
num. 12. *par.* 12. *rec.* Quæ omnia si
ita recte procedunt, quando etiam
præfatæ Investituræ Friderici Primi,
& Secundi primæ essent judicandæ,
quid dicemus, dum de præcedentibus
amplioribus, & liberalioribus constat
ex antiquissimo tempore, quo pro-
prietates Feudorum erant incognitæ,
& cum quibus omnes subsequentes
earum origini famulantes, sunt con-
cordandæ & interpretandæ? Et præ-
sertim ultima Caroli Quarti, qui
pene totum Imperium erat venditu-
67 rus, si Emptorem invenisset, ut re-
fert *Joan. Adam. Wreber. de interes.*
Cæsar. cap. 18. *adnotat.* 1. *de Caro-*
lo Quarto.

Ex Observantia, & Consuetudinibus.

Sed supervacaneus equidem omnis
labor in perscrutandis Investituris fuit:
Quomodocumque illæ sint, omnia
vincit usus, & observantia, & con-
suetudo, & illas, aut destruit, aut
auget, aut modificat, & corrigit,
declarat, seu interpretatur, cum de-
roget semper usus specialis Feudi ge-
nerali Feudorum consuetudini *Cap.* 1. 68
de feud. cogn. & notat Christin. decis.
Belgic. 41. *ad consuet. feudal. n.* 28.
Dec. cons. 390. *num.* 12. *Cardin. Pa-*
ris. cons. 21. *num.* 16. *lib.* 1. *Castrens.*
cons. 3. *lib.* 2. *Schrader. de feud.* 2.
part. 9. *part. princ. sect.* 6. *num.* 30.
Guid. Papa decis. 297.

Si usus igitur tantæ potestatis
est, ut prævalere debeat, etiamsi In-
vestituræ repugnaret, quia ex longeva
observantia, & consuetudine plurium
sæculorum Investituræ contraria, Feu-
dum familiare, & ex pacto, & pro-
videntia hereditarium, & improprium
fieri potest, sicuti e contra, cum om-
nem meliorem titulum de mundo cum
scientia Imperatorum, & Agnato-
rum ad destruendas priores Investitu-
ras intervenisse præsumptione juris,
& de jure judicari debeat *Ad Text.* 69
in cap. super quibusdam §. Præterea
Extr. de verb. sign. cap. 1. *de præ-*
script. in 6. *Bursatt. cons.* 41. *num.* 9.
& cons. 150. *num.* 31. *Peregr. cons.*
28. *num.* 4. *lib.* 7. *Kloch. cons.* 47. *n.*
109. 110. *& seqq. lib.* 2. *Caren. re-*
sol. 8. *Schrader. de feud. par.* 5. *cap.*
4. *num.* 2. *Surd. cons.* 105. *num.* 14.
& seqq. Rot. Rom. cor. Otthobon. dec.
265. *num.* 18. *& seqq. Et cor. Du-*
nozet. jun. dec. 478. *num.* 73. *Mans.*
consult. 292. *num.* 31. *&* 42. *Palm.*
Nepos. alleg. 94. *n.* 2. *& alleg.* 101.
num. 131. Et de his Feudis Malaspi- 70
nis dixit *Rimin. jun. cons.* 557. *n.* 25.

Quanto magis tam Longevus usus
recipiendus est, tum ad detegendas, &
aperiendas primas, & antiquiores in-
vestituras, de quibus aperte non con-
stat, & quas *pro omnibus, quibus*

dederint, & consequenter cum facultate alienandi, hereditarium, & improprium Feudum constituisse, Authores adversariorum in præfato judicio de anno 1638. professi sunt, & origo horum Feudorum supra demonstrata aperta comprobat, & ab effectu, & eventu idipsum super his Feudis convincit *Cephal. cons.* 694. *num.*
71 39. & 40. & *in aliis Mans. consult.* 291. *num.* 33. *Rot. Rom. dec.* 93. *n.* 98. 99. 100. *par.* 5. *rec.*

Tum ad supplendas, declarandas, & interpreandas posteriores Friderici Primi, & Friderici Secundi, & Caroli Quarti, ut sint conformes antecedentibus & contineant bona libere donata ad formam Feudi Franchi, & liberi, seu
72 verius Allodii infeudati juxta *Text. in cap. un. de allod & Nicol. Everab. jun. cons.* 129. *num.* 14. & *seq. vol.* 8. *Kloc. tom.* 2. *cons.* 10. *num.* 10. *A Ponte cons.* 27. *n.* 1. & *per tot. Gob. de permiss. feud. alien. quæst.* 5. *n.*45.

Tum ad derogandas consuetudines Feudales, quæ in pluribus Feudis diversarum Provinciarum in desuetudinem abierunt, & adhuc post has consuetudines universales propria cujusque Feudi consuetudine reguntur, ut testatur *Christin. ad consuet. Mel-*
73 *chin. tit.* 10. *de jur. feud. in princ. num.* 7. ubi quod constitutio Friderici de prohibita Feudi alienatione in variis Provinciis in desuetudinem abiit; *Et d. tit.* 10. *art.* 5. *num.* 3. Ubi quod in Regno Franciæ, in Italia, Germania, Delphinatu, & aliis Provinciis hæc consuetudo derogatoria generalibus consuetudinibus inolevit, & in his locis, ubi adest talis consuetudo, Friderici constitutioni de prohibita alienatione derogatur, non obstante præscriptione ibi per Fridericum sublata, quæ hanc consuetudinem legis derogatoriam non tollit, quia per usum contrarium legi in multiplicatis actibus cum scientia Principum, vel lex judicatur abrogata, vel
74 in eo loco non usu recepta *ad Text. in L. de quibus ff. de leg. Antunez. de donat. reg. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 88. *Suarez. de legib. lib.* 7. *cap.* 18. *num.* 7. *Corziad. decis.* 150. *in observ.* *num.* 26. & 27. Cum qua consuetudine legum, & consuetudinum universalium derogatoria judicandum dicit
Christin. ad consuet. feudal. dec. 56. 75
per tot. & dec. 90. *num.* 22. cum ubique locorum in observantia sit *Gob. de permiss. feud. alien. quæst.* 1. & *in præluð. num.* 32. & 36.

Tum ad convincendum, & detegendum, quod hæc Feuda sint impropria, & franca, quia dum non receperunt consuetudines Feudales super successione, & constitutione Lotharii, & Friderici super prohibita alienatione, quæ de propriis, & rectis Feudis loquuntur, hoc ipsum evincit, quod impropria, & libera sint, quæ juribus Feudalibus super successione, & alienatione non subiiciun-
tur. *ad Text. in cap. de feud. non* 76
hab. prop. nat. Rosenthal. de feud. cap. 2. *concl.* 54. *num.* 2. *Gob. de permiss. feud. alien. quæst.* 5. *num.* 46. Quamvis in aliis non impropriatis Feudi
Naturam retinere possint *ad Text.* 77
in cap. 1. *de feud. non hab. propr. natur. Et ibi DD. Schrader. de feud. par.* 8. *cap.* 1. *num.* 9. Et jus Feudale habere etiam ex pacto, & Providentia, quatenus non alienentur, &
de successione non agatur *Manent. cons.* 78
106. *num.* 28. & 29. *Merend. contr. jur. lib.* 16. *cap.* 13. *num.* 11. *Dexart. decis. Sardin.* 27. *num* 2. *Gob. de permiss. feud. alien. quæst.* 5. *num.* 44. 49. 50. & 53. *Rosenthal. de feud. cap.* 2. *concl.* 54. *per tot. Et cap.* 9. *concl.* 58. *a num.* 23. *per tot.* Quod tanto magis admittendum est, quia non solum generalis consuetudo horum Feudorum in dictis Investituris describtorum, sed & specialis loci Treschietti id aperte convincit, ita ut Castrum Treschietti semel alienabile factum, vel per successionem in ex-
traneos transitorium, perpetuo in hoc 79
statu duret *Flam. de Rub. cons.* 20. *num.* 75. & *seqq. Et cons.* 25. *num.* 75. *vol.* 1. *Nicol. Intrigliol. de feud. quæst.* 39. *num.* 117. *Jo. Petr. Surd. cons.* 105. *n.* 13. *Bursatt. cons.* 205. *num.* 50. *Roland. a Valle cons.* 1. *n.* 92. *vol.* 1. & non possit talis consuetudo nec a Domino directo, nec ab
Agnatis revocari, infringi, aut pro- 80
hi-

hiberi *Rosenthal. de feud. concl.* 54. *num.* 1. & 40. Quod facit, ut inhibitiones, quæ afferuntur de pluribus Feudis non alienandis, ad formam juris sint intelligendæ, nempe non impetrato Beneplacito Imperiali, ut in casibus licitis concessæ intelligantur,
81 alioquin essent ipso jure nullæ, ut observat *Gaill. lib.* 1. *observ.* 13. *per tot.*

Quod vero hæc generalis consuetudo adsit in his Feudis Malaspinis, miramur, quod Dominus ex adverso scribens ita audacter per Fabulæ speciem, aut abusum eam declinet, dum
82 tam notoria est, ut non solum eam allegare sufficiat *Purpurat. cons.* 367. *num.* 87. *Cephal. cons.* 694. *num.* 39. *Altograd. contr.* 5. *num.* 105. *Thesaur. quæst. forens.* 26. *num.* 5. *lib.* 1. *Caroc. decis.* 78. *num.* 10. *in fin.* Sed factis, ac dictis Adversariorum, vel eorum Authorum, & omnis Malaspinæ Gentis aperte comprobetur.

Nam ubi sunt hodie tot Feuda quæ in Investituris allatis inserta numerantur multa in Ianuensi Curia, alia in Parmensi Agro, non pauca in Regiensi, & Leodiensi, alia plura in Tortonensi, & in Mediolanensi Ducatu, & in fere tota Longobardiæ Provincia posita? Et in Lunensi Provincia illa pauca Castra, quæ vix quindecim circiter a Malaspinis retenta numerantur componunt ne totam Provinciam Lunensem in Investituris cum fere centum Curiis descriptam? Tot igitur, & tanta, quæ ex his a Serenissimo Magno Duce, a Ianuensi Republica, a Parmensi, & Mutinensi Ducatu, & quod magis est a dominio Mediolanensi ex Regibus Hispaniarum eadem causa in Augustissimam Domum pervento, & aliis exteris Dominis possidentur, a quibus etiam Sententiarum vigore plerumque Gens Malaspina, & Domini Adversarii fuerunt expulsi, possunt ne ignorari a DD. Adversariis, & ad Poetarum figmenta referri? Usurpationes, & Abusus omnes in tantis dignissimis Principatibus, Investituras in his Feudis ab Imperatore recipientibus debent judicari? Et non potius licitæ, & juridicæ successiones, & alienationes per tot Sæculorum spatia Imperatorum, & ipsorum Marchionum de Malaspina factis comprobatæ? *Mans.* 83
consul. 291. *num.* 6. & 292. *num.* 38. *Altograd. contr.* 5. *num.* 77. *Paul. Mel. Alleg.* 85. *num.* 3. *lib.* 2. *Capyc. Latr. consult.* 75. *num.* 164. & 175. *lib.* 1.

Si enim duæ Alienationes sufficiunt, quæ effectum habuerint & fuerint observatæ per id tempus, ut ad notitiam Domini, & Agnatorum pervenire potuerint, ad liberam alienandi, & succedendi consuetudinem probandam *Zas. de Feud. par.* 5. *num.* 84
52. *Menoch. de Arbitr. lib.* 2 *cas.* 81. *num.* 8. *Rosenthal. de Feud. cap.* 7. *concl.* 43. *num.* 9. Quid dicendum erit de hac consuetudine in his Feudis cum antiquissimis factis per tot secula comprobata? Quæ ab eventu, & Feuda impropria ab initio interpretari, vel postea ita facta fuisse cum Legum desuetudine, aut derogatione potest demonstrare. *Rosenthal. de feud.* 85
cap. 12. *concl.* 12. *num.* 4. & 41. *Rot. Rom. dec.* 93. *num.* 58. 98., & *seqq. par.* 5. *rec.* Ut de his feudis *Riminald. Jun. cons.* 557. *num.* 25.

Nam etsi hæc generaliter dicta tamquam notoria sufficerent, pauca tamen alia specialiter indicare, & designare liceat ex actis etiam coram Imperatoribus, & in Camera Imperiali gestis, comprobanda, ut notoria hæc consuetudo ex actis ipsius Cameræ demonstretur, tam quoad successionem, quam quoad alienabilitatem.

Et primum quoad successionem quod conveniat Fœminis, Clericis, Equitibus Hyerosolimitanis in Feudis tantum impropriis succedentibus, non vero in propriis, & rectis *ex cap.* 86
1. §. *hoc autem notandum de his qui feud. damn. pos. cap.* 1. *de succes. Fratr. cap.* 2. *de success. Feudor. Alciat. cons.* 232. *lib.* 3. *Cephal. cons.* 1. *num.* 26.

Constat usque de anno 1285. satis proximo Investituræ Friderici Secundi de anno 1220., quo admissa fuit ad Madrognani Feudum per emptionem Cubitosa Estensis de Villa Franca Filia Marchionis Actii de Este.

In

In Feudo Massæ successit sub anno 1530. Domina Ricciarda, quæ nupsit in Familia Cibo.

In illis Sanctæ Margaritæ Monpratelli, Pergolæ, & Gerbæ successit Doralices filia Antonii Francisci Malaspina, excluso Friderico Malaspina in quinto gradu eidem Antonio Francisco conjuncto, pro quo consuluit *Cephal. cons.* 258.

In aliis Godiassi, & Malgrati successerunt Filiæ Marchionis Cæsaris Malaspina, quæ & pretium Malgrati consecutæ fuerunt ex venditione de eo facta Regi Hispanarum, qui de anno 1620. vigore hujusmodi venditionis fuit a Sacra Cæsarea Majestate de eo investitus.

Feuda Calesi, & Veppi olim membra Madrognani de quibus Carolus Quintus investivit Auriæ Principem, tradita fuere in dotem Placidæ ejus Sorori, cui successit Placidia Spinula Filia Primogenita, de iisdem post modum anno 1625. a S. C. M. investita

Et Maria Polisena Landi Placentina de anno 1638. investita reperiebatur ad Feuda Complani, &
87 Plebis Bedoniæ.

In Feudo Montis successit Horatius Malaspina Clericus, de quo *Riminald. Jun. cons.* 557. *num.* 24. eoque defuncto successerunt Fabius, & Leonidas Equites Hierosolimitani.

In Feudo Mulatii successit Galeatius, in illo Palleroni Alderanus, in eo Foldinovi Hyppolitus, in altero Bastiæ, & Pontis Bosii Ascanius omnes Equites Hierosolimitani de Malaspina.

Et in Feudo Amolæ, & Campinatro successit Germanus Malaspina
88 Episcopus Sancti Severi.

Quoad alienabilitatem, illa patet tam per actus inter vivos, quam ultimæ voluntatis.

Ex actibus inter vivos, venditionis præsertim, & cessionis, plures enumerantur in supradictis successionum speciebus, quæ emptitia Feuda demonstrant ac proinde absolute impropria quoad successionem, & alie-
89 nabilitatem *Natta cons.* 159. *num.* 16.
ita ut stultum sit, regulas, & leges
Feudorum in his allegare *Clar. §. feu-* 90
dum quæst. 763. *num.* 6. *vers. quia Gaill. lib.* 3. *observ.* 159. *num.* 2. & *per tot. Mans. consult.* 291. *num.* 45. & 46. quamvis quoad substantiam fidelitatis, & alia non alterata aliquid proprii retinere possint, quasi per emptionem acquisita, non empta, ut
per *Rosenthal. de feud. cap.* 2. *concl.* 91
61. *per tot.*, & *concl.* 54. *per. tot.*

Et hoc ipsum evincit venditio facta usque de anno 1550. de Feudo Filattieræ per Progenitores adversariorum Serenissimo Magno Duci Cosmo Primo, rata post modum habita per cessionem Jurium super eodem Feudo sub anno 1614. Serenissimo Cosmo Secundo factam, & postmodum de anno 1701. a Gloriosissimo Leopoldo per Investituram tradita, & concessa Serenissimo Cosmo Tertio regnanti, revocata prius per Sententiam die 23. Febr. 1701. cum voto Excellentissimi D. Comitis Borromei Investitura subreptitie obtenta per Dominos Marchiones Manfredum Patrem, & Hippolitum Patruum Adversariorum, a qua sententia denegata fuit restitutio in Integrum præfato Marchioni Hippolito sub. die 19. Aprilis 1701. de quibus omnibus extant Acta de eo tempore in Aulica Imperiali Cancellaria, & Mediolani in
ea Commissarii. Imperialis Feudorum; 92
Quare cum in hoc Judicio firmata fuerit alienabilitas horum Feudorum, & canonizata talis consuetudo cum Patre & Patruo dominorum adversariorum etsi reservata fuerit commoditas fructuum Dominis Adversariis, utpote in alienatione non comprehensa, & quæ nil commune habet cum dominio Feudi, & ipsa Feudi substantia, &
natura in extraneum alienata *Cephal.* 93
cons. 3. *num.* 69. *Card. de Luc. de Feud. disc.* 62. *num.* 6., & *seqq.* Hæc sententia super qualitate Feudi lata, tamquam super statu, non solum consuetudinem inducit, & probat, sed vim habet rei judicatæ, & inreparabile præjudicium affert Dominis Adversariis, ut qualitatem Feudi impugnare non possint, non solum in iis-

iisdem bonis, sed nec in aliis ejusdem naturæ, quia super statu, & qualitate rei lata præjudicat in aliis ejusdem naturæ rebus *ad Text. in L*
94 *Julianus ff. de except. rei jud. L. si quis cum totum ff. eod. Giurba dec.* 20. *num.* 2. *Censal. ad Peregr. art.* 53. *vers. atque hinc concludas. Surd. cons* 312. *num.* 9. *Rimin. Jun. cons.* 413. *n.* 8. Potissime quia Treschiettus non potest in Investitura comprehendi, nisi uti pars, & accessorium Fillateriæ, ut infra patebit.

Dum igitur a Dominis Raynaldo, & Hippolito legitimis contradictoribus fuit defensa, qui primam causam successionis habebant, ab his præjudicium infertur Dominis adversariis non solum uti causam ab illis
95 habentibus *ad Text. in L. ex contractu ff. de re jud. & in L. si a te §. fin. & L. seq. ff. eod. Peregr. de Fideicom. art.* 53. *num.* 46. Sed etsi independenter ex propria Persona venirent, secundum doctrinam *Bartol.*
96 *in L. Vnde ff. de aqu. pluv. arcen. Rosenthal de Feud. cap.* 9. *concl.* 72. *Card. de Luc. de Feud. disc.* 43. *n.* 10. *Peregr. de Fideic. art.* 43. *n.* 51. *Cammill. de Medic. cons.* 129. *n.* 26. Et articulo bene discusso cum pluribus ibidem adductis *Joseph. Altograd. contr.* 2. *per tot. ubi in fin. refert cons. Altograd. sen.*

Per actus vero ultimæ voluntatis detegitur alienabilitas per erectionem tot Primogeniturarum, quæ etiam per actus inter vivos fieri possunt, quæ hodie in unoquoque Feudo Dominorum Malaspinarum conspiciuntur, ita in Feudis Fosdinovi, Olivolæ Licianæ, sic in aliis Villæ Franchæ, Suveri, Montis, aliisque passim; Erigi autem Primogenituræ in hujusmodi Feudis, etiam cum consensu Imperatoris non valuissent, si Feuda impropria respectu alienabilitatis
97 non extitissent *Roland cons.* 1. *num.* 41. *vol.* 3. *Rosenthal. de Feud. cap.* 7. *concl.* 4. *num.* 20. *Card. de Luc de Feud. disc.* 10. *num.* 2. *& disc.* 107 *n.* 10. addit namque vinculum, & servitutem in corpore Feudi quæ est spe-
98 cies alienationis prohibitæ per *cap. Imperialem de probib. Feud. alien. per Frid. Card. de Luc. de Feud. disc.* 8. *n.* 5.

Non attento quod per Primogenituram dignitas, & honor Familiæ conservatur *Soccin. cons.* 47. *col.* 99
2. *vers. secunda ratio lib.* 3. *Paris. cons.* 72. *num.* 81. *Cephal. cons.* 694. *num.* 12. nec quod ab ea beneficium resultet cum subditorum commodo, quibus expedit ab uno potius quam a pluribus regi, ac moderari *Cephal.* 100
d. cons. 694. *num.* 15., *& seqq.* ac propterea, quod Imperator authoritatem suam interponens Primogenituræ fundationi, Feudum non destruat, sed tantummodo formam, & ordinem in eo succedendi disponat, *ex Cephal. d. cons.* 694. *num.* 45. 101

Nam respondetur, quod sicut ab herede gravato, & possessore Fideicommissi, pluralitatem successionis admittentis, Primogenituræ erigi non possunt in præjudicium vocatorum simultaneam successionem habentium, quia tolli non debet Jus quæsitum vocatis natu minoribus cum spe incerta in totum succedendi nisi cum ex justa causa intrare posset derogatio Fideicommissi a
Principe facienda *ad Text. in L. Unum* 102
ex Familia ff. de legat. 2. *Bellon. Jun. cons.* 1. *Cassan. cons.* 53. *a n.* 67. *ad* 63. *Cancer. par. prima var. cap.* 8. *de donat. num.* 180. Ita in vassallo possessore Feudi Primogenitura erigi non debet in Feudo natura dividuo, saltem quo ad utilitatem, & commoditatem fructuum, etiam si sit nobile, & regale. *Reynchingh. de re-* 103
gim. Imper. lib. 1. *clas.* 4. *cap.* 17. *num.* 12. *&* 13. ut posponantur simultanee vocati, quia ordo dicitur substantialis, Jus quæsitum tollens, & beneficia honoris Familiarum, & subditorum non sint compensanda cum præjudicio aliorum vocatorum, ut di- 104
cunt *Menoch. cons.* 401. *num.* 3. *et* 4. *et cons.* 504. *num.* 30. *Panciról. cons.* 1. *num.* 12. *de Luc. de Feud. disc.* 9. *num.* 7. *et.* 8. cum administratio etiam non obstante successione dividua penes unum, & majorem esse possit ut dicit *Reynchingh. d. cap.* 17.
num. 13. ac propterea quod similes 105
erectiones Primogeniturarum in Feudis

dis factæ cum consensu Principis Domini directi qui solum authoritatem suam interponat in rebus gestis ab aliis absque ulla derogatione denotent Feudum improprium, & liberum ac proinde consuetudinem alie-
106 nandi inducant *Roland. conf.* 42. *n.* 16. *vol.* 1. *Mantic. de conject. ult. vol. lib.* 7. *tit.* 9. *num.* 4. *de Luc. de feud. disc.* 9. *num.* 8. *Cephal. conf.* 3. *num.* 15. *Manf. consult.* 50. *num.* 30. *Scrader. de feud. part.* 7. *cap.* 2. *per tot. Bardellon. conf.* 93. *num.* 73. *& seq.* prout in his feudis conclusit *Idem Cephal. d. conf.* 694. *n.* 41. 42. *et* 53. Et hæc quoad generalem consuetudinem.

Specialis vero Feudi Treschietti, si Feudum dici potest, patet primum ex alienationibus de hoc Feudo factis de anno 1550. & 1553. Serenissimis Magnis Ducibus Cosmo I., & Cosmo II. finita descendentia alienantium, quæ confirmatæ fuerunt per modernum Marchionem Ferdinandum ultimum descendentem, in quibus supponuntur alia bona per alios possessa spectantia ad Castrum Treschietti, & præsertim Castrum Carlaghæ, quod fuit postea emptum, seu recuperatum a Serenissimo Cosmo Primo, prout hodie pacifice a successoribus possidetur.

Secundo ex divisione facta inter filios Nicolai Alberti Malaspina, in qua quinque Feuda paterna quinque filiis fuerunt assignata, nempe Bagnonus, Malgratus, Castiglionus, Fillateria, & Treschiettus, ex quibus prima tria extinctis lineis trium Fratrum dividentium, in Extraneos transierunt, nec Domini Adversarii ullum jus in illis habent, nec habere possunt, & Fillateriæ Feudum, quod tetigit Opizzono Authori Dominorum Adversariorum, quia ab ejus successoribus fuit alienatum, ab eo DD. Adversarii per plures Sententias fuerunt rejecti, ut supra probatum est; Treschiettus igitur Joanni nuncupato
107 Berretta, a quo descendit Marchio Ferdinandus, assignatus, diverso jure censeri non potest, ut æqualitas in divisione servetur *ad Text. in L. cum putatem ff. Fam. Ercisc. L. Post divisionem C. de jur. & fact. ign. L. Si*
108 *furor C. de coll.* Et alienabilitas aliorum partium influit in alienabilitatem Treschietti, qui ab eodem Fonte procedit. *Card. de Luc. de feud. disc.* 109
105. *num.* 5. *Altograd. Sen. cons.* 7. *sub num.* 35. *vers. tum etiam lib.* 2. *Surd. conf.* 311. *num.* 12. *vers. cum ergo bona. Et conferunt deducta per Barbos. loc. comm. loc.* 82. *num.* 1. *Rot. Rom. dec.* 220. *num.* 5. *par.* 15. *& dec.* 174. *num.* 5. *par.* 1. *recent.*

Tertio denique ex Primogenitura instituta super hoc Feudo Treschietti de anno 1574. per Pompeium de Malaspina favore suorum, & sui Fratris descendentium cum consensu Domini Massimiliani Imperatoris, quæ alienabilitatem, ut supra ostendimus, aperte convincit. 110

Posita igitur tanta, & tam superabbundanti Feudorum improprietate, quæ ex origine, ex Personis succedentium in Investituris demonstratis, ex causis, & qualitatibus iisdem Investituris adjectis, & ex usu, & consuetudine generali, & speciali omnia Feudorum naturalia alterantibus, & corrumpentibus, tam aperte profluit, & emergit, facili negotio excluduntur jura tum DD. Bernabo, & Joannis Laurentii de Malaspina præventivam Investituram Feudi Treschietti, tamquam successorum post finitam lineam Domini Marchionis Ferdinandi, prætendentium, tum Illustrissimi Domini Advocati Fiscalis Aulici, devolutionem ad Cameram Imperialem, vel ob culpam, aut delictum alienationis in Serenissimum Magnum Hætruriæ Ducem, aut ob lineam finitam eodem modo post mortem Marchionis Ferdinandi proponentis.

Exclusio DD. de Malaspina.

Nam primum jura Dominorum de Malaspina agentium contra Marchionem Ferdinandum excluduntur tempore, & Legis, & Hominis dispositione.

Tempore; quia intempestiva est Dominorum de Malaspina petitio, cum hoc præventivum Judicium super de-

declaratione successionis devolvendæ post ejus mortem Dominis Adversariis, Dominus Marchio Ferdinandus non teneatur subire, quia non datur Sen-
111 tentia super successione viventis *Ad Text. in L. 1. §. Si impuberi ff. de collat. bonor.* etiamsi esset successio ne-
112 cessaria *Rovit. cons. 95. & ibi Altimar. per tot. Urceol. consult. 82. num. 42. part. 2. Fontanell. dec. 155. & 1556. Peregr. de fideic. art. 41. num. 4. Fab. de Anna cons. 126. num. 2. lib. 2. Rot. Flor. apud Mar. de fideic. par. 3. quæst. 61. & Rot. Rom. dec. 216. per tot. par. 19. rec.* Unde non fit tempore opportuno, nec cum legitimo contradictore, & proinde non
113 sunt audiendi, & repellendi sunt *L. Litigatores §. fin. ff. de recept. arbitr. L. Quemadmodum ff. de judic. L. Si ita scriptum ff. de legat. 2. L. Facta §. Si sub conditione ff. ad Trebell. Molin. de primog. lib. 3. cap. 14. n. 17. Gamma dec. 202. num. 2.*

Legis dispositione; Quia cum de Feudo omnino improprio agatur, non intrat constitutio Feudalis Corradi in *cap. 1. §. Cum vero Corradus De his, qui feud. dare poss lib. 1. Cap. un. de nat. success. feud. lib. 2. tit. 50* pro successione Collateralium in infinitum, quia hujusmodi Feuda consuetudinibus, & constitutionibus Feudalibus, quæ in Feudis tantum rectis, & propriis locum habent, non subiiciuntur, ut
114 est *Text. in cap. 1. tit. de feud. cogn. Odofred. in Auth. Cassa C. de Sacros. Eccles. Caccialup de feud. art. 1. n. 4. Grat. cons. 9. num. 8. 49. 50. 51. vol. 1. Bell. cons. 3. num. 125. vers. His omnibus addo. Mans. consult. 292. num. 134. Palm. Nepos consult. 94. n. 12. & 13.* & ante consuetudines præfatas in esse deducta, futuris legibus, quæ etiam de propriis loquuntur, non debent gubernari *Bell. d. cons. 3. num.
115 125. Corsett. in cons. feudal. 29. n. 8.* Sed cum successione juris communis sunt regulanda, prout regulabantur ante consuetudines Feudales. *Roland.
116 cons. 1. num. 66. lib. 3. Menoch. cons. 65. num. 50. & 56. Parif. cons. 4. num. 22. & cons. 12. num. 29. lib. 1.* Et propterea in his non succedi-

tur primo acquirenti; sed ultimo Possessori, in quo Feuda tamquam hereditaria, & libera consolidantur, & extinctis per aditionem acquirentium juribus, propria, salva fidelitate, ultimorum heredum, fiunt *The-* 117
saur. Jun. quæst. forens. 12. num. 30. Alciat. cons. 178. n. 4. & seqq. Costa cons. 8. num. 6.

Cum igitur Domini Marchiones Bernabò, & Joannes Laurentius sint in undecimo gradu positi cum Domino Marchione Ferdinando, sunt omnino insuccessibiles ab intestato *ad* 118
Text. in §. Hoc loco inst. tit. de succes. cognat. & ibid. Vinn. num. 4. per tot. & Mynsinger. et Harprect. n. 47. Gaill. lib. 2. observ. 150. Peregr. de jur. Fisci tit. 3. num. 3. & excluduntur non solum in hoc Feudo tamquam hereditario *Peregr. cons. 16. num. 16.* 119
lib. 2 Vult. de feud. lib. 1. cap. 9 de mod. feud. acquir. num. 104. vers. intellige autem. Gaill. lib. 2. observ. 154. num. 13. Schrader de feud. par. 7. cap. 2. num. 12. & seqq. sed etiam si minus recte mixtum esset judicandum, quia necesse est, ut succedere volens, saltem heres ultimi Possessoris esse possit, si per eum non stet quominus sit heres, ut in terminis *Pe-* 120
regr. cons. 16. num. 16. lib. 2 Vult. de feud. d. lib. 1. cap. 9. de mod. feud. acquir num. 104. § In hac opinionum conflictu, ubi, *quod hæc sententia in judicando, et consulendo est retinenda.*

Hominis dispositione exclusio patet divisione, alienatione, & re judicata.

Divisione, quia, cum ut supra in divisione facta inter filios Nicolai hoc Feudum Joanni nuncupato Berretta Authori D. Marchionis Ferdinandi, in partem assignatus fuerit correspective ad alia quatuor Feuda libera, & alienabilia, quæ cum omni libertate assignata dignoscuntur, ac proinde cum ejusdem naturæ sit censendus Trechiettus, ex hac divisione, quæ realem renunciationem importat, resultat remissio, & refutatio cujusque promissæ successionis, quæ ex natura Feudi resultare potest *Schiller. in* 121

instit. jur. Feudal. cap. 9. *§.* 17. *De Luc. de Feud. disc.* 5. *n.* 29. *et* 30.
quia vicem habet venditionis, & per-
122 mutationis *Rimin. sen. cons.* 260. *n.*
27. Tanto magis, quia cum sit Feudum improprium, in quo Constitutio Conradi de vocatione collateralium in *Cap. un. de his qui Feud. dare poss. vers. cum vero Conradus* intrare non potest, factum præsertim ante consti-
123 tutiones prædictas, ut supra probatum est *ex cap.* 1. *de Feud. cogn.* Cum hac divisione non censentur solum Bona, & Castra divisa, sed etiam jura successionis, prout ante constitutionem Conradi jura Feudorum dividebantur, quasi nova Feuda constituta in qualibet linea, ut dicit
124 *Vult. de feud. cap.* 9. *num.* 105. *vers. ut tamen.* Quia ad instar divisionis bonorum liberorum hæc divisio est regulanda *ad Text. in cap. un. de feud.*
125 *non hab. propr. nat. feud. lib.* 2. *tit.* 48.

Alienatione, quia cum per Antecessores Domini Ferdinandi usque de anno 1550. & 1553. legitime salvo consensu Sacræ Cesareæ Majestatis fuerint alienata in Serenissimos Cosmum I. & Cosmum II. & postmodum a moderno Marchione Ferdinando in Serenissimum Magnum Ducem Regnantem eodem titulo translata, assensu eodem modo reservato, & ex prædictis alienabilia ex omni parte demonstrentur, quomodo succedi potest in his Bonis Domino Marchioni Ferdinando dum extra ejus Patrimonium sunt quamvis effectus translationis dominii sit collatus post mortem, & sub conditione decessus absque filiis, reservato Beneplacito Imperiali? Quia id prodesse potest Domino Marchioni Ferdinando respectu Domini directi, ut non censeatur translata possessio, nisi sub conditione, ac proinde quandocumque accedere possit assensus Domini directi, qui in Feudis alienabilibus non requiritur in ipso actu, sed posterius etiam accedere po-
126 test *Mans. consult.* 29. *num.* 16. *Bursatt. cons.* 49. *num.* 23. *& seqq. lib.* 1. *Card. de Luc. in controv. Bosc. art.* 4. *num.* 18. *in tract. de feud Ursell. in suis concl.* 154. *num.* 113. Valida interea manente alienatione quoad Agnatorum præiudicium, quorum interesse
talis assensus non tangit, sed Domini. 117
Mans. d. consult. 291. *num.* 16. *Schrader. de feud. part.* 9. *cap.* 1. *num.* 22. cujus defectus propterea a solo do-
mino potest allegari *Palm. nep. alleg.* 128
101. *num.* 34. *Surd. cons.* 305. *num.* 51. *& cons.* 351. *num.* 42. *& dec.* 108. *num.* 5. *Gratian. discept. for. cap.* 511. *num.* 5. *&* 6. Et quatenus etiam legitime non essent alienata, dum alienari possunt, & de his potest libere disponere, locus esse non potest legitimæ successioni, quæ per dispositionem Ferdinandi viventis cessare potest
ad Text. in cap. 1. *inst. tit. de suc-* 129
cess. ab intest. ac proinde certius omne præventivum Judicium, & declarationem excludit *L.* 1. *§. Si impu-*
bere ff. de collat. bonor. 130

Re judicata demum tollitur omne jus DD. de Malaspina, quia iisdem causis, & rationibus, quibus exclusi sunt in Feudo Fillateriæ, excludi debent in Feudo Treschietti; Jus enim non patitur, ut id, quod semel disceptatum est, & in controversiam deductum contra Petitorem, ex eadem causa, & ratione, denuo Petitor illud idem petat, & in controversiam deducat etiam super alia re, & contra aliam Personam, quia cum id fieri non possit, nisi controvertendo id, quod primo fuit illi denegatum, & decisum, ut sit litium finis,
obstat exceptio rei judicatæ *In Textu* 131
L. egi tecum vers. sed & si rursus ita agam ff. de except. rei judic. Fontanell. dec. Cathalon. 126. *num.* 11. *et* 12. Et proinde receptum est, quod quotiescumque in controversiam deducitur, quod alias contra unum fuit decisum, interpretative saltem concurrere dicantur identitas rei, & Personarum, & causæ, quia procedunt ex eodem fonte jam discusso *Text. est in L. Si*
quis cum totum §. Si ancillam, vers. 132
Et quidem ff. de except. rei judic. Fontanell. d. dec. 126. *num.* 14. *et* 15. *Cusal. ad Peregr. de fideic. art.* 53. *vers. tertio observo, et duob. seq. Ger. Spin. cons.* 80. *a num.* 1. *ad* 8. *Giurb. dec.* 20. *num.* 3. *et* 4. *Palm.*

decis.

decis. Lucen. 363. *num.* 25. & 26. *Altogr. sen. penes Altog. Jun. controv.* 2. *num.* 58. & *seqq.* facilius, quando alia res, quæ petitur, est ejusdem qualitatis, & naturæ, quæ eadem
133 res dicitur *L. Julianus ff. de except. rei Jud.* seu pars, aut accessorium alterius potest reputari ut Treschiettus Fillateriæ dum ex eodem fonte pro-
134 veniunt *ad Text. in L. si quis cum totum in priuc. ff. de except. rei Jud.* & agitur, ut sententia prosit alteri interesse habenti & idem jus opponenti qui intepretative dicitur eadem persona cum idem jus deducit *Fonta-*
135 *nell. d dec.* 126. *cum aliis supra deductis Scacc. de sent. & re Jud. Glos.* 14. *quæst.* 12. *num.* 106., & 107. *Valenzuol. cons.* 152. *n.* 11. & *seqq. Tom.* 2. & dum tertius nempe Serenissimus Magnus Dux ad causam venit pro suo interesse tamquam dominus vel possessor saltem respectu dominorum de Malaspina licet non respectu Augustissimi Imperatoris Domini directi, cum ipso ad quem princi-
136 paliter defensio rei spectat *ad Text. in L. Sæpe §. sed scientibus ff. de re Jud. Baron. de citat. Tom.* 1. *quæst.* 23. *num.* 37. *Gonzal. in cap. quamvis de sent. & re Jud. num.* 6. substantiari judicium debet & cum eo uti legitimo contradictore Actorum
137 persona legitimari *Vergil. de legitim. pers. in prælud. num.* 149. qui propterea cum jus rei judicatæ etiam expropria persona deducere possit non solum interpretative sed etiam vere identitatem, rei, causæ, & personarum intervenire dicendum est, ut obstet exceptio rei judicatæ etiam ad impediendum litis ingressum & pro dene-
138 gatione audientiæ *L. Fundum L. Fundi ff. de except. rei Jud. L.* 1. *L. Si a te §. si quis ff. eodem.*

Et sane magna res est, & substanto, & maximo Principe in supremo ejus Tribunali non proponenda ut diversum Jus sub eodem Judicio in eadem re, & ex eadem causa statuatur: Si enim Authores Dominorum Adversariorum in Judicio feudi Madrognani improprietatem feudorum deduxerunt pro admissione Gradus cognatitii, & in illo sententiam favorabilem reportarunt, aspernari non possunt illud jus, quod tamquam iustum sibi dici cœperunt, & ex quo commodum reportarunt *Myeres. de* 139
Majoratu par. 1. *quæst.* 62. *num.* 62. *Peregr. cons.* 19. *num.* 17. *lib.* 4. *et de fideic. art.* 53. *num.* 35. *Bondeu. tom.* 2. *collect.* 33. *num.* 116. & *seqq.* Grave enim illis esse non debet, quod aliis idem jus impertiatur, quod antecessoribus suis fuit impertitum ex re- 140
gula *quod quisque juris &c.*

Et dum hanc improprietatem in Feudo Fillateriæ reiicere non potuerunt, in Feudo Treschietti contra Sententias in Camera Imperiali latas quæ faciunt jus quoad omnes etiam, non intervenientes *Arg. Text. in L.* 41. *§.* 6. *ff. de legat.* 1. *Schrader. cons.* 141
32. *num.* 12. *vol.* 2. *Klocb. cons.* 45. *num.* 109. *et cons.* 88. *n.* 15. *et* 18. *vol.* 2. admitti non potest hæc petitio.

Exclusio Illustrissimi D. Fiscalis Aulici.

Et ex his exclusa remanet omnis devolutio petita ab Illustrissimo Domino Fiscali Aulico, sive agatur ob Lineam non finitam, quia cum legitime de hoc Feudo Marchio Ferdinandus disposuerit, servato Imperiali Assensu, & quatenus rite dispositum non esset, ejus dispositioni subiaceat propter tantam Feudi Improprietatem supra demonstratam, quæ illud transitorium facit ad Fœminas cognatas, & heredes quoscumque extraneos, sive ex Testamento, sive ab intestato decedat, ejus testamentariis, seu legitimis heredibus etiam extraneis devol- 142
vendum esset *Clar. in §. Fundum quæst.* 84. *Spad. cons.* 16. *num.* 2. *lib.* 1. Nec Camera Imperialis potest se intromittere, nisi quando remaneret vacans, vel a Successoribus denegaretur Fidelitas, & Veneratio *ad* 143
Text. in cap. 1. *Quæ fuit prima Causa Beuefic. amitt.* Sive prætendatur ob culpam, vel delictum alienationis, quia aut agitur de alienationibus factis anno 1550. & 1553. Serenissimis Cosmo I., & II., & cum sint factæ salvo Imperiali Assensu, & fini-

 ta

ta descendentia alienantinum, ac proinde sint conditionalia, & suam perfectionem expectent ab Imperatoris
144 Voluntate *Schrader. de Feud. part.* 19. *cap.* 1. *num.* 22. non cadunt in commissum, nec devolutioni sit locus, etiam si esset Feudum rectum, & proprium prohibitioni alienationis
145 Friderici subiectum, ut dicunt *Bald. cons.* 9. *num.* 5. *lib.* 1. *Matth. de Afflict de probib. feud. alienat. per Frider. quæst.* 24. *num.* 54. *Schrader. de feud. d. part.* 9. *cap.* 1. *num* 22. & 381. Non purificata præsertim adhuc altera conditione traditionis, & consignationis post mortem Marchionis Ferdinandi ob Finem Lineæ, & descendentiæ adimplenda, quæ qualificat, & suspendit omnem consignationem, etiam cum clausula constituti in iis Instrumentis in emptorem fa-
146 ctam *Schrader. de feud. part.* 9. *cap.* 1. *num.* 33., & 34. *Corbul. de jur. Emphyt. cap.* 11. *lim.* 28. *Horn. jurisp feud. cap.* 23. *Wsemb. cons.* 66. *num.* 39. *Kloc. cons. num.* 16. *lib.* 2. *Tiraquell. de retract. lignag. §. Glos.* 2. *num.* 47. Aut vero agitur de altera prætensa facta a Marchione Ferdinando post iohibitionem sequtam Cameræ Imperialis, & cum illa cum iisdem conditionibus Assensus Imperialis, & finis descendentiæ facta supponantur, & quod magis est, tamquam necessaria in executionem præcedentium alienationum, quas ejus Antecessores Serenissimæ Mediceæ Domui fecerunt, non solum eodem Jure regulari debet cum antecedentibus factis ab antecessoribus, & una ea-
147 demque cum illis censeri debet *Alex. cons.* 156. *per tot. lib.* 6. *Barbos. Axiom.* 12. *num.* 2. Sed cum magis justam caussam contineat confirmandi factum authorum tamquam necessarium, ne aliquod præjudicium, aut damnum sentiret veniendo contra antecessorum facta, eo fortius illum excusat ab omni pœna devolutionis
148 *Bald. cons.* 159. *num.* 9. *lib.* 3. *Alex. cons.* 103. *lib.* 1. *Schrader. de Feud.* 2. *part.* 9. *part. princ. sect.* 14. *n.* 8.
149 pro qua requiritur dolus, & verus contemptus *cap.* 1. *§. ult. de probib. feud. alien. per Lothar.* ibi dolose & *feudistæ ibidem Bursatt. cons.* 253. *n.* 56. *Frideric. Pruckman. cons.* 28. *n.* 57., & *seqq. vol.* 1. *Kloc. cons.* 19. *num.* 18. *d. lib.* 2. *Schrader. cons.* 33. *num.* 31. & *seqq. Surd. dec.* 221. *n.* 5. & ea qua quælibet etiam minus
justa, & probabilis caussa excusat. *Be-* 150
rò cons. 98. *n.* 21. *vol.* 1. *latè Kloc. cons.* 81. *num.* 46. *cum pluribus seqq.*

Quæ si vera sunt in feudis rectis, ac propriis in quibus cadunt prohibitiones, & constituciones Lotharii, & Friderici, quid dicendum in feudo, de quo agitur tantis improprietatibus composito, & his prohibitionibus, & constitutionibus non subiecto, in quo etiam sine consensu Domini directi Alienatio per-
mittitur? *Christin. dec. Belgic.* 386. 151
vol. 1. *Gratian: discept. forens.* 730. *num.* 53. & *seqq. de Luc. de Feud. disc.* 10. *n.* 3. *vers. hinc propterea Menocb. de Arbitr. cas.* 182. *num.* 1. & *seqq. cum aliis supra adductis in cap. ex caussis, & qualitatibus Investituris adiectis vers. & alienabilia* Et si requiratur ob reverentiam, & fidelitatem debitam Domino, & Imperatori, non potest ex Justitia denegari
Camerat. in cap. Imperialem de pro- 152
bib. feud. alien. per Frider. a Ponte cons. 2. *num.* 7. & *seqq. Palm. Nep. alleg.* 101. *num.* 38. *Surd. dec.* 344. *num.* 56., & 57. *Ludovis. dec.* 520. *num.* 4. *Gob. de feud. alien. quæst.* 3.
num. 4., & *seqq.* Et potest quando- 153
cumque etiam ex post interponi *Menocb. cons.* 39. *num.* 32. *et prius cons.* 1. *num.* 401. *Mans. consult.* 291. *n.* 16. *et cons.* 293. *num.* 14. Tanto magis quia adest talis consuetudo in
his Feudis, quæ est servanda *Card.* 154
de Luc. de feud. in contr. Boscol. art. 1. *num.* 16.

In quo igitur delinquerunt Antecessores Domini Ferdinandi alienando, reservato Imperiali Beneplacito? In quo Dominus Ferdinandus cum iisdem conditionibus Authorum facta comprobando? Et quo jure denegari potest assensus Serenissimo Magno Duci cum omni reverentia petenti, & Fidelitatem promittere exhibenti? In alie-

alienatione tam utili Sacro Romano
Imperio, dum sub Regia Thusciæ Domo, & rectissimo ejus Gubernio floridiora evaserunt Feuda Malaspinæ familiæ; Crevit enim subditorum copia, opulentia, bonorum cultura, & Ubertas: Et non ne magis expedit Augustissimis Imperatoribus Vassallagium tam excelsæ, & regiæ conditionis Principis, quam privati Marchionis?

Dicent fortasse, alienationem Ferdinandi contra inhibitionem factam, esse revocandam, & illam sive justam, sive injustam esse attendendam sub pœ-
155 na Attentatorum *Ad cap. non solum in fin. et cap. Romana §. Quod si obiiciatur de appell. in 6.*

Sed facilis est responsio in Sacra Camera Imperiali apud peritissimos Consiliarios, qui bene omnia sciunt, & jura cuncta in promptu retinent.

Si enim ageretur de inhibitione obtenta cum citatione partis, tunc prædicta procederent quod sive justa,
156 sive injusta sit attendenda *Ad Text. in d. cap. Romana*; Cæterum, cum ad instantiam unius partis, altera non audita, sit impetrata, etiam si sit sine clausula justificatoria, nil aliud importat, quam simplicem citationem, & monitionem, quamvis pœna ibidem sit comminata. *Jason. in*
157 *L. Nec quicquam 9. §. Ubi decretum num. 6. ff. de offic. Proconf. Gaill. pract. observ. cap. 13. num. 4. lib. 1. ubi de stylo Camer. Imperial. Coler. de Proces. exequt par. 1. cap. 2. num. 275. Carpzov. respons. jur. elect. tit. 3. de inhibit. resp. 20. n. 4.* quæ cum contineat tacitam conditionem, si preces
158 veritate nitantur *cap. 2. de rescript. Felin. et alii in cap. super literi. eod. tit. Gaill. lib. 1. obser. 14. num. 1. ubi de monitionibus, et inhibitionibus in Camera Imperiali obtentis* & ad mentem legis obligent, quatenus scilicet jus commune in minimo non lædatur *L.*
159 *rescripta C. de Precib. Imper. offer. Oldrad. conf. 287. num. 5. Dec. conf. 209. num. 5. Paris. conf. 45. num. 24. et conf. 106. num. 5 lib. 4. Bardellon. conf. 75. num. 12. Castald. con-*
160 *sult. 83. n. 2. vol. 2.* & jus tertii sit præservatum *Anchar. conf. 125. n. 2. Alex. conf. 34. n. 7. et conf. 108. n. 4 lib. 6. Dec. conf. 29. n. 5.* Non erat illi obtemperandum, nisi verificatis omnibus in precibus narratis cum citatione partis; & reproductione inhibitionis *Hypol. sing. 53.* & secundum Pra- 161
xim Cameræ *Gaill. d. observ. 14. n. 2. lib. 1.* & generale est in omnibus rescriptis *Abbas conf. 34. num. 6. lib.* 162
2. Gaill. d. observ. 14. num 2. Ita ut si Vassallus contumax sit, non puniatur pœna privationis, nisi trina citatio præcesserit *cap. 1. de inhib. Vassall. qui contumax sit, et ibi* 163
gloss. et Bald. et Matt. de Afflict. Schrader. de feud. part. 9. cap. 7. num. 45.

Si igitur cum hac inhibitione Dominus Marchio Ferdinandus convenitur, ut dicat caussas cur inhibitioni non paruerit, prout conveniri debet, antequam cadat in commissum, ut in Camera Imperiali servari dicit. *Gaill. lib. 2. observ. 15 per tot.* Et 164
cum plures Caussas habuerit ex Feudorum origine, ex Personis in Investituris demonstratis, ex caussis, & qualitatibus investituris adiectis, ex usu, & consuetudine tam generali quam speciali hujus Feudi, unamquamque earum Improprietatem Feudi, & ipsius alienabilitatem demonstrantem, non solum est excusandus, sed per eum gesta sunt confirmanda, & approbanda, & inhibitio revocanda, vel revocata dici debet per posteriorem sententiam latam super Feudo Fillateriæ de anno 1701. antequam ultima alienatio fieret, quæ facit Statum super qualitate hujus Feudi Treschietti, ut dictum est.

Et tollitur omnis amaritudo; Quia alienatio per eum facta in executionem antecedentium ejus Prædecessorum, & reservato Beneplacito Imperiali, non est comprehensa nec etiam verbis, in inhibitione prædicta quæ cum respiciat alienationes prohibitas, & quæ sunt ipso jure nullæ, ibi „ quamquam hujusmodi alienationis actus ipso jure nullus foret „ non inter dicit alienationes licitas, quæ stante improprietate Feudi, & alienandi consuetu-

di-

dine fieri possunt, nec alias quascum-
que, quæ etiam in Feudis rectis, re-
servato Beneplacito, fiunt, quæ ipso
jure validæ dicuntur *Surd. cons.* 305.
165 *num.* 35. *et* 50. *in fin. Alex. cons.*
173. *num.* 7. *lib.* 2. Et proinde simi-
lis inhibitio, quia alienabilitatem Feu-
di revocare non potest ex *Rosenthal.*
166 *de feud. cap.* 9. *concl.* 58. *n.* 1. *et* 40.
Ut justa, & legitima intelligatur, &
judicetur pro monitione, & prohibi-
tione, ne sine assensu Imperiali ad
formam juris alienatio fiat, accipien-
da est: Et alienatio prædicta in casi-
bus non prohibitis ad Mentem inhibi-
tionis facta, Sacræ Cæsareæ majestati
omnem venerationem præservat, &
quatenus asseratur, inhibitionem quam-
cumque alienationem quocumque mo-
do factam comprehendere, quia ex falsa
causa, & subreptitie appareret extor-
ta, venerationem eodem modo Sacræ
Cæsareæ Majestati præservaret, quæ
jus tertii non lædere unquam velle pro-
testatur, & ejus rescripta cum tertii,
præjudicio non observari, inviolabili
sanctione præcepit *In L.* 1. *§. Meri-*
167 *to*, *& §. Si quis a Principe ff. ne*
quid in loco publico.

Atque ita &c. Salvo &c.

RESPONSUM XXIV.

FLORENTINA ASSERTÆ JURISDICTIONIS IN CASTRO DICTO CAMPORSELVOLI.

ARGUMENTUM.

Refelluntur rationes Nuntii Apostolici in Magno Ducatu residentis qui negabat suam Jurisdictionem exercere posse in Castro d. *Camporselvoli* tamquam Sanctæ Sedi Romanæ spectanti; I. ex ejus mandato II. ex observantia III. ex qualitate contractus concessionis d. Castri factæ a Pio II. Pontifice Reipublicæ Senensi in cuius jura successit Magnus Dux Etruriæ.

SUMMARIUM

1 *Verba* ditio & dominium *comprehendunt tam utile quam directum, plenum, vel minus plenum.*

2 *Qui prætendit subiectionem loci intra fines Territorii positi sed in quo alius potestatem exercuit debet titulum & causam probare.*

3 *Annuus census est compatibilis cum summa potestate & dominio solventis.* Et n. 4. *&* 15. 16.

5 *Nuntii S. Sedis Apostolicæ exercent Jurisdictionem in Statibus Principum habito respectu dominio temporali eorumdem non vero divisioni Diœcesium Episcopalium.*

6 *Regalia majora & regalis majestas important subiectionem etsi is qui exercet alium superiorem recognoscat.*

7 *Nam investitura Regalium Majorum sine ulla reservatione continet speciem quamdam clientelæ vel fœderis æqualis aut inequalis.*

8 *Et præservat investito omnimodam potsteatem.*

9 *Et recognitio superioris respicit dignitatem & auctoritatem non vero potestatem.*

10 *Concessio in perpetuum Vicariatum continet facultatem faciendi omne id quod concedens facere poterat.*

11 *Et continet mandatum perpetuum inrevocabile ad commodum mandatarii, & in rem propriam.*

12 *Ideo translata proprietas, & omne jus & potestas mandantis dicitur etiam in terminis feudorum.* Ex num. 17.

13 *Cum duo in solidum ejusdem rei domini esse non possint.*

14 *Sicuti habemus exemplum in Duce Sabaudiæ qui hoc titulo perpetui vicariatus Imperii gaudet omnimoda potestate & est independens in suis Statibus.*

15 *Et quamvis ejus Status in Ducatum sint transformati hoc tamen*

men eadem qualitate & potestate Vicariatus perpetui factum est.

18 *Concessiones factæ Reipublicæ Civitati, vel universitati retinent in se liberum, & irrevocabile dominium, tamquam in perpetuum existentibus.*

19 *Verba* ditioni, & libertati, & *verba* largimus, & donamus *indicant translationem dominii.*

Avendo la Santità di Nostro Signore Clemente XI. seguendo gli esempi dei suoi Antecessori mandato negli Stati e Dominio del Serenissimo Gran-Duca di Toscana il solito Nunzio Apostolico con le facultà di Legato a latere per provvedere all'utilità e salute delle Persone e luoghi del Dominio Temporale di detto Serenissimo Gran-Duca e dentro i confini di quello. *Ibi in Civitate Florentiæ & Dominio dilecti Filii Nobilis Viri Cosmi Etruriæ sibi subiectæ Magni Ducis* e dopo *ibi Nos ut Personarum & Locorum ditionis temporalis dicti Cosmi Magni Ducis saluti & statui opera sua consulatur*, e di nuovo più sotto, *ut infra ditionis præfatæ fines atque erga ejus Personas & Loca dictæ ditionis dumtaxat &c.*

Si cerca se il Luogo, e Castello di Camporselvoli pertinenza dello Stato e Dominio di Siena del Serenissimo Gran-Duca sia sottoposto all'Offizio ed Autorità del Nunzio Apostolico mandato dal Sommo Pontefice per le Persone e Luoghi del Dominio del Serenissimo Gran-Duca che è quello, che significa la parola *ditionis* in senso legale e grammaticale.

E certo se il mandato del Nunzio distinguesse a qual sorte di Stati o Dominii del Serenissimo. Gran-Duca egli fusse stato deputato allora bisognerebbe cercare qual specie o qualità di Dominio abbia S. A. R. in Camporselvoli.

